


14
35 F
30

Senece omnia opera.

Hoc in uolumine hæc omnia Senecæ opera continentur.

PROLOGVS BEATI HIERONYMI SVPER EPISTOLIS PAVLI AD SENECAM ET SENECAE AD PAVLVM INCIPIT.


Vcius Anneus Seneca Cordubenſis:Fotini ſtoici diſcipulus:Patruus Lucani Poetæ: conti
nentiſſimæ uitæ fuit.Quem non ponerem in catalogo ſanctorum : niſi me illæ epiſtolæ
prouocarent:quæ leguntur a Plurimis:Pauli ad Senecam:& Senecæ ad Paulum . In q̄bus
cum eſſet Neronis magiſter & illius temporis potentiſſimus:optare ſe dicit eius eſſe loci
apud ſuos:cuius ſit Paulus apud Chriſtianos.Hic autem ante biénium q̄ Petrus & Paulus
martyrio coronarentur:a Nerone interfectus eſt.

Incipit epiſtola Senecæ ad Paulum.

Redo tibi Paule nunciatum:ꝙ heri cum Lucillo noſtro de apocriſi & aliis rebus habuimus. Erát
c enim quidam diſciplinarum tuarum comites mecum.Nam in hortos Saluſtianos receſſeramus:
quo in loco occaſione noſtra alio tẽdentes:hi de quibus dixi: uiſus nobis adiũcti ſunt.Certe ꝙ tui
præſentiam optamus.Et hoc ſcias uolo:libello tuo lecto:ideſt de plurimis litteris aliquas epiſtolas : q̄s ad
aliquam ciuitatem:ſeu caput prouinciæ direxiſti:mira exhortatione uitam moralem cõtinentes: uſq; re/
fecti ſumus.Quos ſenſus non puto ex te dictos:ſed per te certe aliquando ex te & per te.Tanta enim maie
ſtas earum eſt rerum:tantaq; generoſitate clarent:ut uix ſuffecturas putem ætates hominum:quibus in/
ſtitui perficiq; poſſint.Bene te ualere frater cupio. Vale.

Senecæ Paulus Salutem.

Itteras tuas hilaris heri accepi.ad quas reſcribere ſtatim potui:ſi præſentiam iuuenis : quem ad te
l miſſurus eram:habuiſſem.Scis enim quando:& per quem:& quo tempore:& cui quid dari com/
mittiq; debeat.Rogo ergo ne putes neglectum:dum perſone qualitatem inſpicio : ſed ꝙ litteris
meis nos bene acceptos alicui ſcribis:fœlicẽ me arbitror tanti uiri iudicio.Neq; enim hoc diceris Cenſor
ſophiſta:magiſter tanti principis etiam omnium:niſi quia uere dicis.Opto te diu bene ualere.

Seneca Paulo Salutem.

Vædam uolumina ordinaui:& diuiſionibus ſuis ſtatum eis dedi.Ea quoq; legere Cæſari ſum de
q ſtinatus:& ſi modo ſors proſpere annuerit:eris forſitan & tu præſens.Sin alias:reddam tibi diem:
ut inuicem hoc opus inſpiciamus:& poſſumus non prius ædere ei hãc ſcripturam:niſi prius tecũ
conferã:ſi modo impune hoc fieri potuiſſet:ut ſcires & te non præteriti. Vale Paule chariſſime.

Senecæ Paulus Salutem.

Voticĕſcunq; litteras tuas audio:præſentiam tui cogito.nec aliud exiſtimo:q̄ omni tempore te no
q biſcum eſſe.Cum primum itaq; uenire cœperis:inuicem nos & de proximo uidebimus . Bene te
ualere opto.

Seneca Paulo Salutem.

Im io tuo angimur ſeceſſu:quid eſt uel quæ res remoratum faciunt:Si ĩdignatio domini . ꝙ a ritu
n & ſecta ueteri receſſeris:& alios rurſus conuerteris:erit poſtulandi locus:ut ratione factum : non
leuitate hoc exiſtimet.

Seneca & Lucillo Paulus Salutem.

E his quibus uel quæ mihi ſcripſiſtis:non licet harundine & atramento eloqui:quarum altera res
d notat & deſignat aliquid:altera euidenter oſtendit.præcipue cum ſciam inter uos eſſe idem quan
tus apud nos:& in uobis qui me intelligunt:honor habendus eſt omnibus . Tanto magis quanto
indignati occaſionem captant:quibus ſi patientiam demus:omnimodo eos ex quacunq; parte uincemus
ſi modo hi ſunt:qui pœnitentiam ſui gerant.Bene ualete.

Anneus Seneca Paulo & Theophilo Salutem.

Rofiteor bene me acceptum in lectione litteraꝝ tuarum:quas Galatis Corinthis & Achæis miſi
p ſti.Et ita inuicem uiuamus:ut etiam cum honore diuino eſſe exhibes.Spiritus enim ſanctus in te
& ſupra excelſos ſublimiores ſatis uenerabiles ſenſus exprimit.Vellem itaq; cum res eximias pro/
feras:ut maieſtati earum cultus ſermonis non deſit.Et ne quid ti frater ſurripiam:aut conſcientiæ meæ
debeam:confiteor Auguſtum ſenſibus tuis permotum:cui lecto uirtutis in te exordio iſta uox fuit: Mira
ri eum poſſe:ut qui non legitime imbutus ſit:taliter ſentiat.Cui ego reſpondi:ſolere deos oræ innocentiũ
effari:aut eorum qui præuaricari doctrina quidem ſua poſſunt.& dato ei exemplo Varicani hominis ru/
ſticuli:cui cum duo uiri apparuiſſent in agro reatino:qui Caſtor & polux ſunt nominati:ſatis inſtructus
uidetur. Vale.

Paulus Senecæ Salutem.

Icet non ignorem Cæſarem noſtrarum rerum admiratorem:ſi quando deficiet amatorem eſſe.
l Permittes tamen te non lædi:ſed admoneri.Puto enim te grauiter feciſſe:quod in noticiam per/
ferre uoluiſti:quod ritui & diſciplinæ eius ſit contrarium: cum & ille enim gentium deos colat.
Quid tibi uiſum ſit:ut hoc eum ſcire uelles non uideo:niſi nimio amore meo facere te hoc exiſtimo. Ro/
go te de futuro:ne id agas.Cauendum eſt enim ne dum me diligis: offenſam domino facias . Cuius qui/
dem offenſa:nec oberit ſi perſeuerauerit:neq; ſi non ſit.proderit.Si eſt Regina:nõ indignabitur:ſi mulier

est offendetur. Bene uale.

Seneca Paulo Salutem.

Cito te non tam mei causa commotum litteris: quas ad te de editione epistolarum tuarum Cæsari feci: q̃ natura rerum: quæ ita mentes hominũ ab omnibus artibus & moribus reuocat: ut non hodie admirer. Quippe ut his qui multis documentis hoc iam notissimum habeam. Igitur noue agamus: ut si quid facile in præteritum actum ẽ: ueniam irrogabis. Nisi tibi librum de uerborum copia. Vale Pauline charissime.

Paulus Senecæ Salutem.

Votiens tibi scribo: & nomen meum tibi subscundo: grauem & sectæ meæ incongruam rem facio. Debeo enim: ut sæpe professus sum: cum omnibus omnia esse: & idem obseruare in tuam personam: quod lex romana honori senatus concessit. perlecta epistola: ultimum locum eligere: ne cũ aporia & dedecore cupiam efficere: quod mei arbitri fuerit. Vale deuotissime magister. Data quinto Kal. Iulii Nerone quarto & messala consulibus.

Seneca Paulo Salutem.

Ve mi Paule charissime. Putas ne me haud contristari: & non luctuosum esse: q̃ de innocentia uestra subinde sumatur supplicium. Dehinc q̃ tam durus: tamq̃ obnoxios uos reatui omnis populus iudicet. Putans a nobis effici: quod in urbe contrarium fit. Sed feramus æquo animo: & utamur foro: quod sors concessit donec iuicta fœlicitas finem malis imponat. Tulit & priscorum ætas Macedonem Philippi filium: & post Darium: Dionysium quoq̃ nostra Caium Cæsarem. Quibus quicquid libuit licuit. Incendium urbs Romana manifeste sæpe unde patiatur: constat. Sed si effari humilitas humana potuisset: quid causæ est & impune his tenebris loqui liceret: iam omnes omnia uiderent. Christiani & iudæi quasi machinatores incendii supplicio affici solent. Crassator iste quisquis est: cui uoluptas carnificina est: & mendacium uelamẽtum tempori suo destinatus est: & optimus quisq̃ unum pro multis donatum est caput. Ita & hic deuotus pro omnibus igni cremabitur. centum trigintaduæ domus: insulæ q̃tuor: sex diebus arsere: septimus pausam dedit. Bene te ualere opto. Data quinto kal. Aprilis. Frigio & Bassio consulibus.

Seneca Paulo Salutem.

Ve mi Paule charissime. Si mihi nominiq̃ meo uir tantus & dilectus omnibus modis: non dico fueris iunctus: sed necessario mixtus: & apte actum erit de Seneca tuo. Cum sis igitur uertex: & altissimorum omnium montium cacumen. non ergo uis æther: si ita sim tibi proximus: ut alteri similis tuis deputer. Aut itaq̃ te indignum prima facie ex epistolarum nominandũ censeas: ne tam tentare me: q̃ ludere uidearis. Quippe cum scias ciuem esse te Romanum. nam q̃ meus tuus apud te locus q̃ tuus: uelim ut meus. Vale Paule charissime. Data. x. kal. Aprilis. Apriano & Capitono cõsulibus.

Seneca Paulo Salutem.

Ve mi Paule charissime. Allegorice & ænigmatice multa a te usq̃ quaq̃ opera conduntur. & ideo reȝ tãta uis & muneris tibi tributa nõ ornamẽto uerboȝ: sed cultu quodã decoranda est. & reuera q̃ sæpius dixisse retineo multos: qui talia affectẽt sensus corrumpere: rerum uirtutes euitare. Cæterũ mihi cõcedas uelim: latinitati morem gerere: honestis uocibus speciem adhibere: ut generosi muneris concessio: digne a te possit expediri. Bene uale. Data quinto Nonas. Iulii. Leone & Sauino cõsulibus.

Paulus Senecæ Salutem.

Erpendẽti tibi ea sunt reuelata: quæ paucis diuinitas concessit. Certus igitur ego in agro iam fertili semen fortissimũ sero. non quidem materiã quæ corrumpi uidetur: sed uerbũ stabile dei deriuamentum crescentis: & manentis in æternũ: quod prudentia tua assecuta est: indeficiens fore debebit: & Ethnicorrum Israhelitarumq̃ obseruationes censere uitandas. Nouum te auctorẽ feceris. Christi Iesu præconiis ostendo rhetoricis irrepræhensibilẽ sophistam: quam propemodum adeptus regi temporali: eiusq̃ domesticis atq̃ fidis amicis insinuabis: quibus aspera & incaptabilis erit persuasio: cum plærisq̃ eorum minime flectantur insinuationibus tuis: quibus uitale commodum sermo dei instillatus: nouum hominem sine corruptela perpetuã animã parit ad deum istinc properantẽ. Vale Seneca charissime nobis. Data kal. Augusti. Leone & Sauino consulibus.

Epitaphium Senecæ in morte.

Cura labor meritum sumpti pro munere honores.
Ite: alias posthac solicitate animas.
Me procul a uobis deus euocat: illicet actis.
Rebus terrenis hospita terra uale.
Corpus auara tamen solemnibus accipe saxis.
Nanq̃ animam cælo reddimus: ossa tibi.

Expliciunt Epistolæ Senecæ ad Paulum: & Pauli ad Senecam.

LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILLIVM EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.

Epistola prima de colligēda & assistenda fuga tēporis:& nō esse pauperem cui etiā modicū satis est.



Ta fac mi Lucili:uindica te tibi:& tēpus qđ adhuc aut auferebat:aut surripiebat:aut excidebat:collige & serua. Persuade tibi hoc sic esse ut scribo: q̄dā tēpora surripiunt nobis:q̄dā subducunt:q̄dā effluunt. Turpissima tamen est iactura q̄ per negligentiā fit. & si uolueris attēdere:maxia pars uitæ elabit male agentibus:magna nihil agentibus:tota aliud agētibus. Quē mihi dabis: q aliquod ptiū tēpori ponat? qui diē æstimet? q itelligat se quotidie mori? In hoc n. fallimur:q̄ mortē nō ꝑspicimus:magna pars eius iā p̄teriit:quicquid ætatis retro ē:mors tenet. Fac ergo mi Lucili qđ facere te scribis:omnes horas cōplectere:sic fiet:ut minus ex crastino pēdeas:si hodierno manū inieceris. dum differt uita transcurrit. Oia mi Lucili aliena sunt:tēpus tantū nostrum est. In huius rei nimis fugacis ac lubrice possessionē natura nos misit: exq̄ expellit q cunq; uult. & tanta stulticia mortaliū ē:ut q̄ minima & uilissima sunt:certe reparabilia imputari sibi cū periere patiātur. Nemo se iudicat qcq̄ debere:q tēpus accepit: cū interim hoc unū est:qđ nec gratus qdē pōt reddere interrogabis fortasse:qd ego faciā:qui tibi ista p̄cipio? fatebor ingenue quod apud luxuriosum:sed se diligētē euenit. Ratio mihi cōstat ipensæ. Non possum dicere me nihil perdere:sed qđ perdā:& q̄re:& quēadmodū dicā:causas paupertatis meæ reddā. Sic euenit mihi:qđ plærisq;: nō suo uitio ad inopiā redactis oēs ignoscant:nemo succurrit. quid ergo est? Non puto pauperē: cui quantulūcunq; superest:sat ē. Tu tamen malo serues tua:& bono tēpore uti incipias. Nam ut uisum est nostris maioribus: Sera parsimōia in fundo est. Non eni tantū minimū in imo:sed pessimū remanet. Vale.

Epis. ii. de mutatiōe locoꝝ:& multiplicitū uolūmū lectiōe uitāda:& de cōmēdatiōe pauptatis si læta sit.

e X his quæ mihi scribis:& ex his quæ audio:bonā spem de te cōcipio. nō discurris nec locoꝝ mutatiōibus inqetaris:ægri animi iactatio ista est. Primū argumentū bene cōpositæ mētis existimo posse cōsistere:& secū morari. Illud autē uide:ne ista lectio multoꝝ auctoꝝ & omnis generis uoluminū:habeat aliqd uagū & instabile. Certis ingeniis immorari & innutriri oportet:si uelis aliquid trahere:qđ in animo fideliter sedeat. Nusq̄ est qui ubiq; ē. In peregrinatione uitam agentibus hoc euenit: ut multa hospitia habeāt:nullas amicitias. Idē accidat necesse ē eis qui nullius se ingenio familiariter applicant:sed omnia cursim & properāter transmittūt. Non prodest cibus nec corpori accedit:qui statim sumptus emittitur. Nihil æque sanitatē impedit q̄ remedioꝝ crebra mutatio. nō uenit uulnus ad cicatricem: in quo medicamēta tentant. nō cōualescit planta quæ sæpius transfertur. nihil tam utile ē:quod in transitu prosit. Distrahit animū librorū multitudo. Itaq; cū legere nō possis quātū habueris:sat est habere quātum legas. Sed modo inquis hunc librū euoluere uolo. modo illū fastidientis stomachi est multa degustare:quæ ubi uaria sunt & diuersa coinquināt:nō alunt. Probatos itaq; semper lege:& siq̄ndo ad alios diuerti libuerit:ad priores redi. Aliquid quotidie aduersus paupertatē:aliquid aduersus mortem auxili compara:nec minus aduersus cæteras pestes. Et cū multa percurreris:unū excerpe:quod illo die concoquas. Hoc ipse quoq; facio:ex pluribus quæ lego aliqd apphendo hodiernum hoc est:quod apud Epicurum nactus sum. Soleo enim & in aliena castra transire:nō tanq̄ transfuga:sed tanq̄ explorator. Honesta inquit res ē: læta paupertas. Illa uero non ē paupertas:si læta est. Qui enim cum paupertate bene conuenit:diues ē. Nō qui parum habet:sed qui plus cupit. pauper est. Quid enim refert quantū illi in arca:quantū in horreis iaceat:quantum piscat:aut fœneretur. si alieno imminet:si non acquisita:sed acquirēda computat? Quis sit diuitiaꝝ modus quæris. Primus habere quod necesse est:proximus quod sat est. Vale.

Epistola tertia de modo eligendi & colēdi amicum:& q̄ tam uitium est omnibus credere q̄ nulli. sicut uel semper inquietum esse:uel semper quiescere.

e Pistolas ad me perferendas tradidisti:ut scribis amico tuo. Deīde admones me ne omnia cum eo ad te pertinētia cōmunicem:quia non soleas nec ipse quidē hoc facere. Ita eadem epistola illum & dixisti amicum & negasti. Itaq; sic priore illo uerbo quasi publico usus es:& sic illum amicum uocasti:quomodo omnes candidatos:bonos uiros dicimus:quomodo obuios:si nomen nō succurrit:domi nos salutamus. Sed si aliquē amicū existimas cui nō tantūdem credis quantū tibi:uehementer erras:& nō satis nosti uim ueræ amicitiæ. Errat & ille qui amicū in atrio quærit:in cōuiuio probat. Nullū habet maius malū occupatus homo:& bonis suis obsessus:q̄ q̄ amicos sibi putat:qbus ipse non est. Tu uero oia cū amico delibera:sed de ipso prius. Post amicitiā credendū ē:ante amicitiā iudicandū. Isti uero præpostere officia permiscent:qui contra præcepta Theophrasti cū amauerint iudicant:& non amant cum iudicauerint. Diu cogita an tibi in amicitiā aliquis recipiēdus sit. cū placuerit fieri:toto illū pectore admitte: tā audacter cū illo loquere q̄ tecū. Tu quidem ita uiue ut nihil tibi cōmittas:nisi quod cōmittere etiam inimico tuo possis. Sed quia interueniūt quædā:quæ cōsuetudo fecit archana:cū amico omnes curas:omnes cogitationes tuas misce:fidelē si putaueris:facies. Nam qdā fallere docuerunt:dum timēt falli:& illi ius peccandi suspicando fecerunt. Quid est ergo? quare ulla uerba corā amico meo retrahā. Quid est? quare me corā illo non putem solū:qdam quæ tantum amicis cōmittenda sunt:obuiis narrāt:& in quaslibet aures: quicquid illos urit:exonerant. qdā rursus etiam charissimoꝝ conscientiam reformidāt:& si possent: nec quidem sibi credituri interius præmunt omne secretum. neutrū faciendū est. Vtrunq; enim uitium est &

omnibus credere:& nulli. Sed alteꝝ honeſtius dixerim uitiū:alteꝝ tutius. Sic utroſq; repræhendas:& eos qui ſemper inquieti ſunt:& eos qui ſemper quieſcunt. Nam illa tumultu gaudés:nō eſt induſtria:ſed exagitatæ mētis cōcurſatio. Et hæc non ē quies:quæ motū omnē moleſtiā iudicat:ſed diſſolutio & languor. Itaq; hoc quod apud Pomponiū legi:animo tuo:mādabitur. quidā adeo in latebras refugerūt:ut putēt in turbido eſſe quicquid in luce eſt. Inter ſe iſta miſcēda ſunt:& quieſcēti agendū:& agenti quieſcendum eſt. Cum reꝝ natura delibera:illa dicet tibi ſe & diem feciſſe & noctem. Vale.

Epiſtola quarta de emendando animo:& componēdo ad cōtemptū mortis:& ꝙ magnæ diuitiæ ſunt ſecundum naturam compoſita paupertas.

p

Erſeuera ut cœpiſti quātū potes propera quo diutius frui emēdato animo & cōpoſito poſſis: frueris qdem etiā dum cōponis & dum emēdas. Alia tamen illa uoluptas ē quæ percipiť ex cōtēplatione mētis ab omni labe pure & ſplendide. Tenes utiq; memoria:q̄tum ſenſeris gaudiū cū prætexta poſita ſumpſiſti uirilē togam:& in forum deductus es. Maius expecta:cum puerilē animū depoſueris & te in uiꝝ philoſophia trāſcripſerit. Adhuc enim nō pueritia in nobis ſed qđ ē grauius puerilitas remanet. Et hoc qdem peius:ꝙ auctoritatē habemus ſenū:uitia pueroꝝ. nec pueroꝝ tantū:ſed īfantiū. Illi leuia: hi falſa formidāt:nos utraq;. Proſpice modo & intelliges:quædā ideo minus timēda: quia multū mœtus afferunt. Nullū magnū qđ extremū ē. Mors ad te uenit:timenda ē ſi tecum eſſe poſſet. Neceſſe ē aut non perueniat:aut pertranſeat. Difficile ē inquis animū perducere ad contemptum animæ. Non uides q̄ ex friuolis cauſis contemnatur:alius ante amicæ fores laqueo pependit:alius ſe præcipitauit e tecto ne dominum ſtomachantē diutius audiret:alius ne reducereť e fuga:ferrū adægit in uiſcera. Non putas uirtutē hoc eſſe ēturā:quod fecit nimia formido? Nulli poteſt ſecura uita cōtingere:qui de producenda nimis cogitat:qui inter magna bona multos conſules numerat. Hoc quotidie meditare:ut poſſis æquo animo uitam relinquere:quā multi ſic cōplectunť & tenēt:quomodo qui aqua torrente rapiuntur per ſpinas & aſpera. Plærīq; inter mortis metū:& uitæ tormenta miſeri fluctuāt:& uiuere nolūt:& mori neſciūt. Fac iā tibi iucūdam uitā:omnē ꝑ illa ſolicitudinē deponēdo. nullū bonū iuuat habentē:niſi ad cuius amiſſionē præparatus eſt animus. Nullius autem rei facilior amiſſio ē:q̄ quæ deſiderari amiſſa nō poteſt. Ergo aduerſus omnia quæ accidere poſſunt etiā potentiſſimis adhortare te & indura. De Pompei capite pupillus & ſpado tulere ſententiā. De Craſſo crudelis & inſolens parthus. Caius Cæſar iuſſit Lepidū Decio tribuno præbere ceruicem:ipſe Chereæ præſtitit. Neminē eo fortuna prouexit ut nō tantū illi minareť quantū permiſerat. Noli huic trāquillitati cōfidere. momēto mare euertiť:eodē die ubi luſerūt nauigia ſorbenť. Cogita poſſe & latronē & hoſtē admouere iugulo tuo gladiū:ut poteſtas maior abſit. Nemo nō ſeruus hēt ī te uitæ neciſq; arbitriū. Ita dico quiſquis uitā ſuam cōtempſit:tuæ dominus eſt. Recognoſce exemplū eorum q domeſticis inſidiis perierunt:aut aperta ui:aut dolo intelliges nō pauciores ſeruoꝝ ira cecidiſſe:q̄ regum. Quid ad te itaq; q̄ potēs ſit quem times? cum id propter quod times:nemo non poſſit:aut ſi forte in manus hoſtiū incideris uictor te duci iubebit:eo nempe momēto quo duceris. quid te ipſe decipis? Et hoc nūc primū:qđ olim patiebaris ītelligis. Ita dico ex quo natus es duceris. Hæc & huiuſmodi uerſanda ī animo ſunt:ſi uolumus illā ultimā horā placidi expectare:cuius mœtus oēs alias inquietas facit. Sed ut epiſtolæ finē imponā:accipe quod hodierno die mihi placuit:& hoc quoq; ex alienis hortulis ſumptum eſt. Magnæ diuitiæ ſunt lege naturæ cōpoſita paupertas:Lex autem illa naturæ:ſcis quos nobis terminos ſtatuit. Non eſurire:non ſitire:nō algere:ut famē ſitimq; depellas. Non eſt neceſſe ſuperbis aſſidere liminibus:nec ſuperciliū graue:& contumelioſam etiam humanitatē pati:Non eſt neceſſe Maria tentare: nec ſequi caſtra. Parabile eſt:quod natura deſiderat:& appoſitū paruo conſtat:& ad ſuperuacua ſudatur. Illa ſūt quæ togam cōterunt:quæ nos ſeneſcere ſub tentorio cogunt:quæ in aliena littora īpingunt. Ad manum eſt quod ſat eſt. Qui cum paupertate bene conuenit diues eſt.

Epiſtola quinta de uitanda hypocriſiæ:& nimia uitæ diſtrictione.

q

Vod pertinaciter ſtudes & omnibus omiſſis:hoc unū agis:ut te quotidie meliorē facias: & ꝓbo & gaudeo. nec tantū hortor:ut perſeueres:ſed etiā rogo. Illud autē te admoneo:ne eorum more q non proficere ſed conſpici cupiunt facias aliqua quæ in habitu tuo:aut genere uitæ notabilia ſint Aſpeꝝ:incultū:& intonſum caput:& negligentiorē barbā:& indictū argento odiū: & cubile humi poſitum & quicquid aliud ambitionē peruerſa uia ſequitur:euita. Satis ipſum nomē philoſophiæ:etiā ſi modeſte tractetur:inuidioſum eſt. Quid ſi nos hominū conſuetudini cœperimus excerpere? ītus omnia diſſimilia ſint:frons noſtra populo conueniat. Non ſplendeat toga nec ſordeat quidē. Non habeamus argētū in quo ſolidi auri celatura deſcēderit. Sed nō putemus frugalitatis īdiciū auro argētoq; caruiſſe. Id agamus:ut meliorē uitā ſequamur q̄ uulgus:nō ut contrariā. alioquin quos emēdari uolumus: fugamus nobis:& auertimus. Illud quoq; efficimus:ut nihil imitari uelint noſtri:dū timēt:ne imitanda ſint oia. Hoc primū philoſophia promittit:ſenſum cōmunē:humanitatē & congregationē:a qua Profeſſione nos diſſimilitudo ſeparabit. Videamus ne iſta per quæ admirationē parare uolumus:ridicula & odioſa ſint. Nempe propoſitū noſtrū eſt ſecundū naturā uiuere. Hoc contra naturā eſt torquere corpus ſuū:& faciles odiſſe mundicias:& ſqualorē appetere:& cibis non tantū uilibus uti:ſed tetris & horridis. quēadmodū delicatas res deſiderare:luxuriæ eſt. ita uſitatas & non magno parabiles fugere:dementiæ eſt frugalitatem exigit philoſophia: non pœnā. Poteſt autē eſſe non incompta frugalitas. Hic mihi modus placet. Tēperetur uita inter bonos mores & publicos. Suſpiciant omnes uitā noſtrā:ſed & agnoſcant. Quid ergo? Eadē faciemus quæ cæteri. Nihil inter nos & illos intererit? Plurimū diſſimiles eſſe nos uulgo ſciat:qui īſpexerit

propius:qui domũ intrauerit:nos potius miretur q̃ supellectilem nostrã.Magnus ille est qui fictilibus sic utitur quemadmodum argento.nec ille minor est qui sic argẽto utitur:quẽadmodũ fictilibus.Infirmi ãt animi est pati non posse diuitias.Sed ut huius quoq; diei lucellũ tecũ cõmunicẽ:apud Catonẽ nostrũ iueni cupiditatũ finẽ:etiã ad timoris remedia proficere.Desines inquit timere:si sperare desieris.Dices quomodo ista tam diuersa pariter sunt?Ita est mi Lucili:cum uideanẽ dissidere:coniuncta sunt quẽadmodũ eadem cathena:& custodẽ & militẽ copulat.Sic ista quæ tam dissimilia sunt pariter incedunt.Spẽ metus sequitur.Nec miror ista sic ire.Ttrunq; pendentis futuri animi est.Vtrunq; futuri expectatione solicitũ.Maxima autem utriusq; causa est:q; non ad præsentiã aptamur:sed cogitationes in longinqua præmittimus.Itaq; prouidentia maximũ bonũ conditionis humanæ in malũ uersa est.Feræ pericula quæ uident fugiunt:cũ effugere securæ sunt.Nos & uẽturo torquæmur:& p̃terito.Multa bona nostra nobis nocent.Timoris.n.tormentũ memoria reducit:ꝓuidẽtia anticipat.Nemo tantũ præsentibus miser ẽ. Vale:

Epistola sexta de malo spei & timoris:& de efficacia exemplaris doctrinæ.

Ntelligo Lucili:non emendari me tantũ:sed transfigurari.nec hoc promitto iam aut spero:nihil i
I me superesse:quod mutandũ sit.Quid ni q; multa habeã quæ debeant corrigi:quæ extenuari:q̃ attolli?Et hoc ipsum argumentũ est in melius trãslati animi:q; uitia sua quæ adhuc ignorabat:uidet.Quibusdã ægris gratulatio fit cum seipsos ægros esse sensere.Cuperẽ itaq; tecũ cõmunicare:tã subitã mei mutationẽ.Tunc amicitiæ nostræ certiorẽ fiduciã habere cœpissem:illius uere quã non spes non timor:non utilitatis suæ cura diuellit:illius cũ qua homines moriunẽ:pro qua moriunẽ.Multos tibi dabo qui non amico:sed amicitia caruerũt:hoc non potest accidere cũ aĩos in societatẽ honesta cupiẽdi par uoluntas trahit.Quid ni nõ possit?Sciunt enim ipsos omnia habere cõmunia:& quidẽ magis aduersa.Cõcipere animo nõ potes quantũ momenti afferre mihi singulos dies uideã.Mitte inquis & nobis ista:quæ tãta efficatia expertus es.Ego uero cupio in te oĩa trãsfundere:& in hoc gaudeo aliquid discere:ut doceam.Nec me ulla res delectabit:licet eximia sit & salutaris:quã mihi uni sciturus sum:si cum hac exceptiõe detur sapientia:ut illam inclusam teneam:nec enunciem:reiiciã.Nullius boni sine socio iucũda possessio est.Mittã itaq; ipsos tibi libros:& ne multum opere impendas:dũ passim profutura sectaris:imponã notas:ut ad ipsa protinus quæ probo & miror accedas.Plus tamen tibi & uiua uox & cõuictus:q̃ oratio ꝓderit.In rem præsentẽ uenias oportet.Primũ quia homines amplius oculis q̃ auribus credunt.Deinde quia lõgum iter est per præcepta:breue & efficax per exempla:Zenonẽ Cleantes non expressisset:si eum tantummodo audisset.uitæ eius interfuit:secreta ꝓspexit.Obseruauit illũ:an ex formula sua uiueret.Plato & Aristoteles & omnis in diuersum itura sapientium turba:plus ex moribus q̃ ex uerbis Socratis traxit.Methodorum:& Hermacũ:& Polienũ:magnos uiros nõ schola Epicuri:sed cõtuberniũ fecit.Nec in hoc te accerso tantũ:ut proficias:sed ut prosis.Plurimũ enim alter alteri conferemus.Interim quoniã diurnã tibi mercedulam debeo.quid me apud Hecatonẽ delectauerit dicam:quæris inqt:quid profecerim?Amicus esse mihi cœpit.Multũ proficit:qui nunq̃ erit solus:scito hunc amicum oĩbus esse. Vale.

Epistola septima de fugiendo turbæ consortio.

Vid tibi uitandũ præcipue existimẽ quæris turbã:nondũ illi tuto cõmitteris.Ego certe confiteor
q imbecillitatẽ meã.Nunq̃ mores quos extuli refero.Aliquid ex eo qđ cõposui turbatur:aliquid ex his quæ fugaui rediit:quod ægris euenit:quos longa imbecillitas usq; eo affecit:ut nunq̃ sine offensa proferanẽ.hoc accidit nobis quoq; animi ex longo morbo inficiunẽ.Inimica est multoꝝ cõuersatio Nemo non aliquod nobis uitiũ:aut cõmodat:aut imprimit:aut nescientibus allinit.Vtiq; quo maior est populus cui cõmiscemur:hoc periculi plus est.Nihil uero est tam damnosum bonis moribus:q̃ in aliquo spectaculo residere.Tunc enim per uoluptatem facilius uitia surrepunt.Quid me existimas dicere?auarior redeo:ambitiosior:luxuriosior:imo uero crudelior & ĩhumanior:quia iter homines fui.Casu in meridianũ spectaculũ incidi lusus expectãs & sales & aliquid laxamẽti:quo hominũ oculi ab humano cruore acquiescant.Contra est quicquid ante pugnatũ est misericordia fuit.Nunc omissis nugis mera homicidia sunt nihil habent quo tegantur:ad ictum totis corporibus expositi nunq̃ frustra manũ mittunt.Hoc plæriq; ordinariis paribus & postulaticiis ut in expeditione præferunt.Quid ni præferant?non galea:nõ scuto repellitur ferrum:quo munimenta:quo artes:omnia ista mortis more sunt.Mane leonibus & ursis homines:meridie spectatoribus suis obiiciunẽ.Interfectores interfectis iubent obiici:& uictorem in aliã detinent cædẽ.exitus pugnantiũ mors est:ferro & igne res geritur.hæc fiunt dum uacat arena.Sed latrocinium fecit aliquis:quid ergo meruit?ut suspendaẽ.Occidit hominẽ:quia occidit ille meruit ut hoc pateretur.Tu quid meruisti miser ut hoc spectes?occide:ure:uerbera.quare tam timide incurrit in ferꝝ?q̃re paꝝ audacter occidit?quare parum libenter moritur?Plagis agitur in uulnera:& mutuos ictus nudis & obuiis pectoribus excipiunt.Intermissum est spectaculũ:interim iugulentur homines ne nihil agaẽ.Age.Nec hoc qdem intelligitis mala exempla in eos redundare qui faciũt?Agite diis immortalibus gratias:q; eũ docetis esse crudelẽ q non potest discere:subducẽdus populo est tener animus & paꝝ tenax recti facile transitur ad plures.Socrati:Catoni:& Lelio excutere mentẽ suam dissimilis multitudo potuisset:adeo nemo nostrum q maxime cõcinnamus ingeniũ ferre impetũ uitioꝝ tam magno comitatu uenientium potest.Vnũ exẽplũ aut luxuriæ:aut auaritiæ:multũ mali facit.Conuictor delicatus paulatim eneruat & mollit.Vicinus diues cupiditatẽ irritat:malignus comes:q̃uis cãdido & simplici rubiginẽ suã affricuit.Quid tu accidere his moribus credis:in quos publice factus est ĩpetus?necesse est aut imiteris:aut oderis.Vtrũq; autem deuitandũ est:ne uel similis malis fias:quia multi sunt:neue inimicus multis:quia dissimiles sunt.

Recede in teipso quantū potes. Cū his uersare qui te meliorē facturi sunt. Illos admitte quos tu potes face re meliores. Mutuo ista fiūt & hoies dum docent discunt. Nō est q te gloria publicandi igenii producat i mediū: ut recitare istis uelis: aut disputare. quod facere te uellem: si haberes isti populo idoneā mercedem. Nemo est qui intelligere te possit. Aliquis fortasse unus aut alter incidet: & hic ipse formandus tibi erit: istituendusq ad intellectū tui. Cui ergo inquis ista didici? nō est quod timeas ne operā perdideris: si tibi di dicisti. Sed ne mihi soli hodie didicerim: cōmunicabo tecū quæ occurrerūt mihi egregie dicta circa eūdē fere sensum tria: ex qbus unum hæc epistola idebitum soluet: duo in anteceſſum excipe. Democritus ait. Vnus mihi ꝓ populo est: & populus pro uno. Bene & ille quisquis fuit ambigitur enim de auctore: cum quæreretur ab illo quo tāta diligentia artis spectaret ad paucissimos peruētura. Satis sunt inqt mihi pau ci: satis est unus: satis est nullus. Egregie hoc tertiū Epicurus: cum uni ex cōsortibus studiorū suorū scribe ret: hæc inquit: Ego non multis sed tibi: satis enim magnū alter alteri theatrū sumus. Ista mi Lucili cōden da in aīo sunt: ut cōtemnas uoluptatē ex pluriū assensione uenientē. Multi te laudāt: & quid habes cur pla ceas tibi? Si is es quem intelligant: multi introrsus bona tua spectent. Vale.

Epistola octaua de indulgētia corporis proprii: & turba hominū: & q bona fortunæ sunt fugiēda phi losophanti: cōscientia sua contento: propter ueram libertatem acquirendam ex seruitute animi impendē da philosophiæ discendæ & operandæ.

t V me inquis uitare turbā: iubes secedere & cōscientia esse contentū: ubi illa præcepta uestra quæ imperāt in actu mori? quid ego tibi uideor interim suadere: in hoc me recōdidi & fores clausi: ut prodesse pluribus possem: nullus mihi per ociū dies exit: partē noctium studiis uendico: nō uaco somno: sed succumbo: & oculos uigilia fatigatos cadentesq in operæ detineo. Secessi non tantū ab homi nibus: sed etiā a rebus: & primū a rebus meis. Posterorū negociū ago. Illis aliqua quæ possint prodesse cō scribo salutares admonitiones: uelut medicamentorū utiliū compositiones litteris mando: esse illas effica ces in meis ulceribus expertus quæ & si persanata nō sunt: serpere desierunt: Rectū iter quod sero cogno ui & lassus errando: aliis monstro. Clamo uitare quæcunq uulgo placēt: quæ casus attribuit ad omne for tuitū bonū: suspitiosus pauidusq subsiste. Et fera & piscis spe aliqua oblectāte decipit. Munera ista fortu næ putatis? insidiæ sunt. Quisquis nostrum tutam agere uitam uolet: quantū plurimum potest ista bisca ta beneficia deuitet: in qbus hoc quoq miserrimi fallimur quod habere nos putamus hæremus: In pcipi tia cursus iste deducit. Huius eminētis uitæ exitus cadere est. Deide nec resistere quidē licet cum cœperit transuersos agere fœlicitas. Aut rectis saltē: aut temet fruere. Qui hoc faciūt non euertit fortuna: sed cer nulat & allidit. hanc ergo sanā & salubrē formā uitæ tene: ut corpori tantū indulgeas: quantū bonæ uali tudini satis ē. Durius tractandū ē ne animo male pareat: cibus famē sedet: potio sitim extinguat: uestis ar ceat frigus: domus munimentū sit aduersus infesta corporis. hanc utrū cespes erexerit: an uarius lapis gen tis alienæ: nihil interest. Scito te hominē tam bene culmo q auro tegi. Cōtemne omnia quæ superuacuus labor uelut ornamentū ac decus ponit. Cogita in te præter animum nihil esse mirabile: cui magno nihil magnum est. Si hoc mecum: si hoc cum posteris loquor: nō uideor tibi plus prodesse: q cū ad uadimoniū aduocatus descenderē: aut tabulis testamenti anulū imprimerē: aut in senatu candidato uocē & manū cō modarē mihi crede: qui nihil agere uidenf maiora agunt: humana diuinaq tractant. Sed iam finis faciem dus est: & aliquid ut institui pro hac epistola dependendū: id de meo non fiet: adhuc Epicurū cōplicamus cuius hanc uocē hodierno die legi: philosophiæ seruias oportet: ut tibi contingat uera libertas non differe tur in diē qui se illi subiecit & tradidit: statim circūagitur: hoc enim ipsum philosophiæ seruire libertas ē. potest fieri ut me interroges: quare ab Epicuro tam multa benedicta referā potius: q nostrorū? quid ē ta men quare tu istas Epicuri uoces putas esse nō publicas q multi poetæ dicunt: quæ a philosophis: aut di cēda: aut dicta sunt. nō attingā tragicos aut togatos nostros. habent. n. hæc quoq aliqd seueritatis: & sunt inter comœdias & tragœdias media: quantū disertissimorū uersuū inter minos iacet. q multa Publii: non excalceatis sed coturnatis dicēda sunt. unū eius uersum qui ad philosophiā pertinet: & ad hanc partē qui modo fuit in manibus referā: quo negat fortuita in nostro habenda. Alienū est omne quicquid optando uenit. hunc uersum a te dici nō Paulo melius: sed astrictius memini. nō est tuum fortuna qd' fecit tuū. Il lud etiam nunc melius dictum a te non prætaeribo: dari bonum quod potuit: auferri potest. hoc non im puto in solutum de tuo tibi. Vale.

Epistola nona: q sapiens seipso cōtentus ē ad beate uiuendū: nō ad uiuendū simpliciter.

a N merito reprehendat in quadā epistola Epicurus eos: q dicunt sapientē seipso esse contentū: & propter hoc amico nō indigere. desideras scire: hoc obiicif Stilboni ab Epicuro: & his qbus sum mum bonū uisum est animus impatiēs. In ambiguitatē incidendum est: si exprimere affatim uno uerbo cito uoluerimus & impatientiā dicere. Poterit enim cōtrariū ei quod significare uolumus itelligi. Nos enim eū uolumus dicere: qui respuat omnis mali sensum. accipief is qui nullū possit ferre malū. Vi de ergo: num satius sit: aut iuulnerabilē animū dicere: aut animū extra oēm patiētia positū hoc inter nos & illos interest. Noster sapiens uincit qdem incōmodū omne: sed sentit: illorū nec sentit qdem. Illud nobis & illis cōmune est: sapientem seipso esse contentum: sed tamen amicum habere uult: & uicinū: & cōtuber nalem: quis sibiipse sufficiat. Vide q sit se cōtētus. Aliquādo sui parte cōtentus est: si illi manum: aut mor bus: aut hostis inciderit. Siquis oculū uel oculos casu excusserit: reliquiæ illi suæ satisfaciēt: & erit i minu to corpore: & amputato tam lætus: q in integro fuit. Sed quæ sibi desunt nō desiderat: nō deesse mauult. Ita sapiens se cōtentus est: non ut uelit esse sine amico: sed ut possit. & hoc qd' dico possit tale est: amissum

æquo animo fert:sine amico qdē nunq̄ erit.In sua potestate habet q̄ cito reparet.Quomodo si perdiderit Phydias statuam:protinus alteram faciet.Sic hic faciendarum amicitiarum artifex substituet alium i locum amissi.Quæris quomodo amicum cito facturus sit?dicam si illud mihi tecum conuenerit.Vt stati tibi soluam quod debeam:& quantum ad hanc epistolam paria faciamus.Hecaton ait:Ego tibi mō strabo amatorium:sine medicamento:sine herba:sine ullius ueneficæ carmine.Si uis amari:ama:habes nō tantum amicitiæ usum ueteres.& certe magnam uoluptatē:sed etiam initium & cōparationē nouæ.Quod interest inter metentem agricolam & serentem:hoc inter eum qui parauit amicū & qui parat.At Thales philosophus dicere solebat:Iucundius esse amicum facere q̄ habere.Quomodo artifici iucundius est pingere q̄ pinxisse:illa in opere suo occupata solicitudo ingens oblectamentum habet in ipsa occupatione.Non æque delectatur qui ab opere perfecto remouit manum:iam fructu artis suæ fruitur:ipsa fruebatur arte cum pingeret.Fructuosior est adolescentia liberorum:sed infantia dulcior.Nunc ad propositum reuertamur.Sapiens etiam si contentus est:se tamen habere amicum uult:si ob nihil aliud ut exerceat amicitiā:ne tam magna uirtus iaceat.Non ob hoc quod Epicurus dicebat in hac ipsa epistola:ut habeat qui sibi ægro assideat:succurrat,in uincula coniecto uel inopi.Sed habeat aliquem cui ipse ægro assideat:quem ipse circumuentum hostili custodia liberet.Qui se spectat:& propter hoc ad amicitiam uenit:male cogitat.quēadmodum cœpit sic desinet:parauit amicum aduersus uincula laturum opem cū primū crepuerit cathena discedet.Hæ sunt amicitiæ quas tēporarias populus appellat:qui causa utilitatis assumptus ē.tādiu placebit q̄diu utilis fuerit.hac re florentes amicorum turba circumsedet.Circa euersos igens solitudo est & inde amici fugiunt ubi probantur.hac in re ista tot nefaria exempla sunt aliorum mœtu relinquētium:aliorum mœtu prodētium:necesse est ut initia inter se & exitus congruant.Qui amicus esse cœpit quia expedit:placebit ei aliquod præciū contra amicitiam:si ullum in illa placet præcium præter ipsam.In quies igit amicū paro ut habeam pro quo mori possim:ut habeā quem in exiliū sequar:cuius me morti opponam & impendā.Ista quam tu describis negociatio est:non amicitia:quæ ad cōmodū accedit:quæ quicquid consecuta sit expectat.Non dubie habet aliquid simile amicitiæ affectus amātium:possumus dicere illam esse insanam amicitiam.nunquid ergo quisq̄ amat lucri causa?nunquid ambitiōis aut gloriæ?ipse per se amor omnium aliarum rerum negliges:animos in cupiditatē formæ:nō sine spe mutuæ charitatis accendit.Quid ergo?ex honestiori causa coit turpis affectus.Non agitur inquis nūc de hoc:an amicitia propter se:an propter aliud sit expetenda.nam propter seipsam expetenda est:potest ad illum accedere:qui seipso contentus est.quomodo ergo ad illam accedit?quomodo ad rem pulcherrimam non lucro captus.nec uarietate fortunæ perterritus?Detrahit amicitiæ maiestatem suam:qui illam parat ad bonos casus:se contentus est sapiens.hoc mi Lucili perperam plærīq; iterpretantur.Sapientem undiq; submouent:& intra cutem suam cogunt.Distinguendum est aūt quid & quatenus uox ista promittat:se contētus est sapiens ad beate uiuendum:non ad uiuendum.Ad hoc enim multis illi rebus opus est.Ad illud tantum animo sano & erecto & despiciente fortunam.Volo tibi Chrysippi quoq; distinctionē indicare.Ait sapientem nulla re indigere:& tamen multis illi rebus opus esse.Contra.Stulto nulla re opus est:nulla eni re scit uti nec uerbis:sed omnibus eget.Sapienti & māibus & oculis:& multis ad quotidiāum usum necessariis opus est.Sed eget nulla re:egere enim necessitatis ē.Nihil aūt necesse sapiēti est.Ergo q̄uis seipso contentus sit:amicis illi opus est:hoc cupit habere q̄plurimos:non ut beate uiuat:uiuet enim etiam sine amicis beate.Summum bonum extrinsecus instrumenta non quærit:domi colitur:ex se totum ē.Incipit fortunæ esse subiectus:si quam partem sui foris quærit.qualis tamen futura est uita sapiētis si sine amicis relinquatur in custodiam coniectus:uel in aliqua gente aliena destitutus:uel in nauigatione lōga retētus:aut in desertum littus electus?qualis est Iouis cum resoluto mundo;& diis in unū confusis:paulisper cessante natura acquiescat sibi cogitationibus suis traditus.tale quidam sapiens facit:in se reconditur:secū ē q̄diu quidem illi licet suo arbitrio res suas ordinare:se contentus est:& si dixerit uxorem:se contentus ē:& liberos tollit:se contētus est:& tamen nō uiuet si fuerit sine homine ui.turus.Ad amicitiā fert illū nulla utilitas sua:se naturalis irritatio.nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est:sic amicitiæ.quomodo solitudo in odio ē:sic in dulcedine appetitio societatis:quomodo hominem homini natura conciliat:sic inest huic quoq; rei stimulus:qui nos amicitiarum appetentes faciat.Nihilominus cū sit amicoꝶ amātissimus cum illos sibi comparet.sæpe præferat.omne intra se bonum terminabit:& dicet quod Stilbon ille dixit.Stilbon quem Epicuri epistola insequitur.hic enim capta patria:amissis liberis:amissa uxore:cū ex incendio publico solus & tamen beatus exiret.Interroganti Demetrio:cui cognomen ab exitio urbiū Polyorcetes fuit.Nunquid perdidisset?omnia inquit bona mea mecum sunt.Ecce uir fortis ac strenuus.ipsam hostis sui uictoriam uicit.Nihil inquit perdidi:dubitare illum coegit:an uicisset:oīa mea mecum sunt.Iustitia:uirtus:temperantia:prudētia:nihil eni bonū putare potui quod eripi possit.Miramur aīalia quædam:quæ per medios ignes sine noxa corporum transeunt.quanto hic mirabilior uir qui per ferrum & ruinas & ignes illesus & indemnis euasit.Vides quanto facilius sit totam gentē:q̄ unū uirū uincere?hæc uox illi est communis cum Stoico:æque & hic intacta bona per concrematas urbes fert.Se enim ipso contentus est:hoc fœlicitatem suam fine designat.Ne existimes nos solos generosa uerba iactare:& ipse Stilbonis obiurgator Epicurus:similem illi uocem emisit:quam tu boni consule etiam si hunc diē iā expunxi.Sicut inquit suā non uidenť amplissima:licet totius mundi dominus:sit tamen miser est.Vel si hoc modo tibi melius enunciari uidetur.Id enim agendum:ut nō uerbis seruiamus:sed sensibus.Miser ē qui se nō beatissimum iudicat:licet imparet mundo.Vt scias autē hos sensus cōmunes esse natura scilicet

dictante apud poetam comicũ inuenies. Non est beatus esse se qui non putat. Quid enim refert qualis status tuus sit: si tibi uidetur malus. Quid ergo inqs? si beatũ se dixerit: ille turpiter diues: & ille multorũ dominus: sed pluriũ seruus. beatus sua sñia fiet? non quid dicat: sed quid sentiat refert: nec qd uno die sentiat: sed quid assidue. Non est autem quod uerearis: ne ad indignam res tanta perueniat: nisi sapienti sua nõ placent. omnis stultitia laborat fastidio sui. Vale.

Epistola. x. de solitudine uitanda prudentibus: & de sinceritate orandi deum.

Ic est: non muto sñiam: fuge multitudinem: fuge paucitatem: fuge etiam unum. Non habeo cum
s quo te cõmunicatum uelim: & uide q iudicium meum habeas. Audeo te tibi credere. Crates. ut aiunt huius ipsius Stilbonis auditor: cuius mẽtionẽ priore epistola feci. Cũ uidisset adolescentulũ secreto ambulantẽ: interrogauit: quid illic solus faceret. Mecũ inquit loquor. cui Crates: Caue ĩquit rogo & diligenter attende: ne cũ homine malo loquaris. Lugentẽ: timentẽq custodire solemus: ne solitudine male utatur. Nemo est ex imprudentibus qui relinqui sibi debeat. Tunc mala cõsilia agitat: tũc aut aliis: aut ipsis futura pericula struũt. Tunc cupiditates improbas ordinant: tũc quicquid aut metu aut pudore animus celabat exponit: tunc audaciã acuit: libidinem irritat: iracũdiã instigat. Deniq quod unũ solitudo habet cõmodum: nihil ulli cõmittere: nõ timere iudicem periit stulto: ipse se prodit. Vide itaq quid de te sperem: immo quid spondeã mihi. Spes enĩ ĩcerti boni nomẽ est. Nõ inuenio cũ quo te malim esse: q̃ tecũ. Repeto memoria: q̃ magno aĩo quædã uerba proieceris: quanti roboris plena: gratulatus sum protinus mihi: & dixi non a summis labris ista uenerũt. habent hæ uoces fundamentum: iste homo non est unus e populo: ad salutẽ spectat. Sic loq̃re: sic uiue. Vide ne te ulla res deprimat. Votorũ tuorũ ueterũ licet diis gratiã facias: alia de integro suscipe: roga bonã mentẽ: bonã ualitudinẽ animi: deinde tunc corporis. Quid ni tu ista uota sæpe facias: audacter deũ roga. nil illũ de alieno rogaturus: sed ut more meo cũ aliquo munusculo epistolã mittã. Verũ est quod apud Athenodorũ inueni. Tunc scito esse te oĩbus cupiditatibus solutũ: cũ eo perueneris ut nihil deũ roges: nisi quod rogare possis palã. Nunc enĩ quanta clementia est hominum q turpissima uota diis insusurrant. Siquis admouerit aurẽ: cõticescẽt: & quod scire hominẽ nolũt: deo narrant. Vide ergo ne hoc præcipi salubriter possit: sic uiue cum hominibus tanq̃ deus uideat. Sic loquere cum deo: tanq̃ homines audiant. Vale.

Epistola. xi. de inuincibilis uerecundiæ qualitate: & de imaginaria boni uiri præsentia.

Ocutus est mecũ amicus tuus bone indolis: in quo quantũ esset animi: quantũ ĩgenii: quantũ iam
l etiam profectus: sermo primus ostendit. dedit nobis gustũ: ad quẽ respondebat: nõ ex præparato locutus est: sed subito deprænhensus. ibi se colligebat uerecũdia bonũ in adolescente signũ uix potuit excutere: adeo illi ex alto suffusus est rubor. hic illũ q̃ntũ suspicor etiã cũ se cõfirmauerit: & ex oĩbus uitiis exuerit sapientẽ quoq sequæt. Nulla enĩ sapientia naturalia corporis: aut animi uitia ponunt: qcqd infixũ & ingenitũ est leuiter arte non uincit. Quibusdã etiã cõstantissimus in cõspectu populi sudor erũpit non aliter q̃ fatigatis & æstuãtibus solet. qbusdam tremũt gẽua dicturis. quorundã dentes collidunt: lingua titubat: labra cõcurrũt. Hæc nec disciplia: nec usus unq̃ excutit: sed natura uim suã exercet: & illos uitio sui: etiã robustissimos admonet. Inter hæc eẽ & ruborẽ scio q grauissimis quoq uiris: subitus effunditur. magis quidẽ in iuuenibus apparet: quibus & plus caloris est: & tenera frons. nihilominus ueteranos & senes tangit. Quidã nunq̃ magis q̃ cum erubuerint timendi sunt: quasi omnẽ uerecũdiã effuderit. Sylla tũc erat uiolẽtissimus. cum faciem eius sanguis inuaserat. Nihil erat mollius ore Pompeii: nunq̃ nõ coram pluribus erubuit utiq & in cõcionibus Fabianum cũ in senatũ testis esset eductus erubuisse mẽini: & hic mire illũ pudor decuit. Nõ accidit hoc ab infirmitate mentis: sed a nouitate rei quæ inexercitatos: & si nõ cõcutit: mouet naturali in hoc facilitate corporis pronos. Nã ut qdã boni sanguinis sunt: ita qdam incitati & mobilis & cito in os prodeuntis. hæc ut dixi nulla sapientia abigit: alioquin haberet rerũ naturã sub imperio sui si omnia eraderet uitia. Quæcunq attribuit cõditio nascendi: & corporis tẽperatura: cũ multũ se diuq animus composuerit hærebunt. Nihil horum uitari potest nõ magis q̃ accersiri. Artifices scenici: qui imitantur affectus: qui metum & trepidationẽ exprimũt: qui tristitiã repræsentãt hoc indicio imitantur uerecundiã. deiiciunt enim uultũ: uerba submittunt: figunt in terra oculos & deprimũt: ruborem sibi exprimere nõ possunt. nec prohibetur hic: nec adducitur. Nihil aduersus hæc sapiẽtia promittit: nihil proficit. sui iuris sunt: iniussa ueniunt: iniussa discedunt. Iam clausulam epistola poscit. Accipe eãdẽ utilẽ & salutarẽ quã te affigere animo uolo. Aliquis uir bonus nobis eligendus est: ac semper ante oculos habendus: ut sic tãq̃ illo spectante uiuamus: & omnia tanq̃ illo uidente faciamus. hoc mi Lucili Epicurus præcepit: custodẽ nobis: & pedagogũ dedit: nec immerito. Magna pars peccatorũ tollitur: si peccatori testis assistit. Aliquẽ habeat animus: quẽ uereatur: cuius auctoritate etiã secretũ suum sanctius faciat. O fœlicem illũ qui non præsens tantũ factũ: sed etiam cogitatus emendat. O fœlicẽ qui sic aliquẽ uereri põt: ut ad memoriã quoq eius se cõponat: atq ordinet. qui sic aliquẽ uereri potest cito erit uerendus. Elige itaq Catonẽ: si hic uidet tibi nimis rigidus: elige remissioris animi uirũ Læliũ: elige eũ cuius tibi placuit & uita: & oratio: & ipsius aĩum: ante te ferens & multũ illũ semper tibi ostẽde: uel custodẽ: uel exemplũ. Opus est inq̃ aliquo ad quẽ mores nostri seipsi irrigant: nisi ad regulã: praua non corriges. Vale.

Epistola. xii. de bono senectutis & commendatione seu excusatione ipsius: & q in necessitate uiuere nulla necessitas est.

Vocunq me uerto argumenta senectutis meæ uideo. ueneram in suburbanum meum: & quærebar de impensis ædificii dilabentis. Ait uillicus mihi nõ esse negligentiæ suæ uitiũ: omnia se facere
q

sed uillam ueterem esse.hæc uilla inter manus meas creuit.quid mihi futurum ē:si tam putrida sunt ætatis meæ saxa?Iratus illi proximā occasionem stomachandi arripui.Apparet inq̄ has platanos negligi:nullas habent frondes q̄ nodosi sunt:& retorti rami:q̄ tristes & squalidi trunci.hoc non accideret: siquis has circumfoderet:si irrigaret.Iurat per geniū meum se omnia facere:in nulla re cessare curam suam:sed illas uetulas esse.quod inter nos sit ego illas posueram:ego illarum primum uideram folium.Cōuersus ad ianuam quis est inq̄ iste decrepitus & merito ad hostium admotus?foras enim spectat.unde istū nactus es?quid te delectauit alienū mortuum tollere?At ille non cognoscis me inquit?Ego sum Felicio cui solebas sigillaria afferre:ego sum philosti uillici filius delitiolum tuum.perfecte inq̄ iste delirat:uetulus etiā delitiolū meum factus est?prorsus potest fieri dentes illi cum maxime cadunt. Debeo hoc suburbano meo quod mihi senectus mea quocunq; auerteram apparuit.Complectamur illam & amemus:plena est uoluptatis si illa scias uti.gratissima sunt poma cum fugiunt:pueritiæ maximus in exitu decor ē.deditos uino potio extrema delectat:illa quæ mergit:quæ ebrietati summam manū imponit.Quod in se iucūdissimū hominis uoluptas habet:in finem sui differt.iucundissima est ætas deuexa iam non tantū præceps:& illā quoq; in extrema tantum regula stātem iudico habere suas uoluptates:aut hoc ipsum succedit i locū uoluptatum nullis ægere q̄ dulce ē cupiditates fatigasse ac reliquisse.Molestum est inquis mortē ante oculos habere.Primum ista tam seni ante oculos debet esse q̄ iuueni.Non enim citamur excessu.Deinde nemo tam senex est:ut non improbe unū diem speret.Vnus aūt dies gradus est uitæ:tota ætas partibus cōstat & orbes habet circūductos maiores minoribus.Est aliquis qui omnes complectatur & cingat: hic ptinet a natali ad diem extremum.Est alter qui annos adolescentiæ excludit.Est qui totam pueritiā ambitu suo astringit.Est deinde per se annus in se omnia continens tempora:quoq; multiplicatione uita componit:mensis arctiore præcingitur cingulo.Angustissimum habet dies gyrum:sed & hic ab initio ad exitum uenit:ab ortu ad occasum.Ideo Heraclitus cui cognomen Scotinō fecit:oratiōis obscuritas. Vnus iquit dies par omni est.hoc alius aliter accepit.dixit enim parem esse horis:nec mentitur.Nam si dies tempus est uigintiquatuor horaq;:necesse est omnes inter se dies pares esse:quia nox habet quod dies perdidit.Alius ait parem esse unum diem omnibus similitudine:nihil enim habet lōgissimi temporis spatiū:quod non in uno die inuenias lucem & noctem:& alternas mundi uices.Planeta facit ista non alias cōtractior alias productior dies.Itaq; sic ordinandus est dies omnis:tanq̄ cogat agmen & cōsumet atq; expleat uitam.Pacuuius qui syriam usu suam fecit cū uino:& illis funereis epulis se sepelisset:quasi sibi parētauerit:sic in cubiculum ferebatur a cœna:ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniā cāeretur. βεβείωται βεβείωται.nullo non se die extulit:hoc quod ille ex mala conscientia faciebat:nos in bona faciamus:& in somnū ituri læti hilaresq; dicamus:Vixi:& quem dederat cursum fortuna peregi.Crastinum si adiecerit deus læti recipiamus.Ille beatissimus est & securus sui possessor:qui crastinum sine solicitudie expectat.Quisquis dixit uixi:quotidie ad lucrum surgit.Sed iam debeo epistolam includere.Sic inqs sine ullo ad me peculio uēiet?Noli timere aliquid secum fert:quare aliquid dixi multum.Quid enim hac uoce p̄clarius:quam illi trado ad te perferendam?Malum est in necessitate uiuere:sed in necessitate uiuere necessitas nulla est.Quid ni nulla?si patent undiq; ad libertatem uiæ multæ:breues:faciles:Agamus deo gratias q; nemo in uita teneri potest.Calcare ipsas necessitates licet Epicurus īquis dixit quid tibi cum alieno?quod uerum est:meum est.perseuerabo Epicurum tibi ingerere ut isti qui in uerba iurant ne quid dicatur æstiment:sed a quo:sciantq; quæ optima sunt esse communia. Vale.

Epistola.xiii.de utilitate exercitationis contra aduersa de remediis contra mala fortuita: & q; stultitia semper incipit uiuere.

m

VItum tibi esse animi scio.nam etiam anteq̄ instrueres te præceptis salutaribus & dura uincentibus:satis aduersus fortunam placebas tibi:& multo magis postq̄ cū illa conseruisti manū: uiresq; expertus es tuas:quæ nūq̄ certam dare fiduciā sui possunt:nisi cum multæ difficultates hinc & illinc apparauerint.Aliquando uero & propius accesserunt.Sic uerus ille animus:& in alienū non uenturus arbitriū probatur.Hæc eius probatio obstrusa est.Non potest Athleta magnos spiritus ad certamen afferre:qui nunq̄ suggillatus est.ille qui fudit sanguinē suū:cuius dentes crepuerunt sub pugno:ille q supplantatus aduersariū toto tulit corpore:nec proiecit animū proiectus : qui quotiens cecidit contumatior resurrexit:cū magna spe descendit ad pugnā.Ergo ut similitudinē istā prosequar. Sæpe iā fortuna supra te fuit:nec tamen tradidisti te:sed subsiluisti & acrior constitisti.Multū enim adiicit sibi uirtus lacessita. Tamen si tibi uidetur accipe a me auxilia:quibus munire te possis.Plura sunt Lucili quæ nos terrent q̄ q̄ præmūt:& sæpius opinione q̄ re laboramus.Non loquor tecum stoica lingua:sed hac submissione. Nos enim dicimus omnia ista quæ gemitus mugitusq; exprimūt leuia esse & cōtēnēda.Omittamus hæc magna uerba:sed dii boni uera.Illud tibi præcipio:ne sis miser ante tempus.Cum illa quæ uelut imminētia expauisti:forte nunq̄ uentura sunt.Certe nunq̄ uenerunt.Quædā ergo nos magis torquent q̄ debēt:quædam ante torquent q̄ debent:quædam torquent cum omnino non debeant.Aut augemus dolorem:aut fingimus:aut præoccupamus.Primū id:quia res in cōtrouersia est:& litem cōtestatam habemus in præsentia differatur.Quod ego leue dixero.tu grauissimū esse contendes.Scio alios:inter flagella ridere:alios gemere sub colapho.Postea uidebimus:utrum ista suis uiribus ualeāt:an imbecillitate nostra?illud p̄sta mihi:ut quotiens circūsteterint:qui tibi te miseq; esse persuadeāt:nō quid audias:sed quid sentias cogites:& cū patientia tua deliberes:ac te ipse interroges qui tua optīe nosti quid est:quare isti me cōplorēt?quid est q; trepident:q; contagiū quoq; mei timeant:quasi transilire calamitas possit?Est aliqd istic mali.

An res ista magis infamis est q̃ mala? Ipse te interroga: Nunquid sine causa crucior? Et mœreo: & quod non est malum facio? Quomodo inquis intelligam: si uana sint: an uera quibus angor? Accipe huius rei regulam: aut præsentibus torquemur: aut futuris: aut utrisq;. de præsentibus facile est iudicium: si corpus tuum liberum est: sanum est: nec ullus ex iniuria dolor est. Videbimus quid futurum est: hodie nihil negocii habet: aut enim futurum est: aut non. Primũ despice an certa argumenta sint uenturi mali. Plærũq; enim suspitionibus laboramus: & illudit nobis illa quæ conficere bellum solet fama: multo autem magis singulos conficit. Ita est mi Lucili: cito accedimus opinioni: non coarguimus illa: quæ nos in metum adducunt: nec excutimus: sed trepidamus. & sic uertimus terga quemadmodum illi: quos puluis motus: fuga pecorum exuit castris: aut quos aliqua fabula sine auctore sparsa cõterruit. Nescio quomodo magis uana perturbant: uera enim modum suum habent: quicquid ex incerto uenit: coniecturæ & licentiæ pauentis animi tradit̃. Nulli itaq; tam perniciosi: tam irreuocabiles q̃ lymphatici metus sunt. Cæteri enim sine ratione: hi si mente sunt. Inquiramus itaq; in rem diligenter. Verisimile est aliquid futurum mali. Nõ statim uerum est q̃ multa non expectata uenerunt. q̃ multa expectata nusq̃ comparuerunt: etiam si futurum est: quid iuuat dolori suo occurrere? Satis cito dolebit cum uenerit: interim tibi meliora promitte. quid faciet lucri tempus? Multa interuenient: quibus uicinum periculum uel prope admotum: aut subsistat: aut desinat: aut in alienum caput transeat. Incendium ad fugam patuit: quosdam molliter ruina deposuit. aliquando gladius ab ipsa ceruice reuocatus est: aliquis carnifici suo superstes fuit: habet etiam mala fortuna leuitatem: fortasse erit: fortasse non erit. interim non est: meliora propone. nonnunq̃ nullis apparentibus signis: quæ mali aliquid prænuncient animus sibi falsas imagines fingit: aut uerbum aliquod dubiæ significationis detorquet in peius: aut maiorem sibi offensam proponit alicuius q̃ est. & cogitat non quantum iratus ille sit: sed quantum liceat irato. Nulla autem causa uitæ est: nullus miseriarum modus si timent quantum potest: hic prudentia prosit: hic robur minimi. euidẽtem quoq; metum respue. Si minus uitio: uitium repelle: spe metum tempera. Nihil tam certum est ex his quæ timentur: ut non certius sit & formidata subsidere: & sperata decipere. Ergo & spem ac metum examina: & quotiens incerta erunt omnia tibi faue: crede quod mauis: si plures habebit sententias metus: nihilominus in hanc partem potius inclina: & perturbare te desine. Ac subinde hoc in animo uolue: maiorem partem mortalium cum illic nec sit quicq̃ mali: nec pro certo futurum sit æstuare ac discurrere. Nemo enim resistit sibi cum cœperit impelli: nec timorem suum redigit ad uerũ. Nemo dicit uanus auctor est: aut finxit: aut credidit: damus nos referentibus: expauescimus dubia pro certis: nõ seruamus modum rerum: statim in timorem uenit scrupulus. Pudet me sic tecum loqui: & tam leuibus te remediis refocillare. Alius dicat: fortasse hoc nõ ueniet. Tu dic: quid porro si ueniet? Videbimus utrum ueniet: fortasse pro me uenit: & mors istam uitam honestabit. Cicuta magnum Socratem confecit. Catoni gladium assertorem libertatis extorque: magnam partem detraxeris gloriæ. Nimium diu te cohortor: cum tibi admonitione magis q̃ exhortatione opus sit. Non in diuersum te a natura tua ducimus: natus es ad ista: quæ dicimus. Eo magis bonum tuum auge & exorna. sed iam finem epistolæ faciam: si illi signum suum impressero: idest aliquam magnificam uocem perferendam ad te mandauero. Inter cætera mala: hoc quoq; habet stultitia proprium semper incipit uiuere. Considera quid uox ista significet Lucili uirorum optime: & intelliges q̃ fœda sit hominum leuitas. Quotidie noua uitæ fundamenta ponentium nouas etiam spes in exitu inchoantium. Circumspice tecũ singulos: occurrent tibi senes qui se cum maxima ambitione: ad peregrinationes: ad negociandũ parent. Quid est autem turpius q̃ senex uiuere incipiens? non adducerem auctorem huic uoci: nisi esset secretior: nec inter uulgata Epicuri dicta quæ mihi & laudare: & adoptare promisi. Vale.

Epistola. xiiii. ut non seruiatur corpori: & qualiter uitanda sit nocitura potentia: & q; his maxime diuitiis fruitur qui non indiget diuitiis.

f Ateor insitam esse nobis corpori nostri charitatem. Fateor nos huius gerere tutelam: nõ nego indulgendum illi: seruiẽdum nego. multis enim seruiet: q corpori seruit: qui pro illo nimiũ timet: qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus: non tanq̃ propter corpus uiuere debemus: sed tanq̃ nõ possimus sine corpore: huius nos nimius amor timoribus ĩquietat: solicitudinibus onerat: cõtumelius obiicit. honestũ ei uile est: cui corpus nimis charũ est. Agatur eius diligẽtissime cura: ita tamẽ ut cũ exiget ratio: cũ dignitas: cũ fides: mittendũ in ignẽ sit. nihilominus quantũ possumus euitemus ĩcõmoda quoq;: non tantũ pericula: & in tantum nos reducamus: excogitantes subinde: quibus possint timẽda depelli quorum tria: ni fallor genera sunt. Timetur inopia: timentur morbi: timentur quæ per uim potẽtioris impetus eueniunt. Ex his omnibus nihil magis nos concutit: q̃ quod ex aliena potentia impendet. Magno enim strepitu & tumultu uenit. Naturalia mala quæ retuli inopiæ atq; morbi silẽtio subeũt: nec oculis: nec auribus quicq̃ terroris ĩcutiunt. Ingenas alterius mali pompa est: ferrum circa se & ignes habet & cathenas: & turbam ferarum: quam in uiscera immittat humana. Cogita hoc loco carcerẽ & cruces: & eculeos: & uncum: & adactum per medium hominem: qui per omnes artus emergere possit stipitẽ: & distracta in diuersum actis curribus membra: illam tunicã alimentis igniũ: & illitã & intextã: & quicquid aliud præter hæc cõmenta sæuitia est. Non est itaq; mirũ. si maximus huius rei timor est: cuius & uarietas magna & apparatus terribilis est. Nam quẽadmodum plus agit tortor: quo plura instrumenta doloris exposuit: Specie eni uincuntur: qui patientia restitissent. Ita ex his quæ animos nostros subigunt & domãt plus proficiunt: qa habent quod ostẽdant. Illæ pestes nõ minus graues sunt: famem dico: & sitim: & præcordiorum suspirationes: & febrẽ uiscera ipsa torrentem: sed latent. Nihil habent quod ĩtentent: qđ præferant.

Hæc ut magna bella aspectu paratuq; uicerunt. Demus itaq; operā: abstineamus offensis: Iterdū populus est quē timere debeamus. iterdū si ea ciuitatis disciplina est: ut plurima per senatū transigant: gratiosi ti/meantur in eo uiri. Interdū singuli: qbus potestas populi & in populū data est: hos omnes amicos habere operosam est: satis est inimicos nō habere. Itaq; sapiens nunq̄ potentium iras prouocabit immo declina/bit: nō aliter q̄ in nauigando procellam. Cum peteres Siciliā: traiecisti fretum: temerarius gubernator contempsit austri minas. Ille est enim qui siculum pelagus: iterdum etiam plus q̄ timere debeamus exasperet & in uertices cogat: non sinistrum petit littus: sed id quo propior charybdis maria conuoluit. At ille cau/tior peritos locorum rogat quis æstus sit: quæ signa dent nubes: & longe ab illa regione uerticibus isami cursum tenet. Idem facit sapiens: nocituram potentiam uitat: hoc primum cauens: ne uitare uideat. Pars enim securitas & in hoc est non ex professo eam petere: quia quæ quis fugit damnat. Circumspiciendum nobis est ergo: quomodo a uulgo tuti esse possumus. Primū nihil inde cōcupiscamus: rixa est inte cōpeti/tores: deinde nihil habeamus quod cum magno emolumēto insidiantis eripi possit q̄ minimum sit i corpore tuo spolio℞. Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum uenit aut admodum pauci: plures cō/putant q̄ oderint. nudum latro transmittit: etiam in obsessa uia pauperi pax est. Tria deinde ex præcepto ueteri præstanda sunt ut uitentur: odium: inuidia: conptemtus. quomodo hoc fiat sapientia sola monstra bit. difficile enim temperamentum est: uerendum q; ne in contemptum nos inuidia & timor trāsferat: ne dum calcari nolumus uideamur posse calcari: multis timendi attulit causas timeri posse. Vndiq; nos re/ducamus nō minus contemni q̄ suspici nocet. A philosophiā ergo confugiendum est: hæ litteræ non di/co apud bonos: sed apud mediocriter malos: insulaꝝ loco sunt. Nam forensis eloquentia: & quæcūq; alia populum mouet: aduersarios habet: hæc quieta: & sui negocii contēni non potest: cui ab omnibus artibus etiam apud pessimos honor est. nunq̄ intantum conualescet nequitia: nunq̄ sic contra uirtutes coniurabi/tur: ut non philosophiæ nomen uenerabile & sacrum maneat. Cæterum philosophia ipsa tranquille mo/desteq; tractāda est. Quid ergo inquis? Videtur tibi. M. Cato modeste philosophari: qui bellum ciuile sen tentia sua reprimit: qui furentium principum armis: medius interuenit: qui aliis Pompeium offendenti/bus: aliis Cæsarem simul lacessit duos? Potest aliquis disputare: an illo tempore capescenda fuerit sapienti respublica? Quid tibi uis. M. Cato? iam non agitur de libertate: olim pessundata ē. Quæritur utrum Cæsar: an Pompeius possideat rempublicā. Quid tibi cum ista contentiōe? Nullæ partes tuæ sunt: dominus eligitur. quid tum? alter uincere potest: melior uincere non potest: non potest esse peior qui uictus fuerit: melior qui uicerit. Vltimas partes attigi. Catonis. sed ne priores quidē anni fuerunt: qui sapientem in illa rapina reipublicæ admitterent. Quid aliud q̄ uociferatus est Cato: cum misit iratas uoces: cum modo per populi leuatus manus & obrutus sputis: & portādus extra forum traheretur: modo e senatu in carcerem duceretur? Sed postea uidebimus an sapienti opera per pendenda sint. Interim ad hos te stoicos uoco: qui a republica exclusi secesserunt ad colendā uitam: & humano generi iura colenda: sine ulla potētioris offen sa. Non cōturbabit sapiens publicos mores: nec populū in se nouitate uitæ cōuertet. quid ergo? Vtiq; erit tutus: qui hoc propositum sequetur. Promittere tibi hoc magis non possum q̄ in homine temperato bo/nam ualitudinem: & tamen facit temperantia bonam ualitudinem. Perit aliqua nauis i portu: sed quid tu accidere in medio mari credis? quanto huic periculum paratius foret: multa agenti: molientiq;: cui ne ociū quidem tutum est? pereunt aliquādo innocentes. quis negat? Nocentes tamen sæpius. Ars ei constat: qui per ornamenta percussus est. Deniq; consilium omnium rerum sapiens: nō exitum spectat. Initia in pote/state nostra sunt: de euentu fortuna iudicat: cui de me sententiam non do. At aliquid uexationis affert ali quid aduersi: nō damnatur latro: cum occidit. Nūc ad quotidianam stipem manum porrigis: aurea te sti/pe implebo. Et quia facta est auri mentio: accipe quemadmodum usus fructusq; eius tibi esse gratior pos/sit. Is maxime diuitiis fruitur: qui minime diuitiis indiget. Aede iquis auctorē: ut scias q̄ benignissimus: propositū est aliena laudare. Epicuri est: aut Metrodori: aut alicuius ex illa officina. & quid iterest quis di/xerit? Omnibus dixit. qui æget diuitiis timet pro illis. Nemo autem solicitus bono fruitur. Adiicere illis aliquid studet: dum de incremento cogitat. oblitus est usus: ratiocinatiōes accipit: forum conterit: Kalen/darium uersat: fit ex domino procurator. Vale.

Epistola. xv. De non saginando uel impinguando corpore & de ipsius exercitatione & uocis modera/tione: & quare uita stulti ingrata sit.

m Os antiquis fuit: usq; ad meā seruatus ætatē: primis epistolæ uerbis adiicere. Si uales bene est: ego ualeo. Recte & nos dicimus: si philosopharis bene est. Valere enim hoc demū est. Sine hoc æger ē animus. Corpus quoq; etiam si magnas habet uires nō aliter q̄ furiosi aut frenetici ualidum ē. Ergo hanc ualitudinē præcipue cura: deinde illā secundam: quæ non magno tibi cōstabit: si uolueris bene ua lere. Stulta est enim mi Lucili: & minime cōueniens litterato uiro: occupatio exercendi lacertos: & delitandi ceruicē: ac latera firmādi: cū tibi fœliciter sagina cesserit: & thori creuerint: nec uires unq̄ opimi bouis: nec pondus æquabis. Adiice nūc q; maiore corporis sarcina animus eliditur: & minus agilis ē. Itaq; quan tum potes: circumscribe corpus tuū & animo locū laxa: multa sequūtur incommoda huic deditos curæ. Primū exercitationes: quaꝝ labor spiritū exhaurit: & inhabilē intentiōi: ac studiis acrioribus reddit. De/inde copia ciboꝝ subtilitas impeditur. Accedunt pessimæ notæ: mancipia in magisteriū recepta: hoīes in/ter oleū & uinū occupati: quibus ad uotū dies est actus: si bene desudauerūt: si in locum eius quod effluxit multum potionis alterius ieiuno gutture ingesserunt: bibere: & sudare: uita cardiaci est. Sunt exercitatio nes & faciles & breues: quæ corpus & sine more laxēt & tēpori parcāt: cuius præcipua ratio habenda est.

Cursus & cum aliquo pondere manus motæ & saltus:uel ille qui corpus in altū leuat:uel ille qui in lōgū
mittit:uel ille:ut ita dicā salutaris:aut ut cōtumeliosius dicam:fullonius. Quodlibet ex his elige:usu fit fa
cile. Quicqd facile facies cito redi a corpore ad animū:illū noctibus ac diebus exerce:labore modico alit.
ille hanc exercitationē non frigus:non æstus impediet:nec senectus quidē. Id bonum cura quod uetustate
fit melius. Neq; ego te semper iubeo imminere libro:aut pugillaribus. Dandum est aliquod interuallum
animo:ita tamē ut non resoluatur:sed ut remittatur. Gestatio & corpus concutit:& studio nō officit pos/
sis legere:possis dictare:possis loqui:possis audire:quorum nihil nec ambulatio quidem uetat fieri. Nec
tu intensionem uocis cōtempseris:quam ueto te per gradus & certos modos attollere:deinde deprimere.
quid si uelis deinde quemadmodū ambules discere:admittes istos quos noua artificia docuit fames: erit
qui gradus tuos temperet:& buccam edentis obseruet:& itantū procedet inquantum eius audaciā patiē/
tiæ leuitate produxeris:quid ergo? a clamore ꝓtinus & a summa cōtentione uox tua incipiet? usq; adeo
naturale est:paulatim incitari:ut litigantes quoq; a sermone incipiant:ad uociferationē transeant. Nemo
statim qritum fidem implorat. Ergo ubicunq; tibi impetus animi persuaserit:modo uehemētius fac i ci/
ues conuitiū:modo lentius:prout uox quoq; te hortabit in id latus. Modeste cum recipies illā reuocaue/
risq; descendat:non decidat:moderatoris sui temperamentū habeat:nec idocto & rustico more desæuiat.
Non enim id agimus:ut exerceatur uox:sed ut exerceat. Detraxit tibi non pusillum negociū mercedula &
munus gratū:ad hæc beneficia accedet. Ecce insigne præceptū. Stulti uita ingrata est:trepida est:tota i fu
turū fertur. Quis hæc inquis dicit? Idem qui supra. quam tu nunc uitam dici existimas stultam? Habe &
ixionis. Non ita est:nostra dicitur:quos cæca cupiditas in nocitura:certe nūq̄ satiatura præcipitat: quibus
siquid satis esse posset:fuisset qui nō cogitamus q̄ iucūdū sit nihil poscere:q̄ magnificum sit plenum esse:
nec ex fortuna pendere. Subinde itaq; Lucili q̄ multa sis cōsecutus:recordare. Cum aspexeris quot te ante/
cedant:cogita quot sequantur. Si uis gratus esse aduersus deos:& aduersus uitam tuā:cogita q̄ multos an
tecesseris:Quid tibi cū cæteris? Teipse antecessisti finem cōstitue:quem transire non possis qdem si uelis.
discedant aliquando ista insidiosa bona & sperantibus meliora q̄ assecutis. Siquid in illis eē solidi:aliquā
do & implerent. Nunc haurientium sitim concitant:& inuitantur speciosi apparatus:& quod futuri tem/
poris incerta sors uoluit. Quare potius a fortuna impetrem ut det:q̄ a me ne petam? quare autem petam
oblitus frugalitatis humanæ? Congeram inquit laborem? Ecce hic dies ultimus est. non ut sit: prope ab
ultimo est. Vale.

Epistola. xvi. Qualiter ad bonam uitam ueniens in philosophiæ robore solidatur. & qui quo ad natu/
ram uiuit:nunc pauper:qui quo ad opinionem nunq̄ diues erit.

Iquere tibi hoc scio Lucili:neminē posse beate uiuere:ne tolerabiliter quidē:sine sapiētiæ studio:
I & beatā uitam perfecta sapiētia effici. Cæterū nec tolerabilē sine ipsa etiam inchoari. Sed hoc quod
liquet firmandū:& altius quotidiana meditatione figendū est. Plus operis est in eo ut ꝓposita cu/
stodias:q̄ ut honesta proponas. Perseuerandū est:& assiduo studio robur addendum:donec bona mēs sit:
quod bona uoluntas est. Itaq; tibi apud me pluribus uerbis haud affirmatis:nec tamen longis intelligo te
multum profecisse. Quæ scribis unde ueniant scio:non sunt ficta nec colorata. Dicam tamen sententiam:
q; iam de te spem habeo:nondū fiduciā. Tu quoq; idē facias uolo. Nō est quod tibi cito & facile credas. Ex
cute te:& uarie scrutare:& obserua. Illud ante omnia uide:utrum in philosophia:an i ipsa uita profeceris.
Non est philosophia populare artificiū:nec ostentationi paratum. non in uerbis:sed in rebus est. nec i hoc
adhibetur ut aliqua oblectatione consumatur dies. ut dematur ocio nausea. Animū format & fabricat:ui
tam disponit:actiones regit:agenda & obmittenda demonstrat:sed & gubernaculū est:& per ancipitia flu
ctuantium dirigit cursum. sine hac nemo securus est. Innumerabilia accidunt singulis horis:quæ consiliū
exigunt:quod ab hac petendum est. Diceret aliquis:Quid mihi prodest philosophia si fatum est? qd pro/
dest si deus rector est? quid prodest si casus imperat? Nam & mutari cætera non possunt:& nihil præpara
ri potest aduersus incerta:si aut consilium meū deus occupauit:decreuitq; quid facerem:aut cōsilio meo.
nil fortuna permittit. Quicquid est ex his Lucili:uel si omnia hæc sint:philosophandū est:siue nos inexo
rabili lege fata constringunt:siue arbiter deus uniuersi cuncta disponit:siue casus res humanas sine ordie
impellit & iactat:philosophia nos tueri debet. hæc adhortabitur:ut deo libenter pareamus:ut fortūę cō/
tumaciter resistamus:hæc docebit ut deum sequaris feras casum. Sed non est nūc in hanc disputationem
transeundum. Quid sit iuris nostri:si prouidentia in imperio est:aut si fatorum series illigatos trahit:aut
si repentina:aut subita dominant? Illo nunc reuertor ut te moneam & exhorter:ne patiaris animi tui im/
petum delabi & refrigescere. Constitue illum & contine:ut habitus animi fiat quod est impetus. Iam ab
initio:si bene te noui:circumspicies quid hæc epistola munusculi attulerit:excute illam & inuenies. Nō ē
quod mireris animum meum:adhuc de alieno liberalis sum. Quare autem alienum dixi? quicquid bene
dictū est ab ullo:meum est. Sic quoq; quod ab Epicuro dictum est. Si ad naturam uiues nūq̄ eris pauper.
Si ad opiniones nunq̄ eris diues. Exiguum natura desiderat:opinio immensum. Congerat in te quicquid
multi locupletes possederunt:ultra priuatum pecuniæ modum fortuna te proheat:auro tegat: purpura
uestiat:& eo delitiarum opumq; perducat:ut terram marboribus abscondas:& non tantum habere tibi
liceat:sed calcare diuitias. Accedant statuæ & picturæ: & quicquid ars ulla luxuriæ elaborauit: maio/
ra cupere ab his disces. Naturalia desideria finita sunt: ex falsa opinione nascentia; ubi desinant non
habent. nullus enim terminus falso est: uia eunti aliquid extremum est: error immensus est. Retra/
he te a uanis:& cum uoles scire quod petis: utrum naturalem habeat:an cæcam cupiditatem: considera

si possit alicubi cōsistere. Si lōge ꝓgresso: semper aliquid lōgius restat. Scito id naturale nō esse. Vale.

Epistola. xvii. Quomodo ad philosophiā tendenti paupertas expediat.

p Roiice omnia ista si sapis: imo ut sapias: & ad bonā mentē magno cursu ac totis uiribus tende. Siquid est quo teneris aut expedi: aut incide. Moraꝛ iquis me res familiaris: sic illam dispōere uolo: ut sufficere nihil agenti possit: ne aut paupertas mihi oneri sit: aut ego alicui. Cum hæc dicis nō uideris uim ac potentiā eius de quo cogitas boni nosce: & summā quidē rei non prouides quantū philosophia prosit. Partes autē nōdū satis subtiliter dispicis: nec dum scis quantū ubiq; nos adiuuet: quēadmodū in maximis: ut Ciceronis utar uerbo: opituleꝛ: & in minima descendat. Mihi crede aduoca illā in consiliū: suadebit tibi ne ad calculos sedeas. Nempe hoc quæris: & hoc ista dilatione uis cōsequi: ne tibi paupertas timēda sit. Quid si appetēda sit? multis ad philosophandū obstitere diuitiæ: paupertas expedita est: secura est. Cum classicum cecinit scit nō se peti: cū aliqua cōclamatio est: quomodo exeat: non quid efferat quærit: aut si nauigandū est: nō strepūt portus: nec unius comitatu inquieta sunt littora. non circū stat illum turba seruoꝝ: ad quos pascēdos trāsmarinaꝝ regionum est optāda fertilitas facile est pascere paucos uentres: & bene institutos: & nihil aliud desiderantes q̄ impleri. Paruo fames cōstat: magno fastidiū. paupertas contenta est desideriis īstantibus satisfacere. Quid est ergo? quare hanc recuses contubernalem: cuius mores sanus diues imitaꝛ? Si uis uacare animo: aut pauper sis oportet: aut pauperi similis. Non potest studiū salutare fieri sine frugalitatis cura: frugalitas autem paupertas uoluntaria ē. Tolle itaq; has excusationes: quantū sat est nondum habeo: si ad illā summā peruenero: tunc me totū philosophiæ dabo. Atqui nihil prius q̄ hoc parandū est: quod tu differs: & post cætera paras: ab hoc icipiendū est. Parare inquis unde uiuā uolo: simul & parare disce. Siquid te uetat bene uiuere: bene mori nō uetat. Nō est qđ paupertas nos a philosophia reuocet: ne ægestas quidē. toleranda ē enim ad hoc properātibus: uel fames quā tolerauere quidam in obsidionibus. & quid aliud erat illius patientiæ præmiū: q̄ in arbitriū nō cadere uictoris? quāto hoc maius est quo promittiꝛ perpetua libertas: nullius nec hominis nec dei timor. Equidē uel esurientī ad ista ueniendū est. Perpessi sunt exercitus inopiā omniū reꝝ: uixerūt herbaꝝ radicibus: & dictu fœdam tulerunt famē. Hæc oia passi sunt pro regno quo magis miteris: alieno. Dubitauit aliquis ferre paupertatem ut animū furoribus liberet? Nō est ergo prius acquirendū: licet ad philosophiā etiā sine uiatico peruenire. Ita est cū omnia habueris: tunc & sapientiā habere uoles: hæc erit ultimū uitæ īstrumētū: & ut ita dicam: additamentū. Tu uero siue aliquid habes iam philosophare. Vnde enim scis. An iam minus habeas: siue nihil? hoc prius quære q̄ quicq̄. At necessaria nō deerunt. Primū deesse non potuerūt: quia natura minimū petit. naturæ aūt se sapiens accōmodat. Sed si necessitates ultime inciderint: iādudū exiliet e uita & molestus sibi esse desinet. Si uero exiguū fuerit & angustū quo possit uita produci: id boni cōsulet: nec ultra necessaria solicitus: aut anxius: uentri & scapulis suum reddet: & occupationes diuitū concursationesq; ad diuitias euntiū: securus lætusq; ridebit. ac dicet: quid in lōgū ipse te differs: expectabis ne fœnoris quæstum: aut ex mercede cōpendiū: aut tabulas beati Senis? cū fieri possis statim diues. Repræsentat opes sapiētia: quas quicunq; fecit superuacuas delet: hæc ad alios pertinēt: tu locupletibus propior es. Sæculū muta: nimis habes: id est omni sæculo quod sat est. Poterā hoc loco epistolā claudere: nisi te male īstituissem. Reges partos non Potest quisq̄ salutare sine munere: tibi uale dicere nō licet gratis. Quid istic ab Epicuro mutuum sumam? Multis parasse diuitias: non finis miseriaꝝ fuit sed mutatio. nec hoc miror: Non est. n. in rebus uitium: sed in ipso animo. Illud quoq; quod paupertatem nobis grauē fecerat: & diuitias graues fecit: quemadmodum nihil differt: utrum ægrum in ligneo lecto: an in aureo colloces quocunq; illū transtuleris: morbum suum secum transferet. Sic nihil refert utrum animus æger in diuitiis: an in paupertate ponatur malum suum illum sequitur. Vale.

Epistola. xviii. q̄ sine luxuria dies festus agatur: & de paupertate ultro petenda: & qualiter immodica ira gignit insaniam.

d Ecember est mensis quo maxime ciuitas desudat: ius luxuriæ publice datū est īgenti apparatu sonāt omnia: tanq̄ quicquā inter saturnalia nō itersit: & dies reꝝ agendaꝝ. Adeo nihil iterest: ut nō uideaꝛ mihi errasse: qui dixit olim mensem decēbrē fuisse: nūc annū. Si te hic haberē libenter tecū conferrē: quid existimares esse faciendū. utrū nihil ex quotidiana cōsuetudīe mouendū: an ne dissidere uideremur cum publicis moribus? & hilarius cœnādū & exuendū togā. Nam quod fieri nisi in tumultu & tristi tēpore ciuitatis non solebat: uoluptatis causa ac festoꝝ dieꝝ uestem mutauimus. Si te bene noui arbitri partibus functus: nec per omnia nos similes eē pileatæ turbæ uoluisses: nec per omnia dissimiles. nisi forte his maxime diebus animo īperādum est: ut tunc uoluptatibus solus abstineat: cum in illas omnis turba procubuit. Certissimum argumentum firmitatis suæ capit si ad blāda & in luxuriam trahētia nec sponte it: nec adduciꝛ. Hoc multo fortius est ebrio: ac uomitante populo: siccum ac sobriū esse. Illud temperatius non excerpere se: nec insigniri: nec misceri omnibus: & eadē: sed non eodem modo facere. Licet enim sine luxuria agere festū diem. Cæteꝝ adeo mihi placet tentare animi tui firmitatem: ut ex præcepto magnoꝝ uiroꝝ tibi quoq; præcipiā. Interponas aliquot dies: quibus contētus minimo ac uilissimo cibo dura atq; horrida ueste: dicas tibi hocē quod timebatur. in ipsa securitate animus ad difficilia se præparet & contra iniurias fortunæ: inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit sine ullo hoste: uallum facit: & superuacuo labore laxatur: ut sufficere necessario possit. Quem in ipsa re trepidare nolueris: ante rem exerceas. hoc secuti sunt qui omnibus mēsibus paupertatē mitari prope ad inopiā accesserūt: ne unq̄ expauescerent: quod sæpe didicissent. Nō est nūc qđ existimes me dicere te admoueas: cœnas: & paupeꝝ


cellas:& quicqd aliud est per quod luxuria diuitiaꝝ tedio ludit.Grabatus ille uerus sit:& sagũ & pãis du/
rus:ac sordidus:hoc triduo:& quatriduo fer.Interdũ pluribus diebus ut nõ lusus sit:sed experimẽtũ.Tũc
mihi crede Lucili exultabis:dispondio satur:& intelliges ad saturitatem non opus esse fortuna.hoc enim
quod necessitati sat est:debet etiam irata.Non est tamẽ quare tumultũ tibi facere uidearis.facies enim qđ
multa milia pauperum faciunt:illo nomine te suscipe:ꝙ facies nõ coactus:tã facile erit tibi illud pari sem/
per:q̃ aliquãdo experiri.Exerceamur ad paululũ:& ne imperatos fortuna depræhẽdat:fiat nobis pauper/
tas familiaris.Securius diuites erimus:si scierimus q̃ non sit graue pauperes esse.Certos habebat dies ille
magister uoluptatis Epicurus:quibus maligne famẽ extingueret:uisurus an aliqd deesset ex plena:& cõ/
sumata uoluptate:& quantũ deesset:& an dignũ:ꝙ quis magno labore pensaret.hoc certe in his epistolis
ait q̃s scripsit Carino de magistratu ad Polyenũ.Et qdẽ gloriaẽ:non toto asse pasci Metrodoꝝ qui non/
dum tantũ profecerit.Toto in hoc tu uictu saturitatẽ putas esse?uoluptas est.Voluptas autem est non illa
leuis & fugax:& subinde reficienda:sed stabilis & certa.Non enim horrida res est aqũa & polenta:aut fru/
stum hordeacei panis:sed summa uoluptas est:posse capere etiã ex his uoluptatẽ:& ad id se reduxisse: qđ
eripere nulla fortunæ iniquitas possit.Liberiora sunt alimenta carceris:sepositos ad capitale suppliciũ : nõ
tam anguste qui occisurus est pascit:Quanta est animi magnitudo:ad id sua sponte descendere:quod nec
ad extrema quidẽ:decretis timendũ sit.hoc est præoccupare tela fortũæ.Incipe ergo mi Lucili sequi hoꝝ
cõsuetudinẽ.& aliquos dies destina:quibus secedas a tuis rebus:minimoq; te facias familiarẽ.icipe cũ pau
pere habere cõmerciũ.Aude hospes cõtẽnere opes:& te quoq; dignum finge deo.Nemo alius est deo di/
gnus q̃ qui opes cõtẽpsit:quaꝝ possessione tibi nõ interdico:sed efficere uolo: ut illas intrepide possideas.
quod uno cõsequæris modo:si te etiã sine illis beate uictuꝝ persuaseris tibi:si illas tãq̃ exituras semp aspe/
xeris.Sed iam incipiamus epistolã cõplicare.Prius inquis:redde quod debes.delegabo te ad Epicuꝝ ab il
lo fiet remuneratio.Immodica ira gignit insaniã:hoc q̃ ueꝝ sit:necesse est scias.Cũ habueris seruum & ini
micũ in oẽs personas hic exardescit affectus:tam ex amore nascitur:q̃ ex odio:nõ minus inter seria q̃ inter
lusus & iocos.Nec interest ex q̃ magna causa nascatur:sed in qualẽ perueniat animum.Sic ignis nõ refert
q̃ magnus:sed quo incidat.nã etiã maximũ solida non receperũt:rursus arida & comburi facilia scintillã
quoq; fouent usq; in incendium.Ita est mi Lucili ingentis iræ exitus:furor est.& ideo ira uitanda est: non
moderationis causa:sed sanitatis. Vale.

Epistola.xix.De secessu in ocium:& de perplexitate concathenantium:seu cupiditate uitanda:& de cœ
na cum amico habenda.

Xulto quotiens epistolas tuas accipio.implẽt enim me bona spe:iam nõ promittũt de te:sed spon
e dent.Ita fac oro atq; obsecro.quid enim habeo melius ꝙ amicum rogem:q̃ ꝙ pro ipso rogaturus
sum?Si potes:subduc te istis cogitationibus.si minus:eripe.Satis multũ tẽporis sparsimus:icipia/
mus in senectute uasa colligere.nunqd inuidiosum est?in freto uiximus:moriamur ĩ portu.Neq; ego sua
serim tibi:nomen ex ocio petere:quod nec iactare debes:nec abscondere.Nunq̃ enim usq; eo te abigam ge
neris humani furore dãnato:ut latebrã tibi aliquã parari & obliuionẽ uelim.Id age:ut ociũ tuum nõ emi
neat:sed appareat.Deinde uidebũt te isti quibus integra sunt & prima consilia.An uelint uitã per obscuꝝ
transmittere:tibi liberꝝ nõ est.In mediũ te protulit ingenii uigor:scriptoꝝ elegantia:claræ & nobiles ami
citiæ.Tanta noticia te inuasit:ut licet in extrema mergaris:ac penitus recondaris:tamẽ priora te monstra/
bunt:tenebras habere nõ potes.Sequæẽ pristinæ lucis multũ:quocũq; fugeris:quietẽ potes uẽdicare:sine
ullius odio:sine desiderio:aut morsu animi tui.Quid enim relinques:quod inuitus relictũ a te possis cõ/
gitare?cliẽtes quoꝝ nemo teipsum sequiẽ:sed aliquid ex te:amicos?olim amicitia petebaẽ : nunc præda
sed dices.Mutabũt testamẽta destituri senes:migrabit ad aliud limen salutator.non potest paruo res ma/
gna cõstare.Aestima utrũ te relinquere:an aliquid ex tuis malis.Vtinã tibi senescere contigisset: ĩtra nata/
liũ tuoꝝ modũ:nec te in altũ fortuna misisset.Tulit te longe a cõspectu uitæ salubris:rapida fœlicitas:pro
uincia & procuratio:& quicquid ab istis promittiẽ.Maiora deinde officia te excipiẽt:& ex aliis alia. Quis
exitus erit?quid expectas donec desinas habere quod cupias?nunq̃ erit tẽpus:qualẽ dicimus esse seriẽ cau
sarum:ex quibus nectitur fatũ talem dicimus esse cupiditatẽ:altera ex fine alterius nasciẽ.In eã dimissus es
uitã:quæ nunq̃ tibi miseriaꝝ terminũ:ac seruitutis ipsa factura sit.Subduc ceruicẽ iugo tritã:semel illã ici
di:q̃ semp præmi satius est.Si te ad priuata rettuleris:minora erũt omnia:& affatim iplebunt. Atnũc plu
rima & undiq; ingesta non satiant.utrũ aũt mauis ex inopia saturitatẽ:an in copia famem?Et auida fœli/
citas est:& alienæ auiditati exposita.Quãdiu tibi satis nihil fuerit:ipse aliis non eris.Quomodo ĩquis exi
bo:utcunq;.Cogita q̃multa temere pro pecunia:q̃multa laboriose pro honore tẽtaueris:aliqd & pro ocio
audendũ est:Aut in ista solicitudine ꝓcurationũ:& deinde urbanoꝝ officioꝝ senescẽdum in tumultu:ac
semper nouis fluctibus:quos effugere nulla modestia.nulla uitæ quiete contingit.quid enim ad rem pti/
net?an tu quiescere uelis:fortuna tua non uult.Quid si illi etiam nunc promiseris crescere? quantum ad
successum accesserit:accedet & metus.Volo tibi hoc loco referre dictum Mecœnatis:uera in ipso eculeo
edocuit.Ipsa enim altitudo attonat summa.Si quæris:in quo libro dixerit?in eo qui Prometheus ĩscribi
tur.hoc uoluit dicere:attonita habet summa.Est ergo tanti ulla potẽtia:ut sit tibi tam ebrius sermo.Inge
niosus ille uir fuit: magnum exemplũ romanæ eloquentiæ daturus:nisi illũ eneruasset fœlicitas: imo ca/
strasset.Hic te exitus mouet:nisi iã cõtrahas uela:nisi qđ ille sero uoluit terrã leges.Poterã tecũ & hac Me
cœnatis sententia parẽ facere rationẽ.Sed mouebis mihi controuersiam si te noui:nec uoles quod debeo
in aspero & probo accipere:ut se res habet.ab Epicuro uersura faciẽda est:Ante inquit circũspiciendũ est

cum quibus edas & bibas:q̃ quid edas & bibas.Ná sine amico uisceratio leonis:ac lupi uita est.hoc non cõ
tinget tibi:nisi secesseris:alioquin habebis cõuiuas quos ex turba salutantiũ nomẽclator digesserit. Errat
autẽ qui amicũ in atrio quærit:in cõuiuio probat.nullũ habet maius malũ occupatus homo & bonis suis
obsessus q̃ ꝙ amicos sibi putat:quibus ipse nõ est:ꝙ beneficia sua efficatia iudicat:ad cõciliãdos amicos:cũ
quidã quo plus debẽt magis oderint.Leue æs alienũ debitorẽ facit:graue inimicũ.qd ergo?Beneficia non
parant amicitias:parãt si accepturos licuit eligere:si collocata nõ sparsa sunt.Itaq; dũ icipis esse mẽtis tuæ:
interim hoc cõsilio sapientiũ utere:ut magis ad rẽ existimes ꝑtinere quis:q̃ qd acceperit. Vale.

Incipit liber tertius. Epistola.xx.de cõcordia doctrinæ cũ uita:& de inæqualitate uitanda: & de pau/
pertatis beneficio:& ꝙ magnus est qui in diuitiis pauper est:sed securior qui caret eis.



I uales & te dignũ putas:qui aliquãdo fias tuus gaudeo.Mea enim gloria erit si te istic ubi
sine spe exeũdi fluctuariis extraxero.Illud ãt mi Lucili te rogo atq; hortor : ut philosophiã
in præcordia ima demittas:& experimentũ tui ꝓfectus capias:nõ oratiõe nec scripto : sed
animi firmitate:& cupiditatũ diminutione.uerba rebus proba.Aliud propositũ est decla
mantibus & assensionẽ coronæ captãtibus.Aliud his qui iuuenũ & ociosoꝝ aures dispu
tatiõe uaria:aut uolubili detinẽt. Facere docet philosophia:nõ dicere.& hoc exigit: ut ad
legẽ suã quisq; uiuat:ne orationi uita dissentiat:ut ipsa iter se uita unius siue omniũ actionũ dissensiõe co/
loris sit unius.Maximũ hoc est & officiũ sapientiæ & indiciũ:ut uerbis operã cõcordẽt:ut ipse ubiq; par si/
bi idẽq; sit.Quis hoc præstabit?pauci:aliqui tamẽ.est difficile hoc.nec dico sapientẽ semꝑ uno iturũ gra/
du:sed una uia.Obserua itaq; nunqd uestis tua domusq; dissentiãt.Nunqd in te liberalis sis:in tuos sordi/
dus.Nunqd cœnes frugaliter:ædifices luxuriose.Vnã semel ad quã uiuas regulã prende:& ad hanc omnẽ
uitã tuã exæqua.Quidã se domi cõtrahunt:dilatat foris & extendũt.uitiũ est hæc diuersitas:& signũ uacil
lantis animi:ac nondũ habẽtis tenorẽ suũ.etiã nũc dicã unde sit ista incõstantia:& dissimilitudo reꝝ cõsi/
lioruq;.Nemo proponit sibi qd uelit:nec si proposuit perseuerat in eo:sed trãsilit.nec tantũ mutat: sed re/
dit:& in ea quæ deseruit ac damnauit reuoluit.Itaq; ut relinquã diffinitiones sapiẽtiæ ueteris:& totũ cõ/
plectar humanæ uitæ modũ:hoc possum cõtentus esse.quid est sapientia? Semper idem uelle atq; idẽ nol
le.licet illã exceptiunculã non aduciã:ut rectum sit quod uelis:nõ potest cuiq̃ semper idem placere nisi re/
ctum.Nesciunt ergo homines quid uelint:nisi illo momento quo uolunt etiam in totũ nulli uelle aut nol
le decretũ est:Variat quotidie iudiciũ:& in cõtrarium uertit:atq; plærisq; agitur uita per lusum . Præme
ergo quod cœpisti:& fortasse perduceris:aut ad summũ:aut eo quod summum esse solus intelligas.quid
fiet inquis huic turbæ familiarium?turba ista cũ a te pasci desierit:ipa te pascet:aut quod tu beneficio tuo
non potes scire:paupertatis scies.illa ueros certosq; amicos retinebit.discedet quisquis non te sed aliud se
quæbatur.Non est autem uel ob hoc unum amanda paupertas:ꝙ a quibus ameris ostendet. O quãdo il/
le ueniet dies quo nemo in honorẽ tuũ mentiatur.Huc ergo cogitationes tuæ tendãt:hoc cura: hoc opta
omnia alia uota deo remissurus:ut contentus sis temetipso:& ex te nascẽtibus bonis.Quæ potest esse fœ
licitas proprior?Redige te ad parua ex quibus cadere nõ possis:idq; libentius facias.ad hoc pertinebit tri/
butũ epistolæ huius:quod statim conferam:inuideas licet:etiam nunc libenter pro me depẽdet.Epicurus
Magnificentior:mihi crede:sermo tuus in grabato uidebitur & in panno.non enim dicẽtur tantũ illa sed
probabuntur.Ego certe aliter audio quæ dicit Demetrius noster:cum illũ inquit: uidi nudũ quantomi/
nus q̃ in stramentis incubantẽ:nõ præceptor ueri:sed testis est.quid ergo?Num licet diuitias in sinu posi
tas contemnere?quid ni liceat?Et ille ingentis animi est qui illas circunfusas sibi multum diuq; miratus
qđ ad se uenerint ridet:suasq; audit magis esse q̃ sentit.Multũ est non corrũpi diuitiaꝝ contubernio. Ma
gnus est ille qui in diuitiis pauper est.Sed securior qui caret diuitiis.Nescio inquis quomodo iste paupta/
tẽ laturus ẽ:si in illã icidẽrit:nec scio ego Epicuri angelus:si pauper cõtẽpturus sit diuitias: si in illas icide/
rit.Itaq; in utroq; mẽs æstimãda est inspiciendũq;:an ille pauptati indulgeat:an hic diuitiis non ĩdulgeat.
Alioquin leue argumentũ est bonæ uoluntatis grabatus:aut pãnus:nisi apparuit aliquẽ illa non necessita
te pati:sed malle.Cæteꝝ magnæ indolis est ad ista nõ properare tanq̃ meliora:sed præparari tanq̃ ad faci/
lia.hæc sunt Lucili facilia.Cũ uero multo ante meditatus accesseris iucũda quoq; inest illis: sine qua nihil
est iucundũ:securitas.Necessariũ ergo iudico id qđ tibi scripsi.magnos uiros sæpe fecisse:aliquos dies iter
ponere quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad uerã.qđ eo magis faciendũ est:quo delitiis per
maduimus:& omnia dura ac difficilia iudicamus:potius excitandus ex somno:& uellicandus est animus:
admonendusq; naturã nobis minimũ cõstituisse.Nemo nascitur diues quisquis exit in lucẽ:iussus ẽ lacte
& panno esse contentus.ab his initiis nos regna non capiunt. Vale.

Epistola.xxi.ꝙ tendentẽ ad philosophiã impedit mũdanæ fœlicitatis falsa æstimatio. Et ꝙ solũ studio
sum ingeniũ facit aliquem clarũ.Et in omni quod habere cupimus:cupiditatibus detrahendum est.

Vm istis negociũ tibi esse iudicas de q̃bus scripseras.Maximũ negociũ tecum habes:tu tibi mole/
c stus es.Quid uelis nescis:melius probas honesta q̃ sequaris. Vides ubi sit posita fœlicitas:sed ad il
lam peruenire non audes.Quid sit autem quod te impediat:qua parum ipse dispicis dicam : Ma/
gna hæc esse existimas quæ relicturus es & cum ꝓposuisti tibi illã securitatẽ ad quã trãsiturus es : retinet
te huius uitæ a qua recessurus es fulgor:tanq̃ in sordida & obscura casurum.Erras Lucili ex hac uita ad il
lã ascendit.Quod interest inter splendorẽ & lucẽ:cũ hæc certã originẽ habeat:ac suã:ille niteat alieno hoc
inter hãc uitã & illam:hæc quia fulgore extrinsecus ueniẽte percussa est.Crassam illi statim umbrã faciet
quisquis obstiterit.Illa uero suo lumine illustris est.Studia te tua clarum & nobilem efficient . Exemplũ

Epicuri referã cum Idomeneo scriberet:& illũ a uita spinosa:ad fidelẽ stabilemq̧ gloriam reuocaret.Rigi
dæ tũc potẽtiæ ministrũ & magna tractantẽ.Si gloria inqt tangeris:notiorẽ te epistolæ meæ faciẽt: q̃ oia
ista quæ colis & ꝑpter quæ coleris.Nunqd ergo mẽtitus est?Quis Idomenea noscet?nisi Epicurus illum
suis litteris incidisset.Oẽs illos magistratus & satrapas:& Regẽ ipsum ex quo Idomenei titulus petebatur
obliuio alta suppressit.nomẽ Attici perire Ciceronis epistolæ nõ sinũt:nihil illi profuisset gener Agrippa:
& Tyberius ꝓ gener:& Drusus Cæsar ꝓnepos:inter tam magna noia taceret:nisi Cicero illũ applicuisset.
Profunda super nos altitudo tẽporis ueniet pauca ingenia caput exerent.& in idem quãdoq̧ silentiũ obi/
tura obliuioni resistẽt ac se diu uendicabũt.Quod Epicurus amico suo potuit ꝓmittere:hoc tibi promit
to Lucili.Habeo apud posteros gratiã:possum mecũ duratura nomina educere.Virgilius noster duobus
memoriã æternã promisit:& præstat.Fortunati ambo siqd mea carmina possunt:Nulla dies unq̃ me mo
ri uos eximet æuo.Dum domus Aæneæ capitolii immobilẽ saxũ.Accolet imperiũq̧ pater romanus habe
bit.quoscunq̧ in mediũ fortuna protulit:quicunq̧ mẽbra ac partes alienæ potentiæ fuerant: hoꝶ gratia
uiguit domus frequẽtata est:dum isti steterũt:post ipsos cito memoria defecit.Ingenioꝶ crescit dignatio:
nec ipsis tantũ honor habet̃:sed quicquid illoꝶ memoriæ adhæsit excipit̃:ne gratis Idomeneus in episto
lam meam uenerit:ipse eam de suo redimet.Ad hunc Epicurus illã nobilẽ sentẽtiã scripsit:qua hortat̃: ut
Pytoclea locupletem non publica: nec ancipiti uia faciat.Si uis inquit Pytoclea diuitẽ facere:non pecũiæ
adiiciendum:sed cupiditatibus detrahendũ est.& apertior ista sententia est:q̃ interꝑtanda sit: & disertior
q̃ adiuuanda:hoc unum te admoneo ne istud tantũ existimes de diuitiis dictum:quocunq̧ trãstuleris idẽ
poterit.Si uis Pytoclea honestum facere:non honoribus adiiciendũ est:sed cupiditatibus detrahendũ. Si
uis Pytoclea esse in perpetua uoluptate:nõ uoluptatibus adiiciendum est:sed cupiditatibus detrahẽdum.
Si uis Pytoclea senem facere:& implere uitam:non annis adiiciendum est:sed cupiditatibus detrahẽdum
est.has uoces non est ꝙ Epicuri esse iudices:publicæ sunt:quod fieri in senatu solet:faciendũ ego in philo/
sophia quoq̧ existimo.Cum censuit aliquis quod ex parte mihi placeat:iubeo illum diuidere sententiã &
sequor.Pro eo libentius Epicuri egregia dicta commemoro:ut isti qui ad illa confugiunt:spe mala indu/
cti q uelamenta ipsa suorum uitiorum habituros se existimant: probent quocũq̧ ierint honeste esse uiuẽ
dum.Cum audierint ista audiẽt istic:hortulos & inscriptum hortulis:hospes hic bene manebis:hic sum
mum bonum uoluptas est:paratus erit istius domicilii custos:hospitalis humanus:& te polenta excipiet:
& aquam quoq̧ large administrabit:& dicet.Et quid bene acceptus es?Non irritant inquit hi hortuli fa
mem sed extinguunt.nec maiorem ipsis potionibus sitim faciũt: sed naturali & gratuito remedio sedãt.
In hac uoluptate consenui:de his tecum desideriis loquor quæ consolationem non recipiũt:quibus dãdũ
est aliquid ut deficiãt.Nam de illis extraordinariis quæ licet differre:licet castigare & oprimere. hoc unũ
cõmune faciam:ista uoluptas naturalis est:nõ necessaria:huic nihil debes.Siquid impendis uoluntariũ ẽ:
uenter præcepta nõ audit:poscit:appellat:non est molestus creditor:paruo dimittitur si modo das illi qđ
debes:non quod potes. Vale.

Epistola.xxii.ꝙ occupationes consilio relinquendæ sunt:non præcipitanter fugiẽdæ:& de uaria quiete
locorum:& ꝙ homines peiores moriuntur q̃ nascantur.

i Am intelligis educendũ esse te:ex istis occupationibus speciosis & malis.sed quomodo id conseq
possis quæris.quædã nõ nisi a præsente mõstrant̃.Nõ potest medicus per epistolas cibi aut balnei
tempus eligere:uena tangenda est.Vetus prouerbiũ est:Gladiatorẽ in arena capere cõsiliũ:aliquid
aduersarii uultus:aliquid manus mora:aliquid ipsa inclinatio corporis ĩtuentẽ monet. Quid fieri soleat:
quid oporteat in uniuersum & mandari potest & scribi.Tale cõsilium non tantũ absentibus sed etiã po/
steris datur.illud autem quando fieri debeat:aut quẽadmodũ ex longinquo nemo suadebit:cũ rebus ipsis
deliberandũ est.Non tantũ præsentis:sed uigilantis est occasionẽ obseruare properantem. Itaq̧ hanc cir/
cũspice:hanc si uideris prẽde:& toto impetu:totis uiribus id age:ut te istis officiis exuas.Et quidẽ quã sen
tentiã feram attende.Censeo aut ex ista uita tibi:aut e uita exeundũ.Sed illud idẽ existimo:leui eundũ uia:
ut quod male implicuisti:soluas potius q̃ abrumpas:dũmodo si alia soluendi ratio nõ erit uel abrumpas.
Nemo tam timidus est:ut malit semper pẽdere q̃ semel cadere.Interim quod primũ est impedire te noli:
cõtentus esto negociis in quæ descendisti:uel quod uideri põt maius incidisti.Non ẽ quod ad ultiora nita
ris:aut perdas excusationem.& apparebit te non incidisse.ista enim quæ dici solent falsa sunt:nõ potui ali
ter.Quid si nollẽ?necesse erat.Nulli necesse est fœlicitatẽ cursu sequi.est aliqd etiã si non repugnare subsi
stere:nec instare fortunæ ferẽti.Nũquid offenderis:si in cõsiliũ nõ uenio tantũ:sed aduoco?Et quidẽ pru/
dentiores q̃ ipse sum:ad quos soleo deferre:si quid delibero.Epicuri epistolã ad hanc rem pertinentẽ legi:
Idomeneo quæ scribitur:quẽ rogat ut quantũ potest fugiat & properet:anteq̃ aliq̃ uis maior interueniat:
& auferat libertatẽ recedẽdi.Idẽ tamẽ subiicit:nihil esse tentandũ:nisi cũ apte poterit: tẽpestiueq̧ tentari.
Sed cũ illud tẽpus captatũ diu uenerit:exiliendũ ait.Dormitare de fuga cogitantẽ uetat:& sperat etiam ex
difficillimis salutarẽ exitũ:si nec properemus ante tempus:nec cessemus in tempore.Puto nũc & stoicam
sententiã quæris:nõ est ꝙ quisq̃ illos apud te temeritatis infamet cautiores q̃ fortiores sunt.Expectas for/
sitã ut tibi hæc dicant̃?Turpe est cedere oneri:luctari cũ officio quod semel recepisti. Non est uir fortis &
strenuus qui laborẽ fugit:ueꝶ ubi crescit illi animus ipsa reꝶ difficultate.Dicentur tibi ista:si operæpræ/
ciũ habebit perseuerantia:si nihil indignũ bono uiro faciendũ patiendũue erit.alioquin sordido se & cõtu
melioso labore cõteret:nec in negociis erit negocii causa.ne illud quidẽ quod existimas eum factuꝶ faciet
ut ambitiosis rebus implicitus:eaꝶ semper æstus ferat.Sed cũ uiderit grauia in quibus uolutatur incerta

ancipitia refert pedẽ:non uertet terga:sed sensim recedet in tutũ. Facile ẽ autẽ mi Lucili occupatiões euadere:si occupationũ præmia contẽpseris. Illa sunt quæ nos moranť & detinẽt. Quid ergo? Tam magnas spes relinquã? Ab ipsa messe discedã? Nudum erit latus? Incomitata lectica? Atriũ uacuũ? Ab his ergo in uiti homines recedũt:& mercedẽ miseriaꝝ amant:ipsas execranť. Sic de ambitione: quomodo de amica quæruntť. Idem si ueꝝ affectũ eoꝝ inspicias:non oderunt sed litigant. Excute istos qui quæ cupiere deplorant:& de earum rerum loquuntur fuga:quibos carere nõ possunt. Videbis uoluntariã esse illis in eo moram quod ægre ferre ipsos:& misere loquunť. Ita est mi Lucili:paucos seruitus plures seruitutẽ tenẽt:sed si deponere illã in animo est:& libertas bona fide placuit. In hoc autẽ unũ aduocationẽ petis ut sine perpetua solicitudine id tibi facere cõtingat. Quid ni te tota cohors stoicoꝝ probatura sit. Omnes Zenones & Crysippi moderata:& honesta:& uera suadebũt. Sed si propter hoc tergiuersaris : ut circũspicias : quantũ feras tecũ & q̃ magna pecunia instruas ociũ:nunq̃ exitũ inuenies. Nemo cũ sarcinis enatat. Emerge ad meliorẽ uitam propiciis diis:sed non sic quo modo istis propicii sunt:qbus bono ac benigno uoltu mala magnifica tribuerũt. ad hoc unũ excusati:ꝙ ista quæ urunt:quæ excruciant:optãtibus data sunt. Iam imprimebã epistolæ signũ:resoluenda est:ut cũ soléni ad te munusculo ueniat:& aliquã magnificam uocẽ secũ ferat:& ecce occurrit mihi nescio utrũ uerior:an eloquẽtior:cuius ĩquis? Epicuri. Adhuc enim alienas sarcinas adoro. Nemo nõ ita exit e uita tanq̃ modo intrauerit quẽcunq̃ uis occupa: adolescentẽ : senẽ mediũ inuenies æque timidũ mortis:æque insciũ uitæ. Nemo quicq̃ habet facti. i futuꝝ enim nostra distulimus. Nihil me magis in ista uoce delectat q̃ ꝙ exprobať senibus ĩfantia. Nemo inquit aliter: q̃ quomodo natus est exit e uita:Falsum est. peiores morimur q̃ nascimur:nostrum istud nõ naturæ uitium est. Illa de nobis conquæri debet. & dicere:quid hoc est? sine cupiditatibus uos genui:sine timoribus:sine superstitione:sine perfidia:cæterisq̃ pestibus:quales intrastis exite:percepit sapientiã:siquis tam securus moritur q̃ nascitur:nunc uero trepidamus:cũ periculũ accessit:nõ animus nobis:nõ color constat:lachrymæ nihil ꝓfuturæ cadũt. Quid est turpius:q̃ in ipso limine securitatis esse solicitũ. Causa autẽ hæc ẽ:ꝙ inanes omniũ bonoꝝ sumus:uitæ desiderio laboramus. non enim apud nos pars eius ulla subsedit:transmissa ẽ & effluxit Nemo q̃ bene uiuat:sed q̃diu curat:cũ oĩbus possit contingere:ut bene uiuant:ut diu nulli. Vale.

Epistola. xxiii. De solido & inani gaudio:& de malo uitæ principio.

p Vtas me tibi scriptuꝝ q̃ humane nobiscũ hyems ægerit:quæ & remissa fuit & breuis : q̃ malignũ uer sit:q̃ præposteꝝ frigus:& alias ineptias uerba quærentiũ. Ego uero aliquid quod mihi & tibi prodesse possit:scribã. Quid autẽ ĩperit:nisi ut te exhorter ad bonã mentẽ. Huius fundamentum quod sit quæris. Ne gaudeas uanis: Fundamentũ hoc esse dixi:etiã culmẽ est. ad summa ꝑuenit:q scit quo gaudeat:qui fœlicitatẽ suã in aliena potestate non posuit. solicitus est:& incertus sui quem spes aliqua ꝓritat licet ad manũ sit:licet non ex difficili petatur:licet illũ nunq̃ sperata deceperint . Hoc ante oĩa fac mi Lucili:disce gaudere:existimes me nũc detrahere tibi multas uoluptates:qui fortuita submoueo: qui spes dulcissima oblectamenta deuitandas existimo. Immo cõtra. nolo tibi unq̃ deesse lætitiã. Volo illã tibi domi nasci:nascitur si modo intra te ipsum sit. Cæteræ hilaritates nõ implẽt pectus:sed frontẽ remittunt: leues sunt:nisi forte tu iudicas eum gaudere qui ridet:animus debet eẽ alacer & fidens:& super omnia erectus. Mihi crede:res seuera est uerum gaudiũ. An tu existimas quẽq̃ soluto uultu:& ut isti delicati loquũtur:hilari oculo mortẽ contemnere : pauptati domũ aperire? uoluptates tenere sub fræno? meditari dolorum patientiã? Hæc qui apud se uersat in magno gaudio est:sed paꝝ blando. In huius gaudii possessione esse te uolo:nunq̃ deficiet:cum semel unde petatur inueneris:leuiũ metalloꝝ fructus in summo ẽ illa opulentissima sunt:quoꝝ in alto latet uena:assidue plenius responsura fodienti. Hæc quibus delectãť uulgus:tenuẽ habent ac persusoriã uoluptatẽ:& quodcunq̃ inuentitiũ gaudiũ est:fundamento caret. hoc de quo loquor ad qđ te conor perducere solidũ est:& ꝙ plus pateat introrsus. Fac oro te Lucili charissime: qđ unum potest te præstare fœlicẽ:disiice & cõculca ista quæ extrinsecus splendẽt:quæ tibi promittũtur ab alio:ad ueꝝ bonũ specta:& de tuo gaude. Quid est ãt hoc de tuo? Teipso & tui optima parte. Corpusculum quoq̃ ẽt si nihil fieri sine illo potest:magis necessariã rem crede: q̃ magnã. Vanas suggerit uoluptates breues pœnitẽdas:ac nisi magna moderatione tẽperenť in cõtrariũ abituras. Ita dico in præcipiti uoluptas ad dolorẽ uergit:nisi modũ teneat. Modũ ãt tenere in eo difficile est:qđ bonum eẽ credideris. Viri boni auiditas tuta est. Quid sit istud interrogas aut unde subeat:dicã: Ex bona cõscientia : ex honestis consiliis:ex rectis actionibus:ex contemptu fortuitoꝝ:ex placido uitæ:& continoo tenore unam præmẽtis uiam. Nam illi qui ex aliis propositis in alia transiliunt:aut ne trãsiliunt quidẽ:sed casu quodã trãsmittunť. Quomodo habere quicq̃ certum mãsurũue possunt suspẽsi & uagi. Pauci sunt qui cõsilio se suaq̃ disponant cæteri eoꝝ more qui fluminibus innatãt:nõ eunt:sed feruntť. Ex quibus alios leuior unda detinuit: ac mollius uexit:alios uehementior rapuit:alios proximæ ripæ cursu languescente deposuit:alios torrẽs impetus deiecit in mare. Ideo cõstituendũ est quid uelimus:& in eo perseuerandũ. Hic est locus soluendi æris alieni. possum enim uocem tibi Epicuri tui reddere:& hanc epistolã liberare. Molestũ est semper uitam in choare:aut si hoc modo magis sensus potest exprimi:male uiuunt q semper uiuere incipiunt. Quare in quis? desiderat enim explanationem ista uox. Quia semper illis imperfecta uita est. Non potest autẽ stare paratus ad mortem qui non incipit uiuere. Id agendum est:ut satis uixerimus. Nemo hoc putat qui orditur maximam uitam. Non est ꝙ existimes paucos esse hos propemodum omnes sunt. Quidam uiuere tunc incipiunt:cum desinendum ẽ. si hoc iudicas mirum:adiiciam quod magis admireris. Quidã anteuiuere desierunt:q̃ inciperent. Vale.

Epistola.xxiiii.de præmeditatione futurorum periculorum.& de non timenda morte.& de non inc͂osulte animum inclinando.

Olicitum te esse scribis de iudicii eue͂tu:quod tibi furot inimici denunciat:& existimas me suasu
s rum:ut meliora tibiipsi proponas & acquiescas spei blandæ.Quid enim necesse est mala accersere & satis cito patie͂da cum uenerint:Præsumere ac præsens te͂pus futuri metu perdere:e͂ sine dubio stultu͂:qa qua͂doq͂ sis futurus miser:esse iam misex.Sed ego alia te ad securitate͂ uia duca͂.si uis omnem solicitudine͂ exuere:quicquid uereris ne eueniat:euentux utiq͂ propone:& quodcunq͂ illud est malu͂ tecum ipse metire:ac timore͂ tuum taxa.intelliges profecto aut no͂ magnum:aut non longum esse quod metuis nec diu exempla quibus co͂firmeris colligenda sunt.Omnis illa ætas tulit in qua͂cu͂q͂ parte͂ rex:uel ciuiliu͂:uel externax memoria͂ miseris occurre͂t tibi ingenia:aut profectus:aut impetus magni. Nu͂quid accidere tibi si da͂naris potest durius:q͂ ut mittaris in exiliu͂?ut ducaris in carcere͂:nunquid ultra qcq͂ corpori time͂dum est:q͂ ut uratur?q͂ ut pereat?singula ista constitue:& co͂temptores eorum cita:qui non quærendi sed eligendi sunt.Damnatio͂em suam Rutilius sic tulit:tanq͂ nihil illi molestu͂ aliud esset:q͂ q͂ male iudicaret. Exiliu͂ Metellus fortiter tulit.Rutilius e͂t libe͂ter.Alter ut rediret reipub.præstitit.Alter reditu͂ suu͂ Syllæ negauit:cui nihil tu͂c negabatur.In carcere Socrates disputauit:& exire(cu͂ e͂ent qui permitterent fugam) noluit:rema͂sitq͂ ut duax rex grauissimax hominibus metum demeret:mortis & carceris.Mutius ignibus manu͂ imposuit.Acerbu͂ est uri:quanto acerbius:si id te facie͂te patiaris.Vides homine͂ non eruditum nec ullis præceptis co͂tra morte͂:aut dolore͂ subornatu͂:militari tantu͂ robore instructu͂:pœnas a se irriti conatus exigente͂:spectator destillа͂tis in hostili foculo dextræ stetit:nec ante remouit nudis ossibus fluc͂tem manu͂ q͂ ignis illi ab hoste subductus est.Facere aliqd in illis castris fœlicius potuit:nihil fortius. Vide qua͂to acrior sit ad occupando pericula uirtus:q͂ crudelitas ad irroga͂da.Facilius Porsenna Mutio agnouit que͂ uoluerat occidere:q͂ sibi Mutius q͂ no͂ occiderit:deca͂tatæ iquis i omnibus scholis fabulæ istæ sunt.Tu mihi cu͂ ad contemnendu͂ morte͂ uentu͂ fuerit.Catone͂ narrabis.Quid ni ego narre͂? Vltima illa nocte Platonis libru͂ legente͂ posito ad caput gladio:duo hæc in rebus extremis instrume͂ta prospexerat:altex ut uellet mori:altex ut posset.Compositis ergo rebus utcu͂q͂ co͂poni fractæ atq͂ ultimæ poterant:id agendum existimauit:ne cui Catone͂ aut occidere liceret:aut seruare contigeret.& stricto gladio que͂ usq͂ in illu͂ die͂ ab omni cæde pux seruauerat.Nihil inquit ægisti fortuna omnibus conatibus meis ostando non pro me adhuc:sed pro patriæ libertate pugnaui.nec ageba͂ tanta pertinacia ut liber:sed ut inter liberos uiuere͂.nu͂c quonia͂ deploratæ sunt res generis humani:Cato deducatur in tutum.impressit deinde mortifex corpori uulnus:quo obligato a medicis:cum minus sanguinis haberet minus uiru͂ animi.Idem iam non tantu͂ Cæsari:sed sibi iratus nudas in uulnus manus ægit:& generosum illu͂ co͂temptore͂q͂ omnis potentiæ spiritu͂ non emisit:sed eiecit.Non in hoc exempla hæc co͂gero:ut ingenium exercea͂:sed ut te aduersus id qđ maxime terribile uidet͂ exhorter.Facilius aute͂ exhortabor:si oste͂dero non tantu͂ fortes uiros hoc mome͂tum efflandæ animæ co͂tempsisse:sed quosda͂ ad alia ignauos:in hac re æquasse animum fortissimox:sicuti illu͂ Cnei Pompei socex Scipione͂:qui co͂trario in Africam ue͂to relatus:cum teneri naue͂ suam uidisset ab hostibus:ferro se tra͂suerberauit.& q͂rentibus ubi Imperator esset:Imperator iquit se bene he͂t. Vox hæc illum parem maioribus fecit:& fatalem Scipionibus in Africa gloriam:non est iterrumpi passa.Multum fuit Carthaginem uincere:sed amplius mortem.Imperator inquit bene se habet. An aliter debebat Imperator equide͂ Catonis mori?No͂ reuoco te ad historias:nec ex omnibus seculis co͂temptores mortis qui sunt plurimi:colligo.Respice ad hæc nostra te͂pora:de quox languore:ac delitiis quærimur. Ois ordinis homines succurre͂t:omnis fortunæ:omnis ætatis:qui mala sua morte præciderint.Mihi crede Lucili:adeo mors timenda non est:ut beneficio eius nihil anteferendu͂ timendumue sit. Securus itaq͂ inimici minas audi:& q͂uis co͂scie͂tia tua tibi fiducia͂ faciat:tamen quia multa extra causam ualent:& quod æquissimu͂ est spera:& ad id te quod est iniquissimu͂:para.Illud au͂t ante omnia meme͂to:demere rebus tumultu͂ ac uidere quid in quacu͂q͂ re sit.scies nihil esse in istis terribile:nisi ipsum timore͂. Quod uides accidere pueris:hoc nobis quoq͂ maiusculis pueris euenit.Illi quos amant:q͂bus assueueru͂t:cu͂ quibus ludunt:si p͂sonatos uident expauescunt:non hominibus tantum:sed rebus persona demenda est: & reddenda facies sua.Quid mihi gladios & ignes ostendis & turbam carnificu͂ circa te frementem? Tolle istam pompa͂ sub qua lates:& stultos territas:mors est:quam nuper seruus meus:quam ancilla co͂te͂psit.Quid tu rursus mihi flagella & eculeos magno apparatu explicas?Quid tu singulis articulis:singula machinamenta quibus extorqueantur apta:& mille alia instrume͂ta excarnificandi particulatim hominis?Pone ista quæ nos obstupefaciu͂t:iube conticescere gemitus & exclamationes:& uocu͂ inter lacerationes elisax acerbitate͂. Ne͂pe dolor est quem podagricus ille co͂temnit:quem stomathicus ille in ipsis delitiis perfert:quem in puerperio puella perpetitur:leuis est si ferre possum:breuis est si ferre non possum.Hæc in animo uoluta quæ sæpe audisti:sæpe dixisti:sed an uere audieris:an uere dixeris:effectu proba.Hoc enim turpissimum e͂:qđ nobis obiici solet:uerba nos philosophiæ:non opera tractare.Quid tu nunc primu͂ tibi mortem imminere scisti:nunc exilium:nunc dolorem?In hoc natus es:quicquid fieri potest:quasi futurum cogitemus:qđ facere te moneo:sed scio te certe fecisse.Nunc admoneo ut animu͂ tuu͂ non mergas in istam solicitudinem. Hebetabitur enim & minus habebit uigoris cum exigendum erit:adhuc illum a prima causa ad publica͂. dic mortale tibi & fragile corpusculum esse:cui non ex iniuria tantum:aut ex potentioribus uiribus denunciabitur dolor:sed ipsæ uoluptates in tormenta uertuntur.Epulæ cruditatem afferu͂t:ebrietates neruox torporem tremoremq͂:libidines pedum:manuu͂:articulox omnium deprauationes. Pauper fiam;

Iter plures ero.exul fiá:ibi me natũ putabo quo mittar.Alligabor.Quid enim?Nũc solutus sum.ad hoc
me natura graue corporis mei pondus astrinxit:moriar hoc dicis:desiná ægrotare posse:desinam alligari
posse:desinam mori posse.Nõ sum tam ineptus ut Epicuream cantilenam hoc loco persequar.& dicá:ua
nos esse inferoꝝ metus:nec Ixionem rota uolui:nec saxum humero Sisyphi trudi in aduersum: nec ullius
uiscera:& renasci posse quotidie:& Carpi.Nemo tá puer est:ut Cerbeꝝ timeat:& tenebras:& larualé habi
tum nudis ossibus cohærentiũ.Mors nos aut consumit:aut exuit.emissis meliora restant onere detracto:
cõsumptis nihil restat:bona pariter malaq; submota sunt.Permitte mihi referre hoc loco tuum uersum:
si prius admonuero:ut te iudices non aliis scripsisse ista sed etiam tibi.Turpe est aliud loqui:aliud sentire:
quanto turpius aliud scribere:aliud sentire.Memini te illum locũ:aliquando tractasse:non repente nos in
morté incidere:sed minutatim procedere.Quotidie morimur.quotidie enim demitur aliqua pars uitæ:
& tunc quoq; cum crescimus:uita decrescit.Infantiá amisimus:deinde peuritiá: deinde adolescentiá usq;
ad extremum quicquid transi temporis perit:huncipsum quem agimus dié:cũ morte diuidimus.quem
admodũ clepsydra non extremũ stillicidiũ exhaurit:sed quicquid ante defluxit:sic ultima hora qua eé de
finimus:non sola morté facit:sed sola consumat:tũc ad illam peruenimus:sed diu uenimus.Hæc cum
scripsisses quo soles ore semper quidam magnus:nunq̃ tamé acrior q̃ ubi ueritati commendas uerba.Di/
xisti mors nõ ultima uénit:sed quæ rapit ultima mors est.Malo te legas:q̃ epistolam meá.Apparebit enim
tibi hanc quam timemus morté extremá esse non solam uideo quo spectes.Quæris quid huic epistolæ i
fulserim.quod dictum alicuius animosum:qđ præceptum utile ex hac ipsa materia quæ in manibus fuit:
mittetur aliquid.Obiurgat Epicurus non minus eos qui mortem concupiscunt:q̃ eos qui timent.& ait:
Ridiculũ est currere ad morté tedio uitæ:cum genere uitæ:ut currendum esset ad morté effeceris.Ité alio
loco dicit.Quid tam ridiculum:q̃ appetere mortem cum uitam tibi inqetá feceris metu mortis. His adii
cias:& illud eiusdem notæ:liquet tantam hominum imprudentiá esse immo dementiá:ut quidam timo
re mortis cogant ad mortem.Quicquid horum tractaueris cõfirmabis animum:uel ad mortis:uel ad ui
tæ patientiá.At in utrunq; emonendi:ac firmandi sumus:& ne nimis amemus uitá:& ne nimis oderimus
etiam cum ratio suadet finire:sed non timere:nec cum pro cursu capiendus est impetus.Vir fortis ac sapi
ens non fugere debet e uita:sed exire:& ante omnia ille quoq; uitetur affectus qui multos occupauit : libi/
do scilicet moriendi.Est enim mi Lucili:ut ad alia:sic etiam ad moriendũ incõsulta animi inclinatio:quæ
sæpe generosos atq; accerrimæ indolis uiros corripit:sæpe ignauos iacentesq; illi cõtemnũt uitá hi grauá/
tur.Quosdá subit eadé faciendi uiuendiq; satietas:& uitæ non odiũ:sed fastidiũ:in quod prolabimur ipsa
pelléte philosophia:dum dicimus quousq; eadem.Nempe expergiscar:dormiam:satiabor:esuriá:algebo:
æstuabo:nullius rei finis est:sed in orbé nexa sunt omnia:fugiunt ac sequũtur diem nox præmit:dies no/
ctem:æstas in autumnũ desinit:autumno hyems instat:quæ uere compescit.Omnia sic transeunt : ut re/
uertant nihil noui uideo:nihil noui facio:fit aliquando & huius rei nausea:multi sunt.qui non acerbum
iudicent uiuere:sed superuacuum. Vale.

Epistola.xxv.De corrigendis & non inueterandis uitiis.Et de imaginaria boni uiri præsentia.

q Vod ad duos amicos nostros pertinet:diuersa uia eundũ est.alterius enim uitia emendáda: alteri/
us frangenda sunt.utar libertate tota:non amo illũ nisi offendo.Quid ergo inquis? Quadragena
riũ pupillũ cogitas sub tutela tua continere.Respice ætaté eius iam durá & intractabilé: nõ potest
reformari:tenera finguntur:an profecturus sim nescio.malo successum mihi:q̃ fidé deesse:nec desperaue/
ris:etiam diutinos ægros posse sanari:si cõtra intemperantiá steteris:si multa inuitos & facere coegeris &
pati.Nec de altero quidem satis fiduciæ habeo:excepto eo q; adhuc peccare erubescit.nutriédus est hic pu
dor qui q̃diu in animo eius durauerit.aliquis erit bonæ spei locus.Cum hoc ueterano partius agendũ pu
to.ne in desperationé sui ueniat nec ullum tempus aggrediédi melius fuit:q̃ hoc fuerat dum iterquiescit.
dum emédato similis est:aliis hæc intermissio eius imposuit:mihi uerba nõ dat:expecto cum magno fœ/
nore uitia reditura:quæ nũc scio cessare:non deesse.Impendá huic rei dies:& utrũ possit aliquid agi:an nõ
possit:experiar.Tu nobis te ut facis forté præsta:& sarcinas cõtrahe:nihil ex his quæ habemus necessariũ
est:ad legé naturæ reuertamur:diuitiæ paratæ sunt:aut gratuitũ é quo ægemus:aut uile. Panem & aquá
natura desiderat.nemo ad hæc pauper est:intra quæ quisquis desideriũ suũ claudit:cum ipso Ioue de fœ/
licitate cõtendat:ut ait Epicurus:cuius aliquá uocem huic epistolæ inuoluam.Sic fac iquit omnia tanq̃ te
spectet aliquis.Prodest sine dubio:custodé sibi imposuisse:& habere qué respicias:quem interesse cogita/
tionibus tuis iudices.Hoc quidé longe magnificentius est:sic uiuere tanq̃ sub alicuius bõi uiri: ac semper
præsentis oculis.Sed ego etiá hoc contentus sum:ut sic facias quæcunq; facies:tãq̃ spectet aliquis. Omnia
nobis:mala solitudo persuadet.Cum iam profeceris tantũ:ut sit tibi etiá tui reueréntia:licebit dimittas pe/
dagogũ.Interim te aliquoꝝ auctoritate custodi.Aut Cato ille sit:aut Scipio:aut Lælius:aut cuius interué
tu:perditi quoq; homines uitia supprimerent:dum te efficis eum cum quo peccare nõ audeas.Cum hæc
effeceris:& aliqua cœperit apud te tui esse dignatio:icipiam tibi permittere:quod idem suadet Epicurus:
Tunc præcipue in teipso secede:cum esse cogeris in turba.Dissimilem te fieri multis oportet: dum tibi tu
tum non sit a te recedere.Eircumspice singulos.Nemo est cui non satius sit:cum quolibet esse q̃ secũ. Tũc
præcipue in teipso secede:cũ esse rogeris in turba:si bonus uir:si quietus:si temperans uis esse:alioquin in
turbam tibi a te recedendũ est.Istic enim malo uiro propius es. Vale.

Epistola.xxvi.De non accusando defectum naturæ.& qualiter boni uiri meritum mors excutiat. & q;
egregium sit mortem discere.

m

Odo dicebam tibi in conspectu eē meæ senectutis:iam uereor ne senectutem post me relinq̄rim: aliud iam his annis:huic corpori uocabulū cōuenit.quoniā quidē senectus lassæ ætatis nō fractæ nomen est:inter decrepitos me numera & extremū tangentes.gratias tamē mihi apud te ago.Nō sentio in animo ætatis iniuriā cum sentiā in corpore tātum uitia & uitiorum ministeria senuerūt;uiget aīus & gaudet:nō multū sibi gaudet eēt cū corpore magnā partē oneris sui posuit:exultat:& mihi facit cōtrouersiam de senectute:hunc ait esse florē suum.credamus illi:bono suo utatur.ire in cogitatiōem iuuat: & dispicere quid ex hac tranquillitate ac modestia morum sapientiæ debeam:qd ætati:& diligenter excutere quæ nō possim facere:quæ nolim prosit ne habituro aliquid si quicquid nolim:quicquid nō possim: non posse me gaudeo.Quæ enim quærela est?quod incōmodū?si quicquid debet desinere deficit.Incōmodum summū est inquis:minui & deperire:& ut proprie dicam liq̄scere.Non enim subito impulsi ac prostrati sumus:carpimur:singuli dies aliquid subtrahunt uiribus:& quis exitus est melior q̄ in finē suū natura soluēte dilabi?Non quia aliquid mali est ictus & e uita repētinus excessus:sed quia leuis hæc uia ē subduci.Ego certe uelut appropiuquet experimentū:& ille laturus sentētiā de omnibus annis meis dies uenerit:ita me obseruo & alloquor.Nihil ē inq̄ adhuc:quod aut rebus:aut uerbis exhibuimus:leuia sunt ista & fallacia pignora animi:multisq; inuoluta lenocinis:qd̄ ꝑfecerim:morti crediturus sum.Nō timide itaq; componor ad illum diem:quo remotis strophis ac fucis:de me iudicaturus sum: utrum loquor fortia an sentiā.nunqd simulatio fuerit:& miuus qcquid contra fortunā iactaui uerborū cōtumaciū.Remoue existimationē hominū:dubia semper ē:& in partē utranq; diuiditur. Remoue studia : totā uitam tracta:mors de te pronunciatura ē:ita dico disputationes & litterata colloquia:& ex præceptis sapiētium uerba collecta:& eruditus sermo:non ostendunt uerū robur animi.Est enim oratio etiam timidissimis audax.Quid ægeris:tūc apparebit:cū aiam ages.Accipio patiēter cōditionē humanam:nō reformido iudiciū.Hæc mecū loquor:sed tecū quoq; me locutū puta.Iuniores:quid refert?non dinumerātur anni.Incertū est quo te loco mors expectet.Itaq; tu illā omni loco expecta.Desinire iam uolebam:& manus expectabat ad clausulā:sed cōficienda sunt sacra:& huic epistolæ uiaticū dandum est.Putas me nō dicere:unde sumpturus sum mutuū:scis cuius.arca utar.Expecta me pusillū & de domo fiet numeratio:interi cōmodabit Epicurus:qui ait:Meditare utrū cōmodius sit:uel mortē trāsire ad nos:uel nos ad eā.Hic patet sensus:egregia res est mortē cōdiscere:superuacuū forsitan putas id discere quo semel utendū ē hoc ē ipsum quare meditari debeamus:semper discēdū est:quod an sciamus:experiri nō possumus:meditare mortē: qui hoc dicit meditari libertatē iubet:qui mori didicit:seruire dedidicit.Supra oēm potētiam ē : certe extra omnem.quid ad illū carcer:& custodia:& claustra?liberū hostiū est.Vna est cathena quæ nos alligatos tenet:amor uitæ:qui ut non est abiiciendus:ita minuendus est, ut si quando res existet : nihil nos detineat nec impediat:quo minus parati simus:quod quandoq; faciendum est:statim facere. Vale.

Epistola.xxvii.De uoluptatis nocumento & uirtutis gaudio:ad quod per externum adiutorium non uenitur.& q̄ nunq̄ nimis dicitur:quod non satis discitur.

t

V me inquis mones.iam enim te ipse monuisti:iam correxisti:ideo aliorum emendationi uacas. Non sum tam improbus ut curatiōes æger obeā:sed tanq̄ in eodē ualitudinario iaceā de cōmuni malo tecū colloquor:remedia cōuineo.Sic itaq; me audi tanq̄ mecū loquar:in secretū te meum admitto & te adhibito:mecū exigo:clamo mihi ipē:numera annos tuos:& pudebit eadem uelle:quæ uolueras puer:eadē parare.Hoc deniq; tibi circa diem mortis præsta moriantur ante te uitia.Dimitte istas uoluptates turbidas:magno leuandas:non uenturæ tantū:sed præteritæ nocent.Quēadmodū scelera etiam si non sint depræhensa cum fierent:solicitudo nō cum ipsis abūt.ita improbarū uoluptatū:etiā post ipsas poenitentia est:non sunt solidæ:nō sunt fideles.etiā si nō nocent fugiunt.Aliquod potius bonū mansurū circumspice:nullū autē est:nisi quod animus ex se sibi iuuenit.Sola uirtus præstat gaudiū perpetuū: securū:etiā si quid obstat nubium modo interuenit:quæ infra ferunt:nec unq̄ diem uincūt. Quando ad hoc gaudiū peruenire cōtinget?Non quidē cessatur adhuc.sed festinatur:multū restat operis in quod ipse necesse est uigiles:ipse laborē tuum impendas.Si effici cupis : delegationem res ista nō recipit.Aliud litterarum genus adiutoriū admittit . Caluisius Sabinus memoria nostra fuit diues:& patrimonium habebat liberum & ingenuū:nunq̄ uidi hominē beatū indecētius.Huic memoria tam mala erat:ut illi modo nomen Vlyssis excideret:modo Achillis:modo Priami:quos tam bene nouerat:q̄ pedagogos nostros nouimus.Nemo uetulus nomenclator qui nomina non reddit:sed imponit tam properanter:q̄ ille Troianos & Achiuos ꝑsalutabat.Nihilominus eruditus uolebat uideri.Hāc itaq; cōpendiariā excogitauit . magna summa emit seruos:unum qui Homerum teneret:alterum qui Hesiodum.nouem præterea lyricis: singulos assignauit:magno emisse illum non est quod mireris:non iuenerat faciēdos:sed locauit.Postq̄ hæc familia illi cōparata est:coepit conuiuas suos inquietare:habebat ad pedes hos:a quibus subinde cum peteret uersus quos referret:sæpe in medio uersu excidebat:suasit illi satellius q̄dratus : stultorum diuitū adrosor:& quod sequit̄ arrisor:& quod duobus his adiunctū est derisor:ut grāmaticos haberet analectos. Cū dixisset Sabinus:centenis milibus sibi constare singulos seruos.Minoris inq̄t totidem scrinia emisses Ille tamen in ea opinione erat:ut putaret se scire:quod quisq̄ in domo sua sciret.Idem Satellius illū hortari coepit:ut luctaret̄:hominē ægrū:pallidū:gracilē.cū Sabinus respondisset:& quomodo possum uix uiuo.Noli obsecro inquit dicere:non uides q̄ multos seruos ualētissimos habeas.Bona mens nec cōmodat̄ nec emit̄:& puto si uenalis esset:non haberet emptorē.At mala quotidie emit̄.Sed accipe iam quod debeo:& uale.Diuitiæ sunt ad legē naturæ composita paupertas.Hoc sæpe dicit Epicurus aliter atq; aliter.

Sed nunq̃ nimis dicitur qđ nunq̃ satis discitur:qbusdã remedia mõstrãda:qbusdã inculcãda sũt. Vale.

Epistola.xxviii.ꝙ non loci:sed animi mutatione tristitia tollit.& de non prouocando discrimine.& ꝙ initium sit salutis notitia peccati.

h Oc tibi soli putas accidisse:& admiraris quasi rẽ nouam:ꝙ peregrinatione tam lõga:& tot locoꝝ uarietatibus:non discussisti tristitiã grauitatemq; mentis. Animũ debes mutare:nõ cælũ:licet uastum traieceris mare:licet ut ait Virgilius noster:terræq; urbesq; recedant:sequentur te quocunq; perueneris uitia. Hoc idẽ cuidã quærenti Socrates ait:quid miraris? Nihil tibi peregrinationes ꝓdesse cũ te circũferas præmit te eadem causa quæ expulit. Quid terraꝝ iuuare nouitas potest? Quid cognitio urbium:aut locoꝝ? In irritum cedit ista iactatio. Quæris quare te fuga ista non adiuuet:tecũ fugis:onus animi deponendũ est:nõ ante tibi ullus placebit locus.talẽ nũc esse animũ tuũ cogita:qualẽ Virgilius noster uatis inducit:iam cõcitatæ & instigatæ:multũq; habentis in se spiritus:non sui. Bacchatur uates : magnũ si pectore possit:excussisse deum. uadis huc & illuc:ut excutias insidens pondus:quod ipsa iactatione incõmodius fit.sicut in naui onera immota minus urgent:inæqualiter cõuoluta:citius eam partẽ in quã incubuere demergunt. Quicquid facis cõtra te facis:& motu ipso noces tibi:ægrum enim cõcutis. At cũ istud exemeris malũ:omnis mutatio loci iucũda fiet:in ultimas expellaris terras licebit:ĩ quolibet barbariæ angulo colloceris:hospitalis tibi illa qualiscunq; sedes erit. Magis quis ueneris:q̃ quo ĩterest.& ideo nulli loco adiicere debemus animum.cum hac persuasione uiuendũ est:nõ sum uni angulo natus:patria mea totus hic est mundus:quod si liquæret tibi nõ admirareris:nil adiuuari te regionũ uarietatibus in quas sub ĩde prioꝝ tedio migras.prima enim quæq; placuisset: si omnẽ tuam crederes . Nõ peregrinaris:sed erras & ageris:ac locũ ex loco mutas:cũ illud quod quæris:bene uiuere:omni loco positum sit. nunquid tã turbidu fieri potest q̃ foꝝ? ibi quoq; licet quiete uiuere:si necesse sit. Sed si liceat disponere se:cõspectũ quoq; & uiciniã fori procul fugiã. Nam ut loca grauia:etiã firmissimã ualitudinem tentant.ita quoq; bonæ mẽti:nec dum adhuc perfectæ.& cõualescẽti sunt aliqua paꝝ salubria. Dissentio ab his qui in fluctus medios eunt:& tumultuosam probantes uitam:quotidie cum difficultatibus reꝝ:magno animo colluctant. Sapiens feret ista:non eliget & mallet in pace esse q̃ in pugna. Non enim multũ prodest uitia sua proiecisse si cum alienis rixandũ est. Triginta inquis tyrãni Socratem circũsteterunt:nec potuerunt animũ eius infrĩgere. Quid interest quot domini sint? Seruitus una est:hanc qui cõtempsit in quãtalibet turba dominantiũ liber est. Tẽpus est desinere. Sed si prius portoriũ soluero. Initiũ est salutis:notitia peccati. Egregie mihi hoc dixisse uidet Epicurus. Nam q peccare se nescit:corrigi non uult. deprædhendas te oportet:anteq̃ emẽdes. Quidam uitiis glorian t:qui mala sua uirtutum loco numerant. tu existimas aliquid: de remedio cogitare. Ideo quantũ potes teipse coargue:inquire in te accusatoris primum partibus fungere : deinde iudicis:nouissime deprecatoris:aliquando te offende. Vale.

Incipit liber quartus. Epistola.xxix.ꝙ licet non omnes monẽdi sint:quidã tamẽ contradicẽtes:uel illudentes docendi sint.& ꝙ sapiens malit sibi placere q̃ populo.

DE Marcellino nostro quæris:& uis scire qđ agat. raro ad nos uenit:nonnulla alia excã : q̃ ꝙ audire ueꝝ timet:a quo periculo iam abest. nulli.n.nisi audituro dicendũ est. Ideo de Diogene:nec minus de aliis Cinicis:qui libertate ꝓmiscua usi sunt:& obuios monuerũt dubitati solet:an hoc facere debuerit. Quid.n.siquis surdos obiurget:aut natura morboue mutos? Quare ĩqs uerbis parcã? Gratuita sunt. Nõ possum scire an ei ꝓfuturus sim: quẽ admoneo:illud scio alicui me ꝓfutuꝝ:si multos admonuere spargẽda manus ẽ. nõ põt fieri ut nõ aliq̃do succedat multa tẽtanti. Hoc mi Lucili nõ existimo magno uiro faciendũ:diluit eius auctoritas:nec habet ap̃ eos satis põderis:quos posset minus obsolefacta corrigere. Sagittarius nõ aliq̃do ferire debet:sed aliq̃do deerrare. Nõ ẽ ars quæ ad effectũ casu uenit. Sapiẽtia ars est:certũ petat:eligat profecturos: ab his quos desperauit:recedat:nõ tamẽ cito relinq̃t:& in ipsa desperatiõe extrema remedia tẽtet. Marcellinũ nostrũ ego nondũ despero:ẽt nũc seruari põt:sed si cito manus illi porrigit. Est qdẽ periculũ ne porrigentẽ trahat. Magna in illo uis est ĩgenii:sed tẽdẽtis in prauũ. nihilominus adibo hoc periculũ: & audebo illi mala sua ostendere. faciet quod solet:aduocabit illas facetias:quæ risum euocare lugentibus possunt. & in septimum:deinde in nos iocabitur:omnia quæ dicturus sum occupabit:scrutabit scholas nostras. & obiiciet philosophis congiaria:amicas:gulã:ostendet mihi:alium in adulterio:alium in popina : alium in aula:ostendet Marcũ Lepidũ:philosophũ Aristonẽ qui in gestatione differebat.hoc enim ad ædendas operas:tẽpus acceperat:de cuius secta cõquæreret Scaurus:ait utiq; peripateticus non est de eodẽ cũ cõsuleret Iulius Grecinus uir egregius:quid sentiret. non possum inq̃t tibi dicere. nescio enim quid de gradu faciat:tanq̃ de essedario interrogaret. Hos mihi circulatores sophistas:q philosophiã honestius neglexissent q̃ uendũt in faciem ingeret. Constitui tamẽ contumelias perpeti moueat ille mihi risum:ego fortasse illi lachrymas mouebo:at si ridere perseuerabit:gaudebo tanq̃ in malis:ꝙ illi genus insaniæ euitare contigerit. Sed non est ista hilaritas longa:obserua uidebis eosdẽ intra exiguũ tempus accerrime ridere: & acerrime rabere. Propositum est aggredi illum:& ostendere quanto pluris fuerit : q̃ minoris multis uideret. Vitia eius etiam si non excidero:inhibebo:non desinent:sed intermittent. fortasse autem & desinent si intermittendi consuetudinem fecerint. Non est hoc ipsum fastidiendum:quoniam quidem grauiter affectis: sanitatis loco bona est remissio. Dum me illi paro:tu interim q potes:q intelligis unde:quo euaseris:& ex eo suspicaris:quousq; sis euasurus compone mores tuos:attolle animum tuum:aduersus formidata consiste. Numerare eos noli:qui tibi metũ faciũt. Nonne uideatur stultus:siquis multitudinẽ eo loco timeat:

per quem transitus singulis est? Aeque ad tuam mortem multis aditus non est:licet illam multi mirent.
Sic istud natura disposuit:spiritũ tibi tam unus eripiet:q̃ unus dedit. Si pudorẽ haberes:ultimã mihi pen/
sionem remisisses. Sed ne ego quidem me sordide gerã in fœnore æris alieni: & tibi quod debeo impen/
dam. Nunq̃ uoluit populo placere. nam quæ ego scio:nõ probat populus. quæ probat populus:ego nescio
Quis hoc inquis:tanq̃ nescias cui imperẽ? Epicurus. Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo conclama/
bunt. Peripatetici: Academici: Stoici: Cinici. Quis enim placere populo potest:cui placet uirtus? Malis arti
bus popularis fauor acquirit. Similem te illis facias oportet:non probabunt:nisi agnouerit. Multo enim
ad rem magis pertinet:qualis tibi uidearis:q̃ qualis aliis. Cõciliari nisi turpi ratione amor turpium nõ po
test. Quid ergo illa laudata & omnibus perferenda artibus:rebusq; philosophia præstabit: scilicet ut ma/
lis tibi placere:q̃ populo:ut existimes iudicia nõ numeres:ut sine metu deorum:hominũq; uiuas ut aut ui
cas mala:aut finias? Cæteꝝ si te uidero celebrẽ:secũdis uocibus uulgi:si intrante te clamor & plausus:pan/
tomimica ornamẽta obstrepuerit:si tota ciuitate te fœminæ:puerisq; laudauerint. qd ni ego tui miserear
cum sciam quæ uia ad istum fauorem ferat. Vale.

Epistola. xxx. q̃ nihil habet de spe uitæ quem senectus ducit ad mortẽ. Variæ etiam subiiciunt causæ:
quare mors timenda non sit.

Bassum, Aufidiũ uirum optimum uidi quassum:ætati obluctantẽ. Sed iam plus illum degrauat:q̃
b q̃ possit attolli. Magno senectus & uniuerso põdere icubuit. Scis illũ semper ĩfirmi corporis:& ex
hausti fuisse:diu illud cõtinuit:& ut uerius dicam:concinnauit:subito defecit: quemadmodum ĩ
naui:quæ sentinam trahit uni rimæ:aut alteri obsistit. Vbi se plurimis locis laxari cœpit:& cedere:succur
ri non potest nauigio dehiscenti. Ita in senili corpore aliquatẽus imbecillitas sustineri & fulciri potest:ubi
tanq̃ in putri ædificio omnis iunctura diducitur:& dum alia excipitur:alia discinditur. circũspiciendum
est:quomodo exeas. Bassus tamen noster alacri animo est. hoc philosophia præstat in cõspectu mortis hi/
larem:& in quocunq; corporis habitu fortem:lætumq; nec deficientem q̃uis deficiatur. Magnus guberna
tor:& scisso nauigat uelo:& si exarmauerit tamen reliquias nauigii aptat ad cursum. Hoc facit Bassus no
ster:& eo animo uultuq; finem suum spectat:quo alienum spectare nimis securum putares. Magna res est
Lucili. hæc & diu discenda:cum aduentat hora illa ineuitabilis æquo animo abire. Alia genera mortis: spei
mixta sunt:desinit morbus:incendium extiguitur:ruina quos uidebatur oppssura deposuit: mare quos
hauserat eadem ui qua sorbebat eiecit incolumes:gladiũ miles ab ipsa perituri ceruice reuocauit. Nihil ha
bet quod speret quem senectus ducit ad mortem:huic uni iterdici nõ potest. Nullo genere homines mol
lius moriuntur:sed nec diutius. Bassus noster uidebatur mihi prosequi se:& componere & uiuere tãq̃ su
perstes sibi:& sapienter ferre desiderium sui. Nam de morte multa loquit:& id agit sedulo: ut nobis per/
suadeat si quid incõmodi:aut metus in hoc negocio est. morientis uitiũ esse:non mortis. nõ magis in ipsa
quicq̃ esse molestia:q̃ post ipsam. Tam demens autem est qui timet quod non est passurus:q̃ qui timet qd
nõ est sensurus. An quisq̃ hoc futurum credit:ut per quam nihil sentitur:ipsa sentiatur? Ergo inqs mors
adeo extra omne malũ est:ut sit extra omne maloꝝ metum. Hæc ego scio & sæpe dicta: & sæpe dicenda:
sed neq; cum legerem æque mihi profuerunt:neq; cum audirem his dicentibus qui negabant timenda: a
quorum metu aberãt. Hic uero plurimum apud me auctoritatis habuit:cum loquæret de morte uicina.
dicam etiam quid sentiam:Puto fortiorẽ eum esse:qui in ipsa morte est:q̃ qui circa mortem. Mors enim
admota etiam imperitis animum dedit:non euitandi ineuitabilia. Sic gladiator tota pugna timidissimus
iugulum aduersario præstat:& errantẽ gladium sibi attemperat. At illa quæ in propinquo est: utiq; uẽtu
ra desiderat lætam animi firmitatem:quæ est rarior:nec potest nisi a sapiente præstari. Libentissime itaq;
illum audiebam quasi ferentẽ de morte sententiam:& qualis esset eius natura:uelut propius inspectæ iu/
dicantẽ. Plus ut puto fidei haberet apud te:plus ponderis:si quis reuixisset:& in morte nihil mali esse nar/
raret expertus. Accessus mortis:quam perturbationẽ afferat:optime tibi hi dicent:qui secũdum illam ste
terunt:qui uenientem & uiderunt & receperunt. Inter hos Bassum licet numeres:qui nos decipi noluit. Is
ait:tam stultũ esse qui mortem timeat:q̃ qui senectutẽ. Nã quemadmodũ senectus adolescentiã seqt: ita
mors senectutẽ. Viuere noluit:qui mori non uult. Vita enim cũ expectatione mortis data est. Ad hãc itur:
quam ideo timere dementis est:quia certa expectatur. dubia mentiunt:mors necessitatẽ habet æquam &
inuictã. Quis quæri potest in ea cõditione se esse:in qua nemo non ẽ? prima aũt pars est æquitatis æquali/
tas. sed nunc superuacuũ est naturæ causam agere:quæ non aliam uoluit legem nostrã esse:q̃ suam: quic/
quid composuit resoluit:& quicquid resoluit composuit iterum. Iam uero sicut contingit:ut illum sene/
ctus leuiter emitteret:non repente auulsum uitæ:sed minutatim subductũ. Nõne ille agere gratias oibus
diis debet;q̃ satiatus ad requiem homini necessariam lasso gratã perductus est? Vides quosdam optantes
mortem:& quidẽ magis q̃ rogari solet uita. nescio utros existimẽ:maiorẽ animũ nobis dare qui deposcũt
mortẽ:an qui hilares eam quietiq; operiunt? quoniã illud ex rabiæ interdũ ac repentina ĩdignatione fit:
hæc ex iudicio certe tranquillitatis est. Venit aliquis ad mortẽ iratus morti. uenientẽ nemo hilaris excipit
nisi qui se ad illã diu composuerat. Fateor ergo ad hominẽ mihi charum ex pluribus causis me freqñtius
uenisse:ut scirem an illum totiẽs eundẽ inuenirẽ. Nunquid cum corporis uiribus minueret animi uigor:
qui sic crescebat illi? quomodo manifestior notari solet agitatorum lætitia:cũ septimo spatio palmæ ap/
propinquant? Dicebat enim ille Epicuri præceptis obsequens:primũ sperare se nullũ dolorem esse in illo
extremo anhelitu:si tamen esset haberet aliquantũ in ipsa breuitate solatii. Nullum enim dolorem esse lõ
gum:qui magnus est. Cæteꝝ succursurum sibi:etiam in ipsa distractiõe animæ corporisq;:si cũ cruciatu

id fieret:post illud dolorem se dolere non posse. Non dubitare autē se:quin senilis anima in primis labris esset:nec magna ui distraheret a corpore. Ignis qui ualentē materiam occupauit:aqua & interdum ruina extinguendus est. Ille qui alimentis deficit:sua sponte subsidit. Libenter hoc mi Lucili audio:nō tāq̄ noua sed tanq̄ in rem præsentem perductus. Quid ergo? Non multos spectaui abrumpentes uitam. Ego uero uidi. sed plus momenti apud me habent:qui ad mortem ueniūt sine odio uitæ:& admittūt illam:non attrahunt. Illud quidem agebat tormentū:nostra nos sentire opera:q͂ tunc trepidamus cum prope a nobis esse credidimus mortem. A quo enim prope non est parata omnibus locis:omnibusq͂ momētis? Sed cōsideremus inquit:tunc cum aliqua causa moriendi uidetur accedere:quanto aliæ propiquiores sint: quæ non timentur. Hostis alicui mortem minabatur:hanc cruditas occupauit. Si distiguere uoluerimus causas metus nostri:inueniemus alias esse:alias uideri. Mortem non timemus:sed cogitationem mortis. Ab ipsa enim semper tantundē absumus. Ita si timenda mors est:semper timenda est. Quod enim tēpus morti exemptum est? Sed uereri debeo: ne tam longas epistolas peius q̄ mortem oderis. Itaq͂ finem faciam. Tu tamen mortem:ut nunq̄ timeas semper cogita. Vale.

Epistola. xxxi. De assentatione cauenda:de contemptu laboris:& excellentia uirtutis & animi.

a Gnosco Lucilium meum:incipit quem promiserat exhibere:sequære illū impetū animi: quo ad optima quæq͂ calcatis bonis popularibus ibas. non desidero maiorē meliorem q͂ te fieri:q̄ moliebaris. Fundamenta tua multū loci occupauerunt:tantū effice quantū cōatus es:& illa quæ tecum in animo tulisti:tracta. Ad summā sapiens eris:si clauseris aures:quibus cæram parum ē obdere. firmiore spissamento opus est q̄ in sociis usum Vlyssem ferunt. Illa uox quæ timebaẜ:erat blanda:nō tamen publica. At hæc quæ timenda est:non ex uno scopulo:sed ex omni terrarꝫ parte circūsonat. Præter uehere itaq͂ non unū locum insidiosa uoluptate suspectū:sed omnes urbes. Surdū te amantissimis tuis præsta bono animo male præcantur. Et si esse uis fœlix:deos ora ne quid tibi ex his quæ optantur eueniat. nō sunt ista bona:quæ in te isti uolunt congeri. Verꝫ bonum ē quod beatæ uitæ causa & firmamentum est sibi fidere. Hoc autem contingere non potest nisi contemptus est labor:& in eorꝫ numero habitus:quæ neq͂ bona sunt:neq͂ mala. Fieri enim non potest:ut una res modo bona sit:modo mala:modo leuis & perferēda: modo expauescenda. labor bonum non est. Quid est ergo bonum? Laboris contemptio:non curare cum oportet laborem subire. Itaq͂ in uanum operosos culpauerim. Rursus ad honesta nitentes quanto magis īcubuerit:minusq͂ sibi uitia consurgere permiserint admirabor & clamabo tanto melior surge & spira: & cliuum istum uno si potes spiritu exupera. Generosos animos labor nutrit. Nō est ergo quod ex illo uoto parentū tuorꝫ eligas:quid contingere tibi uelis:quid optes:& in totum iam p maxime apto uiro. Turpe ē etiam nunc deos fatigare:quid uotis opus ē? Fac teipse fœlicem:facies autem si intellexeris bona esse: quibus admixta uirtus ē. turpia quibus malicia coniuncta ē. queadmodum sine mixtura lucis nihil splendidum ē:nihil atrum:nisi quod tenebras habet:aut aliquid in se traxit obscuri. quemadmodū sine adiutorio ignis nihil calidum est:nihil sine aere frigidum. Ita honesta & turpia uirtutis ac maliciæ societas efficit. Quid ergo est bonum? Rerum scientia. Quid malum est? Imperitia rerꝫ. Ille prudēs utiq͂ artifex pro tempore quæq͂ repellet:aut eliget:sed nec quæ repellit timet:nec miratur quæ eligit:si modo magnus illi:& inuictus animus est. Submitti te ac deprimi ueto:laborem si non recuses parum est posse. Quid ergo inquis:labor friuolus & superuacuus est? quem humiles causæ uocauerunt:non est malus: non magis q̄ ille:qui pulchris rebus impendiẜ. quoniam animi est ipsa tolerantia:qui se ad dura & aspera hortatur: ac dicit quid cessas? Non est uiri timere sudorem. Huic & illud accedat:ut perfecta uirtus sit æqualitas ac tenor uitæ per omnia consonans sibi. quod non potest esse:nisi rerum scientia cōtingat:& ars per quam humana ac diuina noscantur. hoc est summum bonum:quod si occupas:incipis deorꝫ socius esse: non supplex. Quomodo inquis isto peruenitur:non per apœninū grauemue montem:nec per deserta candauiæ nec syrtes tibi:nec Scylla:aut charybdis:adeundæ sunt:quæ tamen omnia transisti: pro procuratiunculæ præcio. Tutū iter est:iucundum est ad quod natura te instruxit. dedit tibi illa quæ si non deserueris: par deo consurges. parem autem te deo pecunia non faciet. Deus nihil habet:prætexta non faciet:Deus nudus est:fama non faciet:nec ostentatio tui:& in populos nominis dimissa noticia. Nemo nouit deum: multi de illo male existimant:& impune non turba seruorꝫ lecticam tuam per itinera urbana ac peregrina portantium. Deus ille maximus potentissimusq͂ ipse uehit omnia. nec forma quidem & uires beatum te facere possunt:nihil horꝫ non patiẜ. uetustatem. Quærendum est qdnam fiat indies eius cui non possit obstari. Quid hoc est? Animus:sed hic rectus:bonus:magnus. Quid aliud uoces hunc q̄ deū in humāo corpore hospitatū? Hic aius tam in eqtem Romanū:q̄ in libertinum:q̄ in seruū potest cadere. Quid ē eques. Romanus:aut libertinus:aut seruus? Noīa ex ambitione:aut iniuria nata. Subsilire in cœlū ex angulo licet. Exurge modo:& te quoq͂ dignum finge deo. finges autem non auro:aut argento: non potest ex hac materia imago deo exprimi similis:cogita illos cum propicii essent fictiles fuisse. Vale.

Epistola. xxxii. Laudat secessum a turba:& cursum huius uitæ admonet percurrendum.

i Nquiro a te:& ab omnibus sciscitor qui ex ista regione ueniūt:quid agas? ubi? & cum qbus moreris? uerba dare nō potes:tecū sum. Sic uiuet:tanq̄ qd facias adiuturus sim: imo tāq̄ uisurus. Quæris quid me maxime ex his quæ de te audio delectet:q͂ nihil audio:q͂ plæriq͂ ex his quos iterrogo nesciūt qd agas:hoc ē salutare non cōuersari dissimilibus:& diuersa cupientibus. Habeo quidē fiduciā: nō posse te torquæri. māsurumq͂ in proposito:ætiā si solicitantium turba circumeat. Quid ergo est? non timeo ne mutent te:timeo ne impediāt. multum autem nocent etiā qui moranẜ:utiq͂ in tanta breuitate

uitæ:q̄ breuiorē inconstantia facimus. Aliud eius subinde atq; aliud facientes initiū. Deducimus illā ī particulas:ac lancinamus. Propera ergo Lucili charissime:& cogita quantū additurus celeritati fueris:si a tergo hostis instaret:si equitē aduentare suspicareris:ac fugiētiū præmere uestigia. fit hoc præmeris: accelera:& euade. perduc te in tuū:& subinde considera q̄ pulchra res sit consumare uitā ante mortē. deinde expectare securā reliquā sui temporis partē:nihil sibi in possessione beatæ uitæ positum:quæ beatior. nō fit si longior. O quando illud uidebis tempus:quo scies nō tempus ad te pertinere:quo Tranqllus placidusq; eris:& crastini negligēs in summa tui satietate. Vis scire qd sit:quod faciat homines auidos futuri? Nemo sibi contingit. Optauerunt itaq; tibi alia parētes tui. Sed ego cōtra tibi oīum eoꝝ contēptum opto: quoꝝ illi copiā. Vota illoꝝ multos compilant:ut te locupletent:quicquid ad te transferūt: alicui detrahēdum ē. Opto tibi facultatē tui:ut uagis cognitionibus:agitata mens tandē resistat:& certa sit:ut placeat sibi: & itellectus uerbis bonis quæ simul intellecta sunt possideantur ætatis adiectione non egeat. Ille demum necessitates supergressus est:& exauctoratus ac liber:qui uiuit uita peracta. Vale.

Epistola. xxxiii. Quomodo omnia philosophiæ uerba pondus habent: & q; turpe sit semper ex commentario sapere.

d

Esideras his quoq; epistolis:sicut prioribus ascribi aliquas uoces nostroꝝ proceꝝ. Non fuerūt circa flosculos occupati:totus cōtextus illoꝝ uirilis est:inæqualitatē scias esse:ubi quæ eminēt notabilia sunt. non ē admirationi una arbor:ubi in eandē altitudinē:tota silua surrexit. eiusmodi uocibus referta sunt carmina:refertæ historiæ. Itaq; nō illas epicuri existimes esse:publicæ sunt:& maxiæ nostræ:sed illi magis annotanť:quia raræ interim iteruenιūt:quia inspectatæ. quia mirum ē fortiter aliquid dici ab homine molliciē professo. ita enim plærīq; iudicant. apud me ē Epicurus & fortis licet manuleatus sit. Fortitudo & industria & labor atte quæsitus:& ad bellū prompta mens:tam in persas:q̄ in alte cinctos cadit. Non est ergo:quod exigas excepta & repetita. continuū ē apud nostros qcquid apud alios excerpiť. Non habemus itaq; ista odorifera:nec emptorē dicipimus. nihil inuentuꝝ cum intrauerit præter illa quæ in fronte suspensa sunt. Ipsis permittimus unde uelint sumere exemplaria:puta nos uelle singulares sententias ex turba separare. Cui illas assignabimus? Zenoni:an Cleāti: an Chrysippo:an Panecio:an Posidonio? Nō sumus sub rege:sibi quisq; se uēdicat apud istos quicqd Hermacus dixit:quicquid Metrodorus:ad unū referť. Omnia quæ quisq̄ in illo cōtubernio locutus ē:unius ductū:& auspiciis dicta sunt. Nō possumus inq̄:licet tentemus educere aliquid ex tanta reꝝ æqualium multitudine. pauperis ē numerare pecus quocūq; miseris oculū:id tibi occurret quod eminere posset:nisi inter paria legereť. Quare depone istam spem:posse te summatim degustare ingenia maximoꝝ uiroꝝ. Tota tibi igiť inspicienda sunt: tota tractanda. Res geriť:& per linimēta sua ingenii opus nectitur ex quo nihil subduci sine ruina potest. Nec recuso quo minus singula membra dūmodo in ipso homine consideres. non ē formosa cuius crus laudatur:aut brachiū:sed illa cuius uniuersa facies:partibus admirationē singulis abstulit. Si tamē exegeris: nō tam mendice tecū agam:sed plena manu fiet. ingens eoꝝ turba ē passim iacentium. Sumenda erunt: non colligenda. nō enim excidūt:sed fluunt perpetua & īter se cōtexta sunt. nec dubito quin multū conferant rudibus:adhuc & extrinsecus auscultatibus. Facilius enim singula insidūt circūscripta & carminis modo inclusa. Ideo pueris & sententias ediscendas damus:& has quas græci chrias uocant:quia complecti illas puerilis aīus potest:qui plus adhuc nō capit certi profectus. Viro captare flosculos turpe:& fulcire se notissimis ac paucissimis uocibus:& memoria stare. Sibi iam imitať:dicat ista non teneat. Turpe est enim seni:aut prospicienti senectutē:ex cōmentario sapere:Hoc Zenon dixit. Tu quid? hoc Cleātes. Tu qd? quousq; sub alio mōeris? & impera:& dic quod memoriæ tradiť:aliquid & de tuo profer. Omnes itaq; istos nunq̄ auctores semper iterpraetes:sub aliena umbra latentes:nihil existimo habere generosi: nunq̄ ausos facere aliquid:q̄diu didicerant memoriā in alienis exercuerunt. Aliud est enim meminisse:aliud scire Meminisse ē rem cōmissam memoriæ custodire at cōtra scire ē:& sua facere quæq; nec ab exemplari pendere:& totiens respicere ad magistrū. Hoc dixit Zenon. hoc Cleantes: Aliqd intersit inter te:& librū. Quousq; disces? Iam & præcipe:qd ē cur audiam qd legere possum? Multū inquit uiua uox facit. nō quidem hæc quæ alienis uerbis commodať:& actuarii uice fungiť. Adiice nunc q; isti qui nunq̄ tutelæ suæ fiunt: primum in ea re sequunť priores:in qua nemo nō a priore desciuit. deinde in ea re sequuntur:quæ adhuc quæriť:Nunq̄ autē inuenieť:si contenti fuerimus inuentis. Præterea qui aliud sequiť:nihil iuenit immo nec quærit. Quid ergo nō ibo per prioꝝ uestigia? Ego uero utar uia uetere:sed si priorē planiorēq; inuenero:hanc muniam:& qui ante nos ista mouerūt:non domini nostri:sed duces sunt. patet omnibus ueritas:nondum est occupata:multum ex illa etiam futuris relictum est. Vale.

Epistola. xxxiiii. Quomodo delectat magistrum profectus discipuli:& q; magna pars bonitatis est uelle fieri bonum.

c

Resco & exulto:& discussa senectute recalesco quoties ex his quæ agis ac scribis intelligo: quantum teipse (nam turbam olim reliqueras) super te geris. Si agricolam arbor ad fructum perducta delectat. si pastor ex fœtu gregis sui capit uoluptatem. si alumnum suum nemo aliter intueť: q̄ ut adolescentiam illis suam iudicet. quid euenire credis his qui ingenia educauerunt: & quæ tenera formauerunt:adulta subito uident? Assero te mihi:meum opus es. ego cum uidissem indolem tuā:inieci manū. exhortatus sum:addidi stimulos:nec lente ire passus sum:sed subinde incitaui:& nunc idem facio: sed iā currentem hortor:& inuicem hortantem. Quid aliud inquis adhuc uolo? In hoc plurimū est:nō sic quomodo principia totius operis dimidiū occupare dicunť. ita res animo constat. Itaq; pars magna bonitatis

est uelle fieri bonum. Scis quemadmodum bonum dicam: perfectum: absolutum: quem malum facere nulla uis: nulla necessitas possit. Hunc in te pspicio: si perseueraueris: & incubueris: & id egeris: ut omnia facta dictaq; tua inter se congruant: ac respondeant sibi: & una forma percussa sint. Non est huius animus in recto cuius acta discordant. Vale.

Epistola. xxxv. De differentia amicitiæ: & amoris: & uiuo gaudio: & constantia animi.

c

Vm te tam ualde rogo ut studeas: meum negocium ago. habere amicum uolo: qđ contingere mihi: nisi pergis: ut cœpisti excolere te: non potest. Nunc enim amas me: amicus non es. Quid ergo? hæc inter se diuersa sunt: immo dissimilia. qui amicus est amat: qui amat nō utiq; amicus est. Itaq; amicitia semper prodest. amor aliquādo etiam nocet. Si ob nihil aliud: ob hoc perfice: ut amare discas Festina ergo dum mihi proficis: ne istud alteri didiceris. Ego qdem iam percipio fructū: cū mihi singo uno nos animo futuros: & quicquid ætati meæ uigoris abscessit: id ad me ex tua: quanq̄ non multū abest: redituæ. Sed tamen quoq; re ipsa esse lætus uolo. Venit ad nos ex his quos amamus etiā absentibus gaudium sed id leue & euanidū: cōspectus & præsentia & cōuersatio: habet aliqd uiuæ uoluptatis. Vtiq; si non tantū quem uelis uideas: sed & qualē uelis: uideas. Affer itaq; te mihi ingens munus: & quo magis istes cogita te mortalē esse: me senē. Propera ad me: sed ad te prius profice: & ante oīa hoc cura ut cōstes tibi. Quotiens experiri uoles: an aliquid actū sit: obserua an eadem hodie uelis: quæ heri. mutatio uolūtatis indicat animū natare alibi: atq; alibi apparere: prout tulit uentus. Non uagaẽ qđ fixū atq; fundatum ē. Istud sapiēti profecto contingis aliquatenus: & proficienti profectoq;. Quid ergo interest? hic commoueẽ qdem: nō tamen transit: sed suo loco nutat. ille ne commoueẽ qdem. Vale. Explicit liber quartus.

Epistola. xxxvi. De inquieta fœlicitate: de bona hortiditate. Et q̧ propria boni animi meditatio ad ueram philosophiam perducit.



Micum tuum hortare: ut istos magno aīo contemnat qui illū obiurgant: q̧ umbrā & ociū petierit: q̧ dignitatē suā destituerit: & cū plus consequi posset: prætulerit qetem oībus: q̄ utiliter negociū suū gesserit quotidie illis ostendet. Hi quibus inuideẽ non desinent transire: alii elidenẽ: alii cadent. res ē inquieta fœlicitas: ipsa se exagitat: mouet cerebrum nō uno genere: alios in aliud irritat: hos in potētiā: illos in luxuriā: hos iflat: illos mollit: & totos resoluit. At bene aliquis illam fert: sic quomodo uinū. Itaq; nō est quod tibi isti persuadeāt eum esse fœlicē: quia multis obsidetur. Sic ad illū quēadmodū ad lacū concurritur. quem qui exhauriunt conturbant. Nugatorium & inertem uocant. Scis quosdam peruerse loqui & significare contraria fœlicē uocabant. Quid ergo erat? Ne illud qdē curo: quod quibusdam nimis horridi animi uideẽ & tetrici. Aristō aiebat: malle se adolescentem tristem q̄ hilarem & amabilē turbæ. Vinum enim bonū fieri: quod recens durum & asperum uisum est: non pati ætatem: quod in dolio placuit. Sin eum tristem appellat: & inimicū processibus suis: bene se dabit in uetustate ipsa tristia. Perseueret modo colere uirtutem: perhibere liberalia studia. nō illa qbus profundi satis est: sed hæc quibus tingēdus est animus: hoc ē discendi tempus. Quid ergo? Aliquid est quod non sit discendum? Minime. Sed quēadmodū studere omnibus annis honestum est: ita non omnibus institui. turpis & ridicula res est: elementarius senex. Iuueni parandum est: seni utendum. Facies ergo rem utilissimam tibi: si illū q̄ optimum feceris. Hæc aiūt beneficia esse expetēda: tribuendaq;. non dubie primæ sortis: quæ tam dare prodest q̄ accipere. Deniq; nihil illi iam liberi est qui spopondit. minus autem turpe est creditori q̄ spei bonæ decoquære. Ad illud æs alienū soluendū: opus ē negocianti nauigatione prospera: agrum colēti: ubertate eius quam collit terræ: cæli fauore. ille quod debet: sola potest uoluntate persoluere: in mores ius fortuna non habet: hos disponat: ut q̄ tranquillissimus animus ille ad perfectum ueniat: qui nec ablatū sibi quicq̄ sentit: nec adiectum: sed in eo habitu ē quocūq; res cedant: cui siue aggeruẽ uulgaria bona: supra res suas eminet: siue aliquid ex istis: uel omnia casus excussit. minor non fit: si in parthia natus esset: arcum infans statim tenderet. si in germania protinus puer: tenerum hastile uibraret. si auorum nostrorum temporibus fuisset: equitare: & hostem cominus percutere didicisset: Hæc singulis disciplina gentis suæ suadet: atq; iperat. Quid ergo huic meditandū est? q̧ aduersus omnia tela: q̧ aduersus omne genus hostium: bene facit mortē contemnere: quæ quin habeat in se aliquid terribile: ut & animos nostros quos in amorē sui natura formauit: offendat. nemo dubitat. Nec enim opus esset in id comparari & acui: in quod instinctu quodā uoluntario iremus: sicut feruẽ omnes ad obseruationem sui. nemo discit: ut si necesse fuerit æquo animo in rosa iaceat: sed in hoc duraẽ: ut tormentis non submittat fidem: ut si necesse fuerit stans etiam aliquādo sautius pro uallo peruigilet: & ne q dem pilo incumbat: quia solet obrepere interim somnus in aliquod adminiculum reclinatis: mors nullu habet incommodum. esse enim debet & aliquid cuius sit incommodum. quod si tanta cupiditas te lōgioris æui tenet: cogita nihil eorum quæ ab oculis abeunt: & in rerum naturā ex qua prodierūt: ac mox prodierunt: ac mox processura sunt: reconduntur consumi desinūt ista non pereunt. & mors quam pertimescimus: ac recusamus intermittit uitam: non eripit. Veniet iterū qui nos reponat dies in lucē: q̄ multi recusarent: nisi oblitos reduceret. Sed postea diligentius docebo omnia: quæ uideẽ perire mutari æquo animo debet rediturus exire. Obserua orbem rerum in se remeantium: uidebis nihil in hoc mūdo extingui sed uicibus descendere ac surgere. æstas abiit: sed alter illam annus adducit. hyems cecidit. referūt illam sui menses. solem nox obruit: sed ipsam statim dies abiget. stellarum iste discursus: quicquid præterit repetit pars cæli leuatur assidue: pars mergitur. Deniq; finem faciam: si hoc unum adiecero. nec ifantes: nec pueros: nec mente lapsos timere mortem: & esse turpissimum si eam securitatem nobis ratio non præstat: ad

quam stultitia perducit. Vale.

Epistola.xxxvii.De duplici magnanimitate.Et quomodo ad ueram libertatem philosophia pducat.

Vod maximũ uinculum est:ad boná menté ꝓmisisti uirũ bonũ:sacraméto rogatus es:deridebit
q se siqs tibi dixerit.Mollé eẽ militiá & facilé nolo te decipi:eadé honestissimi huius & illius turpis/
simi:aut amentis uerba sunt.Vri ferroq̃ necari:ab illis q manus arenæ locant:& edunt : & bibũt
quæ per sanguinem reddant:cauetur ut ista uel inuiti patiantur a te:ut uolés libensq̃ patiaris.illis licet ar
ma submittere:misericordiam populi tentare.Tu neq̃ submittes:neq̃ uitam rogabis: recto tibi inuictoq̃
moriendum est.Quid porro prodest paucos dies:aut annos lucri facere?Sine missione nascimur.Quo
modo ergo inquis me expediá?effugere nõ potes necessitates.potes uincere:fiat uia:& hanc tibi uiá dabit
philosophia.ad hanc te confer si uis saluus esse:si securus:si beatus.Deniq̃ si uis esse.quod est maximum:
liber:hoc contingere aliter non potest.humilis res est stultitia:abiecta:sordida:seruilis:multis affectibus:
& seuissimis subiecta.hos tam graues dominos interdum alternatim íperantes:íterdum pariter dimittit
a te sapientia:quæ sola libertas est:una ad hanc fert uia:& quidé recta non aberrabis.Vade certo.gradu si
uis omnia tibi obiicere:te subiice rationi.multos reges si ratio te rexerit.ab illa disces:quid:& queadmo/
dum aggredi debeas:nõ incides rebus:neminé mihi dabis:qui sciat quomodo quod uult ceperit uelle nõ
consilio adductus ullo:sed ípetu impactus est.Non minus sæpe fortuna in nos ícurrit:q̃ nos in illá. turpe
est non ire:sed ferri.& subito in medio turbine rerũ stupenté quærere:huc ego quéadmodũ ueni. Vale.

Epistola.xxxviii.De utilitate familiaritatis breuis & inelaborati sermonis.

Erito exigis:ut hoc inter nos epistolarũ cõmerciũ frequétemus.plurimũ proficit sermo: qui mi/
m nutatim irrepit animo.disputationes præparatæ & effusæ audiente populo plus habent strepitus
minus familiaritatis.philosophia bonũ consiliũ é:cõsiliũ nemo clare dat. aliquando utendum é:
& illis:ut ita dicam concionibus:ubi qui dubitat impellendus est.Vbi uero non hoc agédum é:ut uelit di
scere:sed ut discat:ad hæc submissiora uerba ueniendũ é:facilius intrant & hæréť. nec enim multis opus
est:sed efficacibus.Seminis modo spargenda sunt:quod quáuis sit exiguũ:cũ occupauerit idoneum locũ:
uires suas explicat:& ex minimo in maximos auctus diffundiť.Idé facit oratio:nõ late patet:si aspicias in
opere crescit.pauca sunt quæ dicuntur:sed cũ illa animus bene excipit:conualescunt & exurgunt.eadé est
inq̃ præceptoꝝ conditio quæ seminũ multũ efficiũt:& angusta sunt:tantũ ut dixi:idonea mens rapiat illa
sibi:& in se trahat:multa inuicé & ipsa generabit:& plus reddet q̃ accæperit. Vale.

Epistola.xxxix.De differentia ordinariæ orationis:& breuiarii.Et ꝙ sit propriũ generosi animi ad ex/
celsa citari.Et ꝙ superfluitas noceat.

Ommentarios quos desideras diligenter ornatos:& in angustũ coactos:ego uero cõponá.Sed ui/
c de ne plus futura sit oratio ordinaria:q̃ hæc quæ nũc uulgo breuiariũ diciť.olim cũ latine loqua
remur summariũ uocabať.illa res discenti magis necessaria é:hæc scienti.illa enim docet:hæc ad
monet.Sed utriusq̃ rei tibi copiá faciá.Tuũ a me non é:ꝙ illũ aut illũ exigas. Qui noto rem dat ignotus
est.Scribam ergo qđ uis:sed more meo interim multos habes:quorũ scripta nescio an satis ordinent.Su/
me in manus iudicé philosophoꝝ.hæc ipsa res expergisci te coget:si uideris q̃ multi tibi laborauerunt:cõ
cupisces & ipse ex illis unus esse.Habet enim hoc optimũ in se generosus animus:ꝙ concitať ad honesta.
Neminé excelsi ingenii uiꝝ humilia delectant:& sordida.magnarũ rerum species ad se uocat : & extollit:
quéadmodũ flámma:quæ surgit in rectũ:iacere ac deprimi non potest:non magis q̃ quiescere.Ita noster ani
mus in motu é:eo mobilior & actuosior:quo uæhementior fuerit : sed fœlix qui ad meliora hũc impetũ
dedit:ponet se extra ius ditionéq̃ fortunæ:secunda téperabit:aduersa cõminuet:& aliis admiranda despi
ciet.Magnanimi est magna cõtemnere:ac mediocria malle q̃ nimia.illa enim bona utilia uitaliaq̃ sunt:at
hæc eo ꝙ supfluunt nocent.Sic segeté nimia sternit ubertas:sic rami franguniť onere:sic ac maturitaté nõ
peruenit nimia fœcũditas.Idé animis quoq̃ euenit:quos ímoderata fœlicitas rũpit:quia nõ tátũ in alioꝝ
iniuriá:sed etiá in suá uertunť.Quis hostis in quéq̃ tá cõtumeliosus fuit:q̃ in quosdá uoluptates suæ sunt
quoꝝ impotétiæ:atq̃ insaniæ:libidini:ob hoc unũ possis ignoscere:quod quæ fecere patiunť.Nec imme
rito:hic illos furor uexat.necesse é enim imménsum exeat cupiditas:quæ naturalé modũ tráſilit. ille enim
habet suũ finé:inania enim & ex libidine orta sine termino sunt:necessaria metiť utilitas:superuacua quo
redigis?Voluptatibus itaq̃ se mergũt:qbus in cõsuetudiné adductis:carere nõ possunt:& ob hoc miser/
rimi sunt ꝙ eo puenerũt.ut illis quæ supuacua fuerát:facta sunt necessaria.Seruiũt itaq̃ uoluptatibus:nõ
fruunť.& mala sua:qđ maloꝝ ultimũ est:amant.Tunc auté cõsumata est infœlicitas:ubi non solũ turpia
delectant:sed etiá placét.& desinit esse remedio locus:ubi quæ fuerunt uitia mores sunt. Vale.

Epistola.xl.Moderandá pronunciationé docet:& exéplo maxime Ciceronis iubet esse tardiloquum.

Vod frequéter mihi scribis:gratias ago.Ná quo uno modo potes:te mihi ostendis:nunq̃ epistolá
q tuá accipio:ut nõ ꝓtinus una simus.Si imagines nobis amicoꝝ absentiũ iucundæ sunt:quæ me/
moriá renouát:& desideriũ absentiæ falso atq̃ inani solatio leuát:quáto iucũdiores sunt litteræ:
q̃ uera amici absentis uestigia:ueras notas afferunt.Ná qđ in cõspectu dulcissimũ est:id amici manus epi/
stolæ ípressa præstat agnoscere.Audisse te scribis Seraphioné philosophum:cum istuc applicuisset:solere
magno cursu uerba conuellere:quæ non effundit una uox:sed præmit & urget.Plura enim ueniũt: q̃ qui
bus uox una sufficiat.Hoc non probo in philosopho:cuius pronunciatio quoq̃ sicut uita debet esse cõpo
sita.Nihil autem ordinatum é quod præcipitať & properat.Itaq̃ oratio illa apud Homerũ cõcitata:& si/
ne intermissione in morem niuis superueniens : oratori data est. Lenis & melle dulcior seni profuit. Sic.

ſtaq; habe:ut iſtam uim dicendi rapidam atq; abundanté:aptioré eſſe credas circulanti:q̃ agenti rem magnam ac ſeriam:docentiq;. Aeq; ſtillare illũ nolo:q̃ currere:nec extendat aures:nec obruat. Ná illa quoq; inopia & exilitas:minus intentũ auditorem habet:tedio interruptæ tarditatis:facilius tamen inſidit:qđ expectaẽ:q̃ quod præter uolat. Deniq; tradere homines diſcipulis præcepta dicunẽ. nõ tradiẽ quod fugit. Adice nunc q; quæ ueritati operá dat oro:icõpoſita eſſe debet:& ſimplex. hæc popularis nihil habet ueri:mouere uult turbá:& incõſultas aures impetu rapere. tractandá quæ ſe nõ præbet:auferẽ. Quomodo aũt regere poteſt:quæ regi non põt? Quid q; hæc oro quæ ſanádis mẽtibus adhibeẽ:deſcẽdere in nos debet? Remedia non proſunt:ni imorenẽ. Multũ præterea habet inanitatis & uani:plus ſonat q̃ ualet. Lenienda ſunt quæ me exterrent:compeſcenda quæ irritãt:diſcutienda quæ fallũt:inhibenda luxuria:corripienda auaritia. Quid hoꝝ raptim poteſt fieri? Quis medicus ægros in tráſitu curat? Quid q; ne uoluptaté quidẽ ullã habet talis uerboꝝ ſine delectu ruentiũ ſtrepitus? Sed ut plæraq; q̃ fieri poſſe nõ crederes:cognouiſſe ſatis eſt. ita iſtos qui uerba exercuerunt abũde eſt ſemel audiſſe. Quid eni quis dicere:qđ imitari uelit:quid de eoꝝ animo iudicet:quoꝝ oratio perturbata eſt:& imiſſa eſt? nec poteſt reprimi quẽadmodũ per poclıue currentiũ. non ubi uiſum eſt:gradus ſiſtiẽ:ſed incitatio corporis põdere ſerpit:ac longius q̃ uoluit efferẽ. Sic iſta dicẽdi celeritas:nec in ſua poteſtate eſt:nec ſatis decora philoſophiæ quæ ponere debet uerba:nec proiicere:& pedetẽtim procedere. Quid ergo? Nõ aliquãdo:& inſurget. Quid ni? Sed ſalua dignitate moꝝ:quã uiolẽtia iſta & nimia uis exuit. habeat uires magnas:moderatas tamen:perennis ſit unda:nõ torrẽs. Vix oratori permiſerim talé dicendi uelocitaté irreuocabilẽ:ac ſine lege uadenté. Quemadmodũ iudex ſubſequi poterit aliquando ẽt imperitus & rudis:tũ quoq; cũ illũ aut oſtẽtatio abſtulerit aut affectus impetus ſui tantũ feſtinet atq; ingerat:quátũ aures pati non poſſunt. Recta ergo facies:ſi nõ uideris iſtos:qui quantũ dicant:nõ quẽadmodũ quærunt:& ipſe malueris ſi neceſſe eſt. uel. P. Vicinũ diſcere. Quid itaq; cũ quærereẽ:quomodo. P. Vicinius diceret? Aſſelius ait:tractim. Ná Geminus Varius ait:quomodo iſtũ diſertũ dicatis:neſcio tria uerba non poteſt iũgere. Quid ni:malis tu ſic dicere? Quomodo Vicinius? Aliquis tam inſulſus interuenerit:q̃ qui illi ſingula uerba uel lenti:tanq̃ dictaret:& non diceret. ait dic:uel nunq̃ dicas:náq; teri curſum ſuis temporibus oratoris celeberrimi longe abeſſe ab homine ſano uolo. Nunq̃ dubitauit:nunq̃ intermiſit:ſemel incipiebat:ſemel deſinebat. Quædá tamé & nationibus puto magis:aut minus cõuenire. in græcis hác licentiam tuleris. Nos etiá cũ ſcribimus interpũgere aſſueuimus. Cicero quoq; noſter a quo Romana eloquentia exiluit gradarius fuit. Romanus ſermo magis ſe circũſpicit & æſtimat:præbetq; æſtimandum. Fabius uir egregius:& uita:& ſcientia:& quod poſt iſta ẽ:eloquentia quoq; diſputabat:expedite magnis q̃ concitate:ut poſſes dicere facilitaté eſſe illá:nõ celeritaté. hác ego in uiro ſapiẽtie recipio:nõ exigo:ut oratio eius ſine ĩpedimẽto exeat proferaẽ tamẽ malo:q̃ profluat. Eo autem magis te deterreo ab iſto morbo:quod non poteſt tibi res contingere aliter:q̃ ſi te pudere deſierit. pfrices fronté oportet:& teipſe nõ audias. multa. n. inobſeruatus ille curſus feret:quæ repræhẽdere uelis. Non poteſt inq̃ tibi contingere res iſta ſalua uerecundia. Præterea opus eſt exercitatiõe quotidiana:& a rebus ſtudiũ transferendũ ẽ ad uerba. Hæc autem etiam ſi aderunt:& poterunt:ſine ullo tuo labore decurrere:temperanda ſunt tamen. Ná quemadmodũ ſapienti uiro inceſſus modeſtior conuenit:ita oratio preſſa:non audax. Sũm ma ergo ſummaꝝ hæc erit:tardiloquum eſſe te iubeo. Vale.

Epiſtola. xli. Quomodo in unoquoq; uiroꝝ deus habitat. Et q; homo ẽ ex ſola rationis bonitate laudabilis.

f Acis rem optimá:& tibi ſalutarẽ:ſi ut ſcribis perſeueras ire ad boná mentem. Quá ſtultũ ẽ optare:cũ a te poſſis impetrare. Nõ ſunt ad cælũ eleuádæ manus:nec exorandus æditũus:ut nos ad aurẽ ſimulachri:quaſi magis exaudiri poſſimus admittat. Prope ẽ ad te deus:tecum ẽ:intus ẽ. Ita dico Lucili:ſacer intra nos ſpiritus ſedet:bonoꝝ maloꝝq; noſtroꝝ obſeruator:& cuſtos. hic prout a nobis tractatus eſt:ita nos ipſe tractat. bonus uero uir ſine deo nemo eſt. An põt aliquis ſupra fortuná:niſi ab illo adiutus exurgere? ille dat cõſilia magnifica & erecta in unoquoq; uiroꝝ bonoꝝ:quis deus incertũ eſt habitat deus. Si uero tibi occurrit uetuſtis arboribus & ſolitá altitudinẽ egreſſis:frequẽs lucus. & cõſpectũ cœli dẽſitate ramoꝝ alioꝝ alios ꝓtegẽtiũ ſubmouẽs illa ꝓceritas ſiluæ & ſecretũ luci:& admiratio umbræ in aperto tá dẽſæ atq; cõtinuæ:fidé tibi numinis facit:& ſiqs ſpecus:ſaxis penitus exeſis mõtẽ ſuſpẽderit:nõ manufactus:ſed naturalibus cauſis in tantá laxitaté excauatus:animũ tuũ quadá religionis ſuſpitione percutiet. Magnoꝝ fluminũ capita ueneramur:ſubita & ex abdito uaſti amnis eruptio aras habet. coluntẽ aq̃ꝝ calentium fontes & ſtagna:quæ uel opacitas:uel imenſa altitudo ſacrauit. Si hominẽ uideris interitum periculis:intactum cupiditatibus:inter aduerſa fœlicẽ:in mediis tempeſtatibus placidũ:ex ſuperiore loco homines uidenté ex æquo deos:non ſubit te ueneratio eius. Non dices:iſta res maior eſt altiorq;:q̃ ut credi ſimilis huic:in quo eſt corpuſculo poſſit. uis iſtuc diuina deſcẽdit. Animũ excellentẽ moderatũ:omnia tãq̃ minora tranſeuntẽ:quicquid timemus:optamuſq; ridentem celeſtis potẽtia agitat:nõ poteſt res tãta ſine adminiculo numinis ſtare. Itaq; maiore ſui parte:illic eſt unde deſcendit. quẽadmodum radii ſolis contingũt qdẽ terram:ſed ibi ſunt unde mittuntur. Sic animus magnus ac ſacer & in hoc demiſſus:ut ꝓpius quidem diuina noſcamus. Conuerſatur quidem nobiſcum:ſed hæret origini ſuæ. illinc pendet illuc nitiẽ ac ſpectat:noſtris tanq̃ melior intereſt. Quis ergo eſt hic animus qui nullo bono:niſi ſuo nitet? Quid enim eſt ſtultius:q̃ in homine aliena laudare? Quid eo dementius qui ea miratur:quæ ad alium trãſferri protinus poſſunt? Non faciunt meliorem equum aurei freni. Aliter leo aurata iuba demittitur:dũ contractaẽ:& ad patientiá recipiendi ornamenta cogiẽ fatigatus:alter incultus integri ſpiritus. hic ſcilicet impetu acer

qualẽ illũ natura esse uoluit:speciosus ex horrido ortus hic decor est.nõ sine timore aspici:præfert̃ illi lãguido & bracteo.Nemo gloriari nisi suo debet.Vitẽ laudamus si fructu palmites onerat:si ipsa põdera ad terrã:eorũ quæ tulit adminiculo deducit.num quis huic illã præfert uitẽ cui aureæ uuæ aurea folia depẽdent?Propria uirtus est in uite fertilitas.In hoĩe quoq̃ id laudandũ est:quod ipsius est:familiã formosam habet:domũ pulchrã:multũ ferit:multũ fœnerat nihil horũ in ipso est:sed circa ipsum.Lauda ĩ illo:quod nec eripi possit:nec dari.Quod propriũ hoĩs est?Quæris quid sit?Animus & rõ in aio perfecto.Rationale enim aĩal est hõ.Cõsumat̃ itaq̃ bonũ eius:si id impleuit cui nascit̃.Quid est autẽ qđ ab illo rõ hæc exigat.rẽ facillimã:secũdũ naturã uiuere suã. Sed hãc difficilẽ facit cõis insania:in uitia alter alterũ trudimus quomodo autẽ reuocari ad salutẽ possunt:quos nemo retinet:populus impellit. Vale.

Epistola.xlii.De falsa existimatione sui & bonorum suorũ:& de remediis contra fortuita.

Iam tibi ille persuasit:uirũ se bonũ esse.At qui uir bonus tam cito fieri nec potest nec itelligi. Scis quẽ nũc uirũ bonũ dicã?Huius secundæ notæ.Nã ille alter fortasse:tanq̃ fœnix semel anno quingẽtesimo nascit̃.nec ẽ mirũ ex iteruallo magna generari.Mediocria & ĩ turbã nascẽtia:sæpe fortuna ꝑducit:eximia uero ipsa raritate cõmẽdat. Sed iste multũ adhuc abest ab eo quod ꝑfitet̃:& si sciret qđ esset uir bonus:nõdũ esse se crederet:fortasse etiam fieri posse desperaret.At male existimat de malis: hoc etiã mali faciunt:nec ulla maior pœna nequitiæ est:q̃ q̃ sibi & suis displicet.At odit eos qui subita & magna potentia impotenter utunt̃.Idẽ faciet cũ idẽ potuerit.Multorũ quia imbecilla sunt latent uitia nõ minus ausura:cũ illis uires suæ placuerint:q̃ illa quæ iã fœlicitas aperuit:instrumenta illis explicãdæ neqtiæ desunt.Sic tuto serpens:etiã pestifera tractatur:dũ riget frigore:nec desunt tũc illi uenena:sed torpẽt. multorũ:crudelitas:& ambitio:& luxuria:ut paria pessimis audeat.fortunæ fauore deficit̃ eadẽ uelle cognosces.da posse quantũ uolunt.Meministi:cũ quẽdam affirmares in tua potestate:dixisse me uolaticum eẽ:ac leuẽ:& te nõ pedẽ eius tenere:sed pẽnã:mẽtitus sum:pluma tenebat̃ quã remisit & fugit.Scis quos postea tibi exhibuerit ludos?q̃multa in caput suũ casura tetauerit.Non uidebat se per aliorũ pericula in suũ ruere:nõ cogitabat q̃ onerosa essent quæ petebat:etiã si superuacua nõ essent.Hoc itaq̃ in his quæ affectamus atq̃ labore magno contendimus:inspicere debemus:aut nihil in illis commodi esse:aut plus icõmodi.quædã superuacua sunt:qđã tanti nõ sunt.Sed hæc nõ prouidemus:& gratuita nobis uident̃:quæ charissime cõstant.Ex eo licet stupor noster appareat:q̃ ea sola putamus emi:pro qbus pecuniam soluimus.ea gratuita uocamus pro qbus nosipsos impendimus:quæ emere nolemus:si domus nobis nostra pro illis esset danda:si amœnũ aliquod fructuosumue prædiũ.At ea paratissimi sumus peruenire cum solicitudine:cum periculo:cum iactura pudoris:libertatis & temporis.Adeo nihil est cuiq̃ se uilius.Idem itaq̃ in omnibus consiliis rebusq̃ faciamus:qđ solemus facere quotiens ad institorẽ alicuius mercis accessimus:Videamus hoc quod concupiscimus:quanti deferatur.Sæpe maximum est præcium pro quo nullum datur.Multa possum tibi ostendere:quæ acquisita acceptaq̃ libertatẽ nobis extorserunt.Nostri essemus:si ista nostra non essent.Hæc ergo tecum ipse uersa:nõ solum ubi de incremento agetur:sed etiã ubi de iactura.Hoc periturũ est nempe aduentitiũ fuit.tam facile sine isto uiues:q̃ uixisti:si diu illud habuisti:perdis postq̃ satiatus es:si non diu:perdis anteq̃ assuescas.Pecuniã minorẽ habebis:nempe & molestiã:gratiã minorẽ:nempe & inuidiã.Circũspice ista quæ nos agunt in insaniam:quæ cum plurimis lachrymis amittimus.Scies non damnum in his molestum esse:sed opinionem damni.Nemo illa perisse sentit:sed cogitat.Qui habet se nihil perdit:sed quoto cuiq̃ habere se contingit. Vale.

Epistola.xliii.Quomodo comparationis modus fere omnia magna fecit:& minima.Et q̃ praua uita a publico sensu quærit abscondi.

Quomodo hoc ad me peruenerit quæris:quis mihi id te cogitare narrauerit:quod tu nulli narraueras:is q̃ scit plurimũ rumor.Quid ergo inquis tantus sum:ut possim exercitare rumorẽ?Nõ ẽ qđ te ad hũc locũ respicies metiaris:ad illũ respice ĩ quo moraris:Quicquid iter uicina emiet:magnũ est illic ubi eminet.Nã magnitudo habet modũ certũ.cõparatio illã:aut deprimit:aut tollit.Nauis:q̃ in flumĩe magna ẽ:in mari paruula est.gubernaculũ quod alteri naui magnũ est:alteri exiguũ est:Tu nũc in prouincia:licet cõtẽnas ipse te magnus es.Quid agas quẽadmodũ cœnes:quẽadmodũ dormias.q̃rit̃:scitur.Eo die tibi diligentius uiuendũ est.Tũc autem fœlicem te esse iudica:cum poteris in publico uiuere:cũ te parietes tui tegent:non abscondent:quos plærumq̃ circundatos nobis uendicamus:non ut tutius uiuamus:sed ut peccemus occultius.Rem dicam ex qua mores existimes nostros.Vix quenq̃ fuenies:qui possit aperto hostio uiuere.Ianitores conscientia nostra:non superbia opposuit.sic uiuimus:ut depræhendi sit subito aspici.Quid autem prodest recondere se:& oculos hominum:auresq̃ uitare.bona cõsciẽtia turbam aduocat:mala etiam in solitudine anxia:atq̃ solicita est.Si honesta sunt quæ facis:oẽs sciant.si turpia.quid refert nemině scire cũ tu scias?O te miserum si contennis hunc testem. Vale.

Epistola.xliiii.De uera nobilitate.Et de errore beatam uitam optantium.

Iterũ tu mihi te pusillũ facis:& dicis malignius tecũ ægisse:naturã prius:deinde fortunã:cũ possis eximerẽ te uulgo:& ad fœlicitatẽ hominũ maximã emergere.Siquid ẽ aliud boni in philosophia hoc ẽ q̃ stemma nõ inspicit:oẽs si ad originẽ primã reuocant̃ a diis sunt.Eques romanus es:& ad hũc ordinẽ tua te perduxit industria.At mehercule multis.xiiii.gradus elausi sunt:nõ oẽs curia admittit Castra quoq̃ quos ad laborẽ & pericula recipiãt:fastidiose legunt:bona mẽs oĩbus patet.omnes ad hoc sumus nobiles:nec reiicit quenq̃ philosophia nec eligit:omnibus lucet.Patricius Socrates non fuit.Cleantes aquã traxit:& rigando horto locauit manus.Platonẽ nõ accepit nobilẽ philosophia:sed fecit. Quid ẽ q̃re

te desperes his te posse fieri parẽ? Omnes hi maiores tui non sunt: si te illis geres dignũ, geres autem si hoc
protius tibi ipse persuaseris a nullo te nobilitate superari. omnibus nobis totidẽ ante nos sunt. nullius nõ
origo ultra memoriá iacet. Plato ait: neminé regé: nõ ex seruis eé oriundũ. nemine nõ seruum ex regibus.
Oía ista longa uarietas miscuit: & sursum deorsumq; fortuna uersauit. quis est generosus? ad uirtuté be/
ne a natura cõpositus? Hoc unũ ituẽdum est: alioquin si ad uera reuocas: nemo nõ inde é: ante quod nihil
est a primo mũdi ortu: usq; in hoc tempus produxit: nos splẽdidis sordidisq;: alternata series. nõ facit no/
bilem atriũ plenũ fumosis imaginibus. Nemo in nostrã gloriã uixit neq; quod ante nos fuit: nostrum est:
Animus facit nobilé: cui ex quacunq; cõditione supra fortunã licet surgere. Puto itaq; te non esse equitem
Romanũ: sed libertinũ: potes hoc cõsequi: ut solus sis liber inter ingenuos. Quomodo inqs si mala bõaq;
nõ populo actore distinxeris? Intuẽdũ est nõ unde ueniant: sed quo eát. siquid est quod uitam beatam põt
facere id bonũ est suo iure: deprauari enim in malũ nõ potest. Quid est ergo in quo errat cum omnes bea
tá uitam optent? q; istrumenta pro ipsa habent & illá dum petunt: fugiũt. Nam cum summa uitæ beatæ
si solida securitas: & eius incõcussa fiducia: solicitudinis colligũt causas: & per insidiosum tramité nõ tãtũ
ferunt sarcinas: sed trahũt. Ita longius ab effectu eius: quod petunt: semper abscedunt: & quo plus operæ
impenderunt: hoc se magis impediunt: & feruntur retro. Quod euenit in labyrintho properantibus ipsa
illos uelocitas implicat. Vale.

Incipit liber sextus. Epistola. xlv. de modo legendi commentarios. De acuitate ingenii: non in uerbis:
sed in rebus habendis. Et quis sit uere beatus.



Librorum istic inopiá eé quæreris. Nõ refert q̃ multos: sed q̃ bonos habeas. Lectio certa pdest:
uaria delectat. Qui quo destinauit: peruẽire uult uná sequat uiá: nõ per multas uaget. Nõ
ire istud: sed errare é. Vellé iquis magis mihi libros: q̃ cõsiliũ dares. Ego uero quoscũq; ha
beo: mittere paratus sum & totũ horreũ excutere. me quoq; isto si possem trãsferem: & ni
si mature te finé officii sperarem impetraturum. hác senilé expeditioné idixissem mihi. Nec
me charybdis & Scylla: & fabulosum istud fretũ deterrere potuissent. tranassem ista non
solũ traiecissem. dũmodo te cõplecti possem: & psens æstimare q̃ntũ: aio creuisses. Cæterum q; libros meos
tibi mitti desideras: nõ magis ideo me desertũ q̃ formosum putaré: si imaginé meá peteres: idulgẽtiæ scio
istud esse: nõ iudicii: & si mõ iudicii est idulgentia tibi iposuit. Sed q̃lescũq; sunt: tu illos sic lege: tanq̃ uerum
quærá: adhuc nõ sciá: & cõtumacirer quærá. Nõ eni me cuiq̃ emácipaui: nullius nomé fero. multũ magno
rum uirorum iudicio credo aliquid & meo uendico. Ná illi quoq; nõ inuẽta sed quærẽda nobis reliquærũt:
& inuenissent forsitá necessaria: nisi & superuacua quæsissent. Multũ illis tẽporibus uerborum cauillatio: &
deceptio eripuit. Captiosæ disputationes: quæ acumé irritũ exercent: nectimus nodos: & ambiguá signi/
ficationé uerbis illigamus: ac deinde dissoluimus. tãtũ nobis uacat iam uiuere: iam mori scimus: tota illo
mente pergendũ est ubi prouideri debet: ne res nos: nõ uerba decipiãt. Quid mihi uocũ similudines disti
guis: quibus nemo unq̃: nisi dũ disputat: captus est? Res fallũt illas discerne: pro bõis mala amplectimur:
optamus cõtra id quod optauimus pugnát uota nostra cũ uotis: cõsilia cũ cõsiliis. Adulatio q̃similis é ami
citiæ: nõ imitat illá tantũ: sed uincit & præterit: aptis ac ppitiis auribus recipitur: & in præcordia una de/
scendit: eoipso gratiosa: quo ledit. Doce queádmodũ hác similitudiné possim dignoscere. Vẽit ad me pro
amico bládus inimicus: uitia nobis sub uirtutũ noie obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis latet. Mo
deratio uocat ignauia: pro cauto timidus accipit. In his magno piculo erramus: his certas notas iprime.
Cæterum qui interrogat: an cornua habeat: nõ est tam stultus: ut fronté suá tentet: nec rursus tam ineptus:
aut hebes ut nesciat. si tu subtilissima collectione persuaseris. Sic ista sine noxa decipiũt: quomodo præsti/
giatorum acceptabula: & calculi in quibus me fallacia ipsa delectat. Effice ut quomodo fiat itelligá: perdi/
di usum. Idem de istis captionibus dico. quo enim nomine potius sophismata appellem: nec ignoráti no/
cent: nec scientem iuuant. Si utiq; uis ambiguitates deducere: hoc nos doce: Beatum non eũ esse qué uul/
gus appellat. ad quem pecunia magna confluxit. Sed illum cui bonum omne in animo est erectũ: & exci/
sum: & mirabilia calcátem. qui neminem uidet: cũ quo se cõmutatũ uelit: qui hominem ea sola parte exi/
stimat: qua homo est. q natura magistra utitur: ad illius leges componitur: sic uiuit quomodo illa præscri
psit cui bona sua nulla uis excutit. qui mala in bonũ conuertit: certus iudicii: inconcussus: increpidus. qué
aliqua uis mouet: nulla perturbat. quem fortũa: cum in eum quod habuit telum nocentissimum i maxi/
ma intorsit: pũgit: non uulnerat: & hoc raro. Nam cætera eius tela: quibus genus humanũ debellat: gran
dinis more dissultant: quæ icussa tectis sine ullo habitatoris incõmodo crepitat ac soluit. Quid me deti/
nes in eo: quem tuipse eudæmona appellas: de quo tantum librorum compositum est? Ecce mihi tota uita
mentitur: hanc coargue: hanc ad uerum si acutu es redige. Necessaria iudicat: quorum magna pars superua/
cua est: etiá quæ nõ est superuacua nihil in se momenti habet in hoc: ut possit fortũatum beatũq; pstare.
Non enim statim bonũ é: siquid necessariũ est: ac proiicimus bonũ: si hoc nomé pani & polẽtæ damus &
cæteris sine quibus uita non ducit: Quod bonũ est: utiq; necessarium est. quod át necessariũ est: non utiq;
bonũ: quoniá quidé necessaria sunt: & eadé uilissima est. Nemo eo usq; dignitaté boni ignorat: ut illud ad
hæc in dié utilia demittat. Quid ergo? Non eo potius curá transferes: ut ostendas omnibus magno tem/
poris impendio quæri superuacua: & multos transisse uitam: dum uitæ instrumẽta cõquirunt: Recogno
sce singulos: cõsidera uniuersos: nullius nõ uita spectat in crastinũ. Quid in hoc sit mali quæris? Infinitũ.
Non enim uiuunt: sed uicturi sunt: omnia differũt: etiá si attenderemus: tamé nos uita præcurreret. Nũc
uero cunctantes: quasi aliena trãscurrit: & ultimo die finit: omni perit. Sed ne epistolæ modũ excedá: quæ

non debet finiſtram manum legentis implere:in alium diem hanc litem cum dialecticis differam nimi/
um ſubtilibus:& hoc ſolum curantibus:non & hoc. Vale.
Epiſtola.xlvi.Laudat uoluminis ſibi miſſi dulcedinem.Et docet:ꝙ id quod in dictando fecit:eſt elegã
da materia.
ibrũ tuũ quẽ mihi promiſeras accepi:& tanꝗ lecturus ex cõmodo adaperui:ac tantũ deguſtare uo
l lui:deinde blanditus eſt ipſe:ut procederẽ longius: qui ꝗ diſertus fuerit ex hoc ĩtelligas licet. leuis
mihi uiſus eſt:cum eſſet nec mei:nec tui corporis:ſed qui primo aſpectu:aut Titi Liuii:aut Epicu
ri poſſe uideri.Tanta ãt dulcedine me tenuit & traxit:ut illũ ſine ulla dilatione perlegerẽ.Sol me ĩuitabat:
fames admonebat:nubes minabant̃:tamẽ exhauſi totũ:nõ tantũ delectatus ſum:ſed gauiſus. Quid ĩge/
nii iſte habuit:quid animi dicerẽ:quid impetus:ſi intergeuiſſet:ſi ĩteruallo ſurrexiſſe.Nũc nõ fuit ĩpetus:
ſed tenor:cõpoſitio uirilis & ſancta.nihilominus interueniebat dulce illud:& loco lene:grãdis erectus es.
hoc te uolo tenere ſic ire.Fecit aliquid:& materia ideo eligẽda eſt fertilis:quæ capiat ingeniũ:quæ incitet.
De libro plura ſcribã:cũ illũ retractauero.Nũc mihi parꝝ ſedet iudiciũ:tanꝗ audierim illa nõ legerim ſine
me & inquirere:nõ eſt quod uerearis:ueꝝ audies.O te hominẽ fœlicẽ ꝙ nihil habes:propter quod quiſꝗ
tibi tam lõge mẽtiat̃:niſi ꝙ iã etiam ubi cauſa ſublata eſt mẽtimur cõſuetudinis cauſa. Vale.
Epiſtola.xlvii.De familiaritate habenda cum ſeruis.
ibenter ex his qui a te ueniũt:cognoui familiariter te cũ ſeruis tuis uiuere.Hoc prudẽtiã tuã: hoc
l eruditionẽ decet.Serui ſunt:imo homines.ſerui ſunt:imo cõtubernales.ſerui ſunt:imo humiles
amici.ſerui ſunt:imo cõſerui.ſi cogitaueris tantũdem in utroſqꝫ licere fortunæ.itaqꝫ rideo iſtos:q
turpe exiſtimãt cũ ſeruo ſuo cœnare:quare?niſi quia ſuperbiſſima cõſuetudo cœnãti domino ſtãtiũ ſer/
uoꝝ turbã circũdedit.eſt ille plus ꝗ capit:& ingenti auditate onerat diſtentũ uentrẽ:ac deſuetũ iã uentris
officio:ut maiore opera aĩa ægerat ꝗ ingeſſit:At infœlicibus ſeruis:mouere labra:ne in hoc quidem ut lo
quant̃ licet.Virga murmur oẽ cõpeſcit̃:& ne fortuita quidẽ uerberibus excepta ſunt tuſſis ſternutamẽta
ſingultus:magno malo:ulla uoce ĩterpellatũ ſilẽtiũ luit̃.Nocte tota ieiuni:mutiqꝫ ſtãt.Sic fit ut iſti de do/
mino loquant̃:quibus corã domino loqui nõ licet.At illi quibus nõ tantũ corã dominis:ſed cũ ipſis erat
ſermo:quoꝝ os nõ cõſuebat̃:parati erãt pro domino porrigere ceruicẽ:periculũ iminẽs in caput ſuũ auer
tere:in cõuiuiis loquæbant̃:ſed in tormẽtis tacebãt.Deide eiuſdẽ arrogãtiæ prouerbiũ iactat̃.Totidẽ eſſe
hoſtes:quot ſeruos.Nõ habemus illos hoſtes:ſed facimus:alia ĩterim crudelia:inhumana prætereo: ꝙ ne
tanꝗ hominibus quidẽ:ſed tanꝗ iumẽtis abutimur.ꝙ cũ ad cœnandũ diſcubuimus.Alius ſputa detergit.
Alius reliquias temulẽtoꝝ ſubditus colligit.Alius præcioſas aues ſcindit:& per pectus & clunes certis du
ctibus circũferẽs:erudirã manũ in fruſta excutit.Infœlix qui huic uni rei uiuit:ut altilia dẽcẽter ſecet:niſi
ꝙ miſerior eſt:qui hoc uoluptatis cauſa docet:ꝗ qui neceſſitate diſcit.Alius uini miniſter in muliebrẽ mo
dũ ornatus:cũ ætate luctat̃.nõ põt effugere pueritiã:ſed retrahit̃.iãqꝫ militari habitu glaber:retritis pilis:
aut penitus euulſis tota nocte peruigilat:quã ĩter ebrietatẽ domini:ac libidinẽ diuidit:& in cubiculo uir:
in cõuiuio puer ẽ.Alius cui cõuiuaꝝ cenſura pmiſſa eſt:pſtat infœlix & expectat:quos adulatio & intem/
perantia:aut gulæ:aut lĩguæ reuocet in craſtinũ.Adiice obſonatores quibus dominici palati noticia ſub/
tilis eſt:qui ſciũt cuius illũ rei ſapor excitet:cuius delectat aſpectus:cuius nouitate nauſeabũdus erigi poſ/
ſit:quid iam ipſa ſatietas faſtidiat:quid illo die eſuriat cũ his cænare nõ ſuſtiet & maieſtatis ſuæ dominũ
mutationem putat ad eãdẽ mẽſam cum ſeruo ſuo accedere.Dii melius:quod ex iſtis dominos habẽt.Sta
re ante limen Calixti:dominũ ſuũ uidi:& eũ qui illi impegerat titulũ:qui inter ridicula mancipia ꝓduxe
rat:aliis itrãtibus excludit.retulit illi gratiã ſeruus ille.in primã decuriã cõiectus:in qua uocẽ præco expe/
rit̃:& ipſe illũ inuicem apologauit:& ipſe nõ iudicauit domo ſua dignũ dominus Calixtũ uẽdidit:ſed do
mino ꝗ multa Calixtus.Vis tu cogitare iſtũ quẽ ſeruũ tuum uocas ex hiſdẽ ſeminibus ortũ:eodẽ frui cœ
lo:æque ſpirare:æque uiuere:æque mori tã tu illũ ĩgeniũ uidere potes:ꝗ ille ſeruũ.Mariana clade multos
ſplẽdidiſſime natos:ſenatoꝝ per militiã auſpicãtes gradũ:fortuna depreſſit.Aliũ ex illis paſtorẽ:aliũ cuſto
dem caſæ fecit Cõtẽne nũc eius fortũæ hominẽ in quã trãſire:dũ cõtẽnis potes.Nolo in ingentẽ me locũ
immittere:& de uſu ſeruoꝝ diſputare:in quos ſuperbiſſimi crudeliſſimi:cõtumelioſiſſimi ſumus Hæc
camẽ præcepti mei ſumma ẽ:Sic cũ ĩferiore uiuas quẽadmodũ tecũ ſuperiorẽ uelis uiuere.Quotiẽs ĩ mẽ/
tẽ uenerit:quãtũ tibi in ſeruũ liceat:ueniat in mente tantũdem in te domino tuo licere.At ego inquis nul
lũ habeo dominũ:bona ætas eſt:forſitan habebis.Neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœperit:qua Crœſus:
qua Darii mater:ꝗ Plato:qua Diogenes.Viue cũ ſeruo clemẽter.Comitẽ quoqꝫ & ĩ ſermonẽ illũ admit/
te:& in cõſiliũ:& in cõuictũ.Hoc loco acclamabit mihi tota mãus delicatoꝝ.Nihil hac re humilius:nihil
turpius.hos ego eoſdẽ deprendã:alienoꝝ ſeruoꝝ oſculãtes manũ.Ne illud quidẽ uidetis: quoniã omnes
inuidiã maiores noſtri dominis:omnẽ cõtumeliã ſeruis detraxerint.dominũ patrẽfamiliæ appellauerũt:
ſeruos quod etiam in minimis adhuc durat:familiares.Inſtituerũt diem feſtũ quo nõ ſolum cũ ſeruis do
mini ueſcerent̃:ſed quo utiqꝫ honores illis in domo gerere ius dicere permiſerũt:& domũ puſillã rempu
blicam eſſe iudicauerunt.Quid ergo?Omnes ſeruos admouebo menſæ meæ:non magis ꝗ omnes libe/
ros?Erras ſi exiſtimas me quoſdam quaſi ſordidioris operæ reiectuꝝ:utputa illũ Mulionẽ:& illũ Bubul
cum:nõ miniſteriis illos exiſtimabo:ſed moribus.Sibi quiſqꝫ dat mores:miniſteria caſus aſſignat. Qui/
dã cœnẽt tecũ: quia digni ſunt.quidam ut ſint.Siquid enim in illis ex ſordida cõuerſatione ſeruile eſt.ho
neſtorum conuictus excutiet.Non eſt mi Lucili ꝙ amicum tantum in foro & in curia quæras ſi diligẽter
attenderis:& domi inuenies.Sæpe bona materia ceſſat ſine artifice.Tẽta & experire: quẽadmodũ ſtultus

est:qui equum empturus nõ ipsum inspicit:sed stratũ eius ac frenos. Sic stultissimus:qui hominẽ aut ueste: aut ex conditione:quæ uestis modo nobis circũdata est:æstimat. Seruus est:sed fortasse liber animo. Seruus est:hoc illi:alris nõ nocebit:Ostende qs nõ sit. Alius libidini seruit:alius auaritiæ:alius ambitioni: oẽs timori. Dabo cõsularẽ aniculæ seruientẽ:dabo ancillæ diuitẽ:ostendã nobilissimos iuuenes mancipia pātomimo. Nulla seruitus turpior est:q̃ uoluntaria. Quare non est q̃ ipsi fastidiosi te deterreãt:quo mius seruis tuis hilarẽ te præstes:& nõ superbe superiorẽ. Colãt te potius q̃ timeant. Dicet aliquis nũc me uocare uis ad pileũ seruos:& dominos de fastigio suo deiicere. quod dixi colãt potius dominũ q̃ timeãt: ita inq̃ prorsus colãt:tanq̃ clientes:tanq̃ salutatores. Hoc qui dixerit:obliuiscet id dominus:parũ non esse qd deo sat est.q coli:& amatur. Non põt amor cũ timore misceri. Rectissime ergo facere te iudico q̃ timeri a seruis tuis non uis:q̃ uerborũ castigatione uteris. Verberibus multa admoneant:non quicquid nos offendit: & ledit. Sed ad rabiem nos cogunt peruenire delitiæ:ut quicquid non ex uoluntate respondit: iram euocet. Regũ nobis induimus animos. Nam illi quoq̃ obliti:& suarũ uiriũ & imbecillitatis alienæ:sic excãdescunt:sic sæuiunt:quasi iniuriã acceperint. a cuius rei periculo illos fortunæ suæ magnitudo tutissimos p̃stat:nec hoc ignorat:sed occasionẽ nocendi captãt:quærẽdo acceperũt iniuriã:ut facerẽt. Diutius te morari nolo:non ẽ eni tibi exhortatione opus. Hoc habent inter cætera boni mores:placent sibi permanent. leuis ẽ malicia:sæpe mutat:non in melius:sed in aliud. Vale.

Epistola. xlviii. Quod longiori mora opus esset in salutione:q̃ in propositione quæstionis. Et q̃ amicitia omnia mutuo communicat.

De epistolã quã mihi ex itinere misisti:tam longã:q̃ ipsum iter fuit postea rescribã. Seducere me debeo:& quid suadeã circũspicere. Nã tu quoq̃ qui consulis:diu an consuleres cogitasti. Quanto magis hoc mihi faciendũ ẽ:cũ longiore mora opus sit:ut soluas quæstionẽ:q̃ ut proponas. Vtiq̃ cum aliud tibi expediat:aliud mihi. Iterũ ego tanq̃ Epicureus loquor. Mihi uero id expedit quod tibi. Aut non sum amicus:nisi qcquid agit ad te pertinẽs meũ ẽ. Consortiũ rerũ oĩum inter nos facit amicitia:nec secũdi quicq̃ singulis ẽ:nec aduersi:in cõmune uiuitur. nec potest quisq̃ beate degere:qui se tantum intuetur:qui omnia ad utilitates suas conuertit. Alteri uiuas oportet si uis tibi uiuere. Hæc societas diligenter & sanctæ obseruata:quæ nos homines hominibus miscet:& iudicat aliquod esse cõmune:ius generis humani plurimũ ad illã quoq̃ de qua loquebar interiorem societatẽ amicitiæ colẽdã proficit. omnia enim cũ amico cõmunia habebit q multa cũ homine. Hoc Lucili uirorũ optime:mihi ab istis subtilibus præcipi malo:qd amico præstare debeam:qd homini:q̃ quot modis amicus dicat:& homo q̃multa significet i diuersum. Ecce sapientia & stulticia discedunt:cui accedo? in utram ire partem iubes. illi homo pro amico est: huic amicus non ẽ pro homine:ille amicum sibi parat. hic se amico. Tu mihi uerba distorques:& syllabas digeris. Sed nisi iterrogationes uaferrimas struxero:& conclusione falsa a uero nascens mendacium astrixero non potero a fugiẽdis petẽda secernere. Pudet me. q̃ in re tã seria:senes ludimus. mus syllaba ẽ:mus ãt caseum rodit:syllaba ergo caseum rodit. Putas me nunc istud non posse soluere. Quod mihi ex ista snia periculum imminet:quod incommodum:sine dubio uerendum est ne quando in muscipula syllabas capiam:aut ne quando si negligentior fuero:caseum liber comedat:nisi forte illa acutior ẽ collectio. Mus syllaba ẽ:syllaba autẽ caseum nõ rodit:mus ergo caseum nõ rodit. O pueriles ineptias:in hoc supercilia subduximus: in hoc barbam dimisimus:hoc ẽ q̃ tristes docemus & pallidi. Vis scire quod philosophia promittat generi humano consiliũ. Alium mors uocat alium paupertas urit:aliũ diuitiæ:uel alienæ torquẽt: uel suæ ille malam fortunã horret:hic fœlicitati suæ se subducere cupit:hũc homines male habẽt:illũ dii: Quid mihi lusoria ista cõponis:Nõ est iocandi locus. Ad miseros aduocatus es:opem laturũ te naufragis: captis ægris ægẽtibus:intẽtæ securi subiectũ præstãtibus caput pollicitus es. Quo diuerteris? Quid agis? Hic cum quo ludis timet succurrere:quid quod laqueati respondent in pœnis:omnes undiq̃ ad te mãus tendunt:perditæ uitæ periturææq̃ auxilium aliquod implorant:in te spes opesq̃ sunt:rogant ut ex tanta illos uolutatione extrahas:ut disiectis & errantibus clarum ueritatis lumen ostendas. dic quid necessarium natura fecerit? quid superuacuũ:q̃ faciles leges posuerit:q̃ iucunda sit uita: q̃ expedita illas sequentibus? q̃ acerba & implicita eorum qui opinioni plusq̃ naturæ crediderunt? Si prius docueris quæ partem eorũ leuatura sint:quid istorũ cupiditates demat:quid temperet. Disputationes istæ utinã tantũ non prodessent: nocent. Hoc tibi cũ uoles manifestissimũ faciã:cõminui & debilitari generosam indolem:in istas argutias collectã. Pudet dicere contra fortunam militaturis:quæ porrigant tela:quẽadmodũ illos subornent. Hac ad summũ bonum itur? per istud philosophiæ sunt nigræ:& turpes:infamesq̃:etiam ad albũ sedentibus exceptiones. Quid enim aliud agitis cum eũ quem interrogatis scientes in fraudem inducitis:q̃ ut formula cecidisse uideatur? sed quemadmodũ illos prætor:sic hos philosophia. in integrum restituit. Qui dedi sentes ab ingẽtibus promissis:& grandia locuti effecturos uos:ut non magis auri fulgor:q̃ gladii perstringat oculos meos:ut igenti constantia:& quod omnes optant:& quod omnes timent calcem: ad grammaticorum elementa descenditis? Quid dicitis? Sic itur ad astra. Hoc eni est quod mihi philosophia promittit ut parẽ deo faciat:ad hoc inuitatus sum:ad hoc ueni:fidem præsta quantum potes. Ergo mi Lucili reduc te ab istis exceptionibus & præscriptoribus philosophorũ:aperta decẽt:& simplicia bonitatẽ. Etiam si multum superesset ætatis:parce dispensandũ erat:ut sufficeret necessariis:nũc quæ dementia est:superuacua discere in tanta temporis egestate. Vale.

Epistola. xlix. De uelocitate temporis:non in quæstionibus puerilibus expendendam: sed exhortatione uirtutum:laudabilius uitæ meritis redimenda.

St quidem mi Lucili supinus & negligẽs: qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus e reducit: & tamen repositum in animo nostro desiderium: loca interdũ familiaria euocant nec extinctam memoriã reddũt: sed quiescẽtẽ irritãt: sicut dolorẽ ingẽtiũ: etiã si mitigatus est tempore: aut serui familiaris admisso: aut uestes: aut domus renouat. Ecce Cãpãia. & maxime neapolis ac Põpeiorum tuorũ cõspectũ: incredibile est q̃ recens desiderium tui fecerint: totus mihi in oculis es: cum maxime a te discedo. Video lachrymas cohibentẽ: & affectionibus tuis inter ipsam coertionem exeuntibus nobis satis resistentem modo amisisse te uideor. Quid eni nõ modo est: si recordaris. Modo apud Sotionẽ philosophũ puer sedi: modo causas agere cœpi: mododesii uelle agere: modo desii posse. Infinita est uelocitas temporis quæ magis apparet respicientibus. nã ad præsentia intentos fallit: adeo præcipitis fugæ trãsitus leuis est. Causam huius rei quæris? Quicquid tẽporis transit: eodẽ loco ẽ: pariter aspicit: una iacet omnia tandẽ in profundũ cadũt: & alioqn non possunt longa iteruall a esse in ea re: quæ tota breuis ẽ: pũctum est quod uiuimus: & adhuc pũcto minus: sed hoc minimũ spe quadam longioris spatii natura derisit. Aliud ex hoc ĩfantiam fecit: aliud pueritiam: aliud adolescentiam: aliud iclinationem quandam ab adolescentia ĩ senectutem: aliud ipsam senectutem: in quam angusto quot gradus posuit. modo te persecutus sum. Et tamen hoc modo ætatis nostræ bona proportio est. cuius breuitatem aliquando futuram cogitemus. Nõ solebat mihi tam uelox tempus uideri: nunc incredibilis cursus apparet: siue quia admoueri lineas sentio: siue quia attendere cœpi: & computare damnũ meum. Eo magis itaq̃ idignor: aliquos ex hoc tempore: quod sufficere nõ ad necessaria qdem potest et si custoditũ diligentissime fuerit: in superuacua maiorem partem erogare. Negat Cicero si duplicetur sibi ætas: habiturũ se tempus: quo legat lyricos. eodem modo dialecticos qui tristius: inepti sunt illi ex professo lasciuiunt qui agere seipsos aliqd existimant. Nec ego nego prospicienda ista: sed prospicienda tantũ & a lumine salutanda. In hoc unum censeo ne uerba nobis dẽtur: & aliqd esse in illis: & secreti boni iudicemus. Quid te torques & maceras in ea quæstione quam subtilius est contempsisse: q̃ soluere. Securi est & ex commodo migrantis minuta conquirere. Cũ hostis istat a tergo: & mouere se iussus est miles. necessitas excutit: quicquid pax ociosa collegerat. Nõ uacat mihi uerba dubie cadentia consectari: & uafriciã in illis meam experiri. Aspici q coeant populi: quæ mœnia clusis ferrũ acuant: portis: magno mihi animo: strepitus iste belli circũsonantis exaudiendus est. demens omnibus merito uideret: si cũ saxa in munimentũ muroꝝ senes fœminæq̃ cõgerent: cũ iuentus ĩtra portas armata: signũ eruptionis expectaret: aut posceret: cũ hostilia in portis tela uibrarent: & ipm solũ suffossionibus: & cuniculis tremeret: sederem ociosus: & eiusmodi quæstiunculas poneres: qđ non perdidisti habes. cornua ãt non perdidisti: cornua ergo habes: aliaq̃ ad exemplũ huius acutæ deliratiõis cõcinnata. Atqui æque licet tibi demens uidear: si istis impendero operam et nũc obsideor: nũc tamen periculũ mihi obsesso externũ imineret. murus me ab hoste secerneret: nũc mortifera mecũ sunt: non uaco ad istas ineptias ĩgens negociũ in manibus ẽ. Quid agam? Mors me sequtur: fugit uita. aduersus hæc me doce: aliquid effice ut ego mortem non timeam: uita me non effugiat. Exhortare aduersus difficilia: de æquanimitate aduersus ineuitabilia. Angustias temporis mihi laxa: doce non esse positũ bonũ uitæ spatio eius: sed in usu. Posse fieri: immo sæpissime fieri: in qui diu uixit: paꝝ uixerit. Dic mihi dormituro potes non expergisci. dic mihi experrecto potes non dormire amplius: dic exeunti: potes non reuerti: dic redeunti potes non exire. Erras si in nauigatione tantũ existimas minimũ esse: quo morte uita deducit: in olim loco æque tenue interuallũ est non ubiq̃ se mors tam prope ostendit: ubiq̃ tamen prope ẽ. Has tenebras discute: & facilius ea trades: ad quæ præparatus sum. Dociles natura nos ædidit & rationem dedit ĩperfectam: sed quæ perfici possit. De iustitia mihi: de pietate disputa: de fragilitate: de pudicitia utraq̃ & illa cui alieni corporis abstinentia ẽ: & hæc cui sui cura: si me uolueris per deuia ducere facilius ad id quod tendo perueniam. Nam ut ait ille tragicus: Veritatis simplex oratio est. Ideoq̃ illam implicari non oportet. Nec enim quicq̃ mĩus conuenit: q̃ subdola ista calliditas animis magna conantibus. Vale.

Epistola. l. De falsa excusatione peccantium. Et qualiter corrigi possit prauitas indurata.

Epistolã tuã accepi post multos menses: quã miseras. Superuacuũ itaq̃ putaui ab eo qui afferebat e qd ageres q̃rere. Valde eni bonæ memoriæ ẽ si meminit: & tamẽ spero te sic iã uiuere: ut ubicunq̃ eris sciam quid agas. Quid etenim aliud agis q̃ ut meliorẽ teipse quotidie facias: ut aliquid ex erroribus ponas: ut itelligas tua uitia esse: quæ putas reꝝ. Quædã eni locis & temporibus ascribimus. At illa quocũq̃ transferimur secutura sunt. Arpestẽ uxoris meæ fatuã scis hæreditariũ onus in domo mea remãsisse. Ipse enim auarissimus ab ipsis prodigiis sumpsi: si qñdo fatuo delectari uolo: nõ ẽ mihi longe quærẽdus: me rideo: hæc fatua subito desiit uidere icredibilẽ rem tibi narro: sed ueram nescit esse se cæcã: subinde pedagogũ suũ rogat: ut migret: ait domũ nigrã & tenebrosam esse: Hoc quod i illa ridemus: oĩbus nobis accidere tibi liqueat. Nemo se auaꝝ esse intelligit: nemo cupidũ. cæci tamẽ ducẽ quærũt: nos sine duce erramus. & dicimus: Non ego ambitiosus sum: sed nemo aliter Romæ potest uiuere. Nõ ego sumptuosus sum: sed urbs ipsa magnas impensas exigit. Non est meum uitium q iracundus sum: q nondũ constitui certum genus uitæ. Adolescentia hæc facit. Quid nos decipimus? Non est extrinsecus malũ nostrum intra nos ẽ: in uisceribus ipsis sedet. & ideo difficulter ad sanitatem peruenimus: quia nos egrotare nescimus. Si curari cœperimus: quãdo tot morbos: tantasue res discutiemus? Nunc uero nec quærimus qdẽ medicum: qui minus negocii haberet: si adhiberetur ad recens uitium: sequerẽtur teneri & rudes animi: recta mõstrantẽ. Nemo difficulter ad naturã reducitur: nisi qui ab illa defecit. Erubescimus discere bonã mentẽ. At mehercule turpe est: magistrũ huius rei quærere. Illud desperandũ ẽ: posse nobis tãtum bonũ

tasu influere.Laborandum est:& ut ueꝝ dicam:nec labor quidem magnus ē:si modo ut dixi ante animū nostrū formare icipimus:& recorrigere q̃ indurescat prauitas eius:sed nec indurata despero.Nihil est qđ nō expugnet pertinax opera:& itenta:ac diligens cura.Robora in rectū:q̃uis flexa reuocabis curuatas trabes calor explicat:& aliter natæ in id finguntͬ:quod usus noster exigit.Quāto facilius animus accipit formam flexibilis:& omni humore obsequentior.Quid enim aliud est animus:q̃ quodāmodo se habēs spiritus?Vides autē tanto spiritū esse faciliorem omni alia materia:quāto tenuior est.Illud mi Lucili non ē quod te impediat:quo minus de nobis bene speres:ꝙ malitia iam nos tenet:ꝙ diu in possessiōe nostri est.Ad neminem ante bona mens uenit q̃ mala.oēs præoccupati sumus uirtutes discere: uitia dediscere. Sed eo maiore animo ad emēdationē nostri debemus accedere:ꝙ semel traditi nobis boni ꝑpetua possessio ē.Non dediscitur uirtus.contraria enim mala in alieno hærent:ideo depelli & exturbari possunt:fideliter sedent:quæ in locum suū ueniunt.uirtus secundū naturam est.uitia inimica & infesta sunt.Sed quēadmodū uirtutes recte exire non possunt faciliſq; eaꝝ tutela est:ita initium ad illas eūdi arduū quia hoc primū imbecillæ mentis atq; ægræ est formidare inexperta.Itaq; cogenda est mens:ut incipiat:ac deinde non est acerba medicina.protinus enim delectat:dum sanat.alioꝝ remedioꝝ post sanitatē uoluptas est: philosophia pariter & salutaris & dulcis est. Vale.

Incipit liber septimus. Epistola.li.Amœnas ciuitates uitandas rationibus docet & exemplis.



Vomodo quiſq; potest mi Lucili:tu istic habes ætnam:& illum nobilissimū Siciliæ montē quē quare dixerit Messala unicū siue ualgius(Apud utrūq; enim legi)non reperio cum plurima loca euomant ignē:non tantū ædita:quod crebius euenit.Videlicet quia ignis ī altissimū ferͭ:sed etiam iacentia.Nos utrunq; possumus:contenti sumus bais:quas postero die:q̃ attigerā reliq:locū ob hoc deuitandū:cū habeat quasdam naturales dotes:quia illū sibi celebrandū:luxuria sumpsit.Quid ergo?Vlli loco indicendū ē odiū?Minime.Sed quēadmodū aliqua uestis:sapienti & probo uiro magis cōuenit q̃ aliqua:nec ullū colorē ille odit:sed aliquem paꝝ putat aptū esse frugalitatē professo.Sic regio quoq; ē:quā sapiens uir:aut ad sapientiā tēdens declinet:tanq̃ alienā bonis moribus.Itaq; de secessu cogitās:nunq̃ Canopū eliget:q̃uis neminē Canopus esse frugi uetet:ne Baias quidem quæ diuersoriū uitioꝝ esse cœperūt.illic sibi plurimū luxuria permittit illic tanq̃ aliqua licentia debeatͬ:loco magis soluitͬ.Non tantū corpori:sed etiā moribus salubrem locū eligere debemus.Quēadmodū inter tortores habitare nollē:sic nec inter popinas quidē.Videre ebrios per littora errantes:& comessationes nauigantiū:& symphoniaꝝ cantibus strepētes lacus. & alia quæ uelut soluta legibus luxuria:nō tantū peccat:sed publicat.Quid necesse est?Id agere debemus:ut irritamenta uitioꝝ q̃ lōgissime proiciamus.Indurandus est animus:& a blādimētis uoluptatū procul abstrahendus. Vna Hānibalē hyberna soluerūt:& indomitū illū niuibus atq; alpibus uirum eneruauerūt fomēta.Cāpaniæ armis uicit:uitiis uictus est.Nobis quoq; militandū est:& quidē genere militiæ:quo nunq̃ quies:nunq̃ ociū datͬ Debellandæ sunt in primis uoluptates:quæ ut uides sæua quoq; ad se ingenia rapuerūt.Siquis sibi proposuerit quātū operis aggressus sit:sciet nihil delicate:nihil molliter esse faciendū.Quid mihi cū istis calētibus stagnis?Quid cū sudatoriis:in quæ siccus uapor corpora exhaustus includitͬ?Omnis sudor per laborem exeat.Si faceremus quod fecit Hannibal:ut interrupto cursu reꝝ:omissoq; bello:fouēdis corporibus operam daremus:nemo non intēpestiuā desidiā uictori quoq; nedū uincenti:periculosam merito repræhenderet.Minus nobis q̃ illis punica signa sequētibus licet.Plus periculi restat cedentibus:plus operis etiā perseuerātibus.Fortuna mecū bellū gerit:nō sum imperata facturus.Iugū nō recipio:immo quod maiore uirtute faciendū ē excutio.Non ē emoliēdus animus:si uoluptati cessero:cedendū est dolori:cedendū ē labori:cedendū est paupertati.Idem sibi in me iuris esse uolet:& ambitio:& ita:iter tot affectus distrahar immo discerpar.Libertas proposita ē.Ad hoc primū laboratͬ.Quæ sit libertas quæris?Nulli rei seruire: nulli necessitati:nullis casibus:fortunam in æquum deducere:quo die illam intellexero plus posse: nihil poterit.Ego illam feram cū in manu mors sit.His cogitationibus intentū:loca seria sanctaq; eligere oportet.Effœminat animos amœnitas nimia.Nec dubie aliquid ad corrūpendū uigorē potest regio. Quamlibet uiā iumenta patiuntͬ:quoꝝ durata in aspo ungula est.In molli palustriq; pascuo saginata cito subterūtur.Et fortior miles ex cōfragoso uenit:segnis est urbanus & uerna:nullū laborē recusant manus:quæ ad arma ab aratro trāsferuntͬ.In primo defecit puluere:ille unctus & nitidus.Seuerior loci disciplina firmat ingeniū aptūq; magnis conatibus reddit.Literni honestus Scipio q̃ Bais exulabat.Ruina eius non est tam molliter collocanda.illi quoq; ad quos primos fortuna publicæ rei:publicas opes trāstulit.Caius Marius: & Cneus Pōpeius:& Cæsar extruxerūt qdem uillas in regione Baiana:sed illas imposuerūt summis iugis montium.Videbatͬ hoc magis militare ex ædito speculari:late longeq; subiecta.Aspice quā positionē elegerint:qbus ædificia excitauerint locis:& qualia.scies nō uillas eē:sed castra.Habitatuꝝ tu putas unq̃ fuisse in utica Catonem ut prænauigātes adulteras dinumeraret:& tot aspiceret genera Cimbaꝝ uariis coloribus picta:& fluitantem toto lacu rosam:ut audiret canentiū nocturna cōuitia.Nōne ille manere itra uallum maluisset:q̃ unā noctē inter talia duxisse?Quid ni malit quisquis uir est:somnū suū classico: q̃ symphonia rūpi.Sed satis diu cū Bais litigauimus.Nunq̃ satis cum uitiis quæ oro te Lucili persēqre:sine mō:sine fine.Nā illis quoq; nec finis est:nec modus.Proice quæcunq; cor tuū laniant quæ si aliter extrahi neqrent:cor ipsum cum illis reuellendū erat.Voluptates præcipue extirpa:& uilissimas habe latronum more quos philistas Aegyptii uocant in hoc nos amplectuntͬ:ut strangulent. Vale.

Epistola.lii.De tribus generibus hominū ad philosophiam uenientiū.Et quis in hac uita sit eligendus

adiutor. Et de licita & uetita laudatione.

q Vid est hoc Lucili: quod nos alio tédētes: alio trahit: & eo unde recedere cupimus impellit? Quid colluctatur cū aīo nostro: nec pmittit nobis quicq̄ semel uelle. Fluctuamus iter uaria cōsilia. Nihil libere uolumus: nihil absolute: nihil semper. Stultitia inquis ē cui nihil cōstat: nihil diu placet. Sed quomodo nos. aut quādo ab illa reuellemus. Nemo per se satis ualet: ut emergat oportet manū aliqs porrigat: aliqs educat. Quosdā ait Epicurus ad ueritatē sine ullius adiutorio exisse: fecisse sibi ipsos uiā. Hos maxime laudat: qbus ex se impetus fuit: qui seipsi protulerint. Quosdā indigere ope aliena: non ituros: si nemo praecesserit: sed bene secuturos. Ex his Metrodorū ait esse. Egregiū hoc quoq; sed secūdae fortis ingeniū. Nos ex illa prima nota nō sumus: sed bene nobiscū agitur: si in secundā recipimur. Ne hunc quidē contēpseris hominē: qui alieno beneficio saluus esse pōt: & hoc multū est uelle seruari. Praeter haec adhuc inuenies genus aliud hominum ne ipsum quidem fastidiendū: eorū qui cogi ad rectū: cōpelliq; possunt: qbus nō duce tātū opus sit: sed adiutore: & ut ita dicā: coactore. Hic tertius color ē. Si quaeris huius exemplar. Hermarcū ait Epicurus talē fuisse. Itaq; alteri magis gratulatur: alterq; magis suspicit: q̄uis ad eūdē finem uterq; peruenerit: tamē maior est laus idē effecisse in difficiliori materia. Puta eni duo aedificia excitata eē: ambo disparia: aeque excelsa: atq; magnifica. Alterū puta aream accepit: illic protinus opus creuit. Alterq; fundamenta laxa habet in mollē & fluidā humū immissa. Multūq; laboris exhaustū ē: dū perueniretur ad solidum. Inuenio quicquid fecit alter. alterius magna pars & difficilior latet. Quaedam ingenia facilia & expedita. Quaedam manu: aut aiunt: facienda sunt: & in fundamētis suis occupāda. Itaq; ego illū foeliciorem dixerim qui nihil negocii secum habuerit. Hūc quidē melius de se meruisse: qui malignitatē naturae suae uicit: & ad sapientiā se nō perduxit. sed extraxit. hoc durū & laboriosum igeniū nobis datū scias: licet ire per obstātia. Itaq; pugnemus: aliquoq; inuocemus auxiliū. Quē inquis inuocabo hūc aut illum? Tu uero etiā ad priores reuertere: qui uacāt. Adiuuare nos possunt nō tātū q sunt: sed q fuerūt. Ex his autem qui sunt: eligamus nō eos qui uerba magna celeritate praecipitāt: & cōmunes locos uoluūt: & i priuato circulātur: sed eos qui uitā doceāt. qui cū dixerint quid faciendū sit: probāt faciendo: qui docēt qd uitādum sit. Nec unq̄ in eo quod fugiendū dixerint deprachēdunt. Eū elige adiutorē quē magis admireris cū uideris: q̄ cū audieris. Nec ideo te ꝓhibuerim hos quoq; audire: quibus admittere populū ac differere cōsuetudo ē: si modo hoc proposito in turbā prodeūt: ut meliores fiant: faciantq; meliores: si nō ambitiōis hoc causa exercent. Quid enim turpius philosophia captante clamores. Nunquid aeger laudat medicū secantem? Tacete: fauete: & praebete uos curationi etiā si exclamaueritis nō aliter audiā q̄ ad tactū uitiorum uestroq; igemiscatis. Testari uultis attēdere uos: moueriq; magnitudine req; sane liceat. Vt quaedam iudicetis: & feratis de meliore suffragiū. Quid ni nō permittā. Apud Pythagorā discipulis quinq; annis tacendum erat. Nunquid ergo existimas statim illis & loqui: & laudare licuisse? Quanta autē dementia eius ē quē clamores iperitoq; hilarē ex auditorio dimittūt. Quid letaris: q ab hominibus his laudatus es: quos nō potes ipse laudare? differebat populo Fabianus: sed audiebat modeste. Erūpebat interdū magnus clamor laudantiū: sed quē rerū magnitudo euocauerat: nō sonus ioffensae ac molliter orationis elapsae. Intersit aliquid inter clamorē theatri: & scholae. Est aliqua & laudandi licentia: omnia req; omniū si obseruentur iudicia sunt: & argumētum morū ex minimis quoq; licet capere. Impudicū & incessus ostēdit & manus mota: & unū interdū responsum: & relatus ad caput digitus: & flexus oculorum. Improbū iterdū risus isanū uultus habitusq; demōstrat. Illa eni in apertū per notas exeunt: qualis quisq; sit scies: si quēadmodū laudet aspexeris. Hinc atq; illinc philosopho manus auditor intentat: & super ipsum caput mirātium turbat circunstat. Nō laudat ille nunc: si intelligis: sed cōclamatur. Relinquātur istae uoces illis autibus: q̄ ꝓpositum habent populo placere. Philosophia adoretur. Permittendū erit aliquādo iuuenibus sequi impetum animi. Tūc autē cū hoc ex ipetu faciēt: cū silentiū sibi imperare nō poterūt. Talis laudatio aliquid exhortationis affert ipsis audiētibus: & animos adolescentiū extimulat: ad rem cōmoueant nō ad uerba cōposita. Alioquin nocet illis eloquētia si nō rerū cupiditatē facit sed sui. Differā hoc in praesentia: desiderat enim propriā: & longā executionē: quēadmodū populo differendū. quid sibi apud populū permittēdum sit: quid populo apud se. Damnū quidē fecisse philosophiā: nō erit dubiū: postq̄ prostituta ē: sed potest in penetralibus suis ostēdi: si modo non institorem: sed antistitem nacta est. Vale.

Epistola. liiii. De tempestate & nausea quam passus est in mari: submittens differentiam inter corporalia & spiritualia.

q Vid non potest mihi persuaderi: cui persuasum est ut nauigarē? solui mari languido nauē. Erat sine dubio caelū graue sordidis nubibus: quae fere: aut in aquā: aut in uentū resoluūtur. sed putaui tam pauca milia a Parthenope usq; puteolos surripi posse: q̄uis dubio & ipēdēte caelo. Itaq; quo celerius euaderē protinus per altū ad nesida direxi: praecisurus omnis sinus. cū iam eo ꝓcessissem: ut mea nihil itereffet: utrū irem: an redirē. Primū aequalitas illa: quae me corruperat periit. Nōdum erat tēpestas: sed iam inclinatio maris: ac subinde crebrior fluctus coepi gubernatorē rogare: ut me in aliquo litore exponeret: Aiebat ille aspera esse & importuosa. Nec quicq̄ se aeque in tēpestate timere q̄ terrā. Peius autem uexabat: q̄ ut mihi periculū incūberet. Nausea enim me segnis haec & sine exitu torq̄bat: quae bilem mouet: nec effundit. Institi itaq; gubernatori: & illū uellet nollet. coegi petere littus: Cuius ut uiciniam attigimus. nō expecto ut quicq̄ ex praeceptis Virgilii fiat: obuertunt pelago proras: aut ancora de prora iacitur. memor artificii mei ueteris: frigidus cultor mitto me in mare: quomodo p sichrolutā decet gausapatus. Quae putas me passum. dū per aspera eripior? dum uiā quaero? dum facio? Intellexi nō immerito nautis

terram timeri. Incredibilia sunt quæ tulerim:cum ferre me nō possim. Illud scito Vlyxē nō fuisse tā irato mari natū:ut ubiq; naufragia faceret. Nauseator erat. Ergo & ego quocūq; nauigaꝫ debuero uigesimo an no perueniā:ut primū stomachū quē scis cū mari nauseam effugere. Collegi:& corpus unctione recreaui. Hoc cœpi mecū cogitare:quāta nos uitioꝝ nostroꝝ sequeretur obliuio:etiā corporaliū quæ subinde ad/ monēt sui:nedū illoꝝ q̄ eo magis latent:quo maiora sunt. Næuis aliquē mutiūcula decipit:sed cū creuit: & uera febris exarsit:etiā duro & perpesso sui cōfessionē excipit:pedes dolēt:articuli puntiūculas sentiunt. Adhuc dissimulamus & aut talum extorsisse dicimus:aut in exercitatione aliqua laborasse:dubio & īcipi ente morbo:quærit̄ nomē:qui ubi iam calcaria cœpit intendere:& utrosq; pedes fecit dextros: necesse est podagrā fateri. Contra euenit in his morbis quibus afficiunt̄ animi:quo quis peius se habet minus sentit. Non est quod mireris Lucili charissime. Nā qui leuiter dormit:& species secundū quietem capit:aliqndo dormire se dormiens cogitat. grauis sopor etiā somnia extinguit:animūq; altius mergit:qui nullo intelle ctu sui est. Quare uitia sua nemo confitet̄? Quia ēt nūc in illis est:somnium narrare uigilantis est. & uitia sua confiteri sanitatis indiciū ē. Expergiscamur ergo ut errores nostros coarguere possimus. Sola autem nos philosophia excitabit:sola somnū excuciet grauē illi te totū dedica:dignus illa es:illa digna te est:ite in complexum alter alterius. Omnibus aliis rebus te nega fortiter:aperte:non est q̄ præcario philosopheris. Si æger esses:curā intermisisses rei familiaris:& forensia tibi negocia excidissent:nec quenq̄ tanti putares: cui aduocatus tui remissione descenderes:uel toto animo id ageres:ut q̄ primū morbo liberareris: Quid ergo? Nō & nunc idē facies. Omnia impedimenta dimitte:& uaca bonæ menti. Nemo ad illā peruenit oc cupatus:exercet philosophia regnū suū:dat tempus:nō accipit:nō est res successiua:ordinaria est: domina est:adest & iubet. Alexāder cuidā ciuitati partē agroꝝ & dimidiā reꝝ omniū promittēti: Eo inquit propo sito in Asiam ueni:ut nō id acciperem qd̄ dedissetis:sed ut id haberetis quod reliquissem. Idē philosophia rebus oībus:nō sum hoc tēpus acceptura quod uobis superfuerit:sed id uos habebitis quod ipsa erogaue/ ro. Totā huc cōuerte mentē:huic asside:hanc cole. Ingens interuallū inter te & alios fiat: omnes mortales æuo tu antecedes:nō multū te dii antecedent. Quæris quid inter te:& illos interfutuꝝ sit? diutius erunt. At mehercle magni artificis est:clausisse totū in exiguo. Tantū sapienti sua:quantū deo oīs ætas patet. Est aliqd quo sapiens antecedat deum. ille beneficio naturæ non timet:suo sapiens. Ecce res magna habere ī/ becillitatē hoīs:securitatē dei. Incredibile philosophiæ ius est:ad omnē fortuitā uim retūdendā. Nullū te/ lum in corpore eius sedet:munita est & solida. Quædā defatigat & uelut leuia tela laxo sinu eludit:quæ/ dam discutit:& in eum usq; qui miserat respuit. Vale.

Epistola. liiii. De morbo suspirii uel anhelitus:ubi mirabile documentū de morte subiūgit. Et q̄ sapi/ ens de uita exit non eiicitur.

Longū mihi comitatū dederat mala ualitudo:repēte me inuasit. quo genere inquis? Prorsus meri to interrogas:adeo nullū mihi ignotū est:uni tantū morbo quasi assignatus sum:quē quare græ co noīe appellē:nescio. Satis.n.apte dici suspiriū potest:breuis aūt ualde & procellæ similis ē impe tus:intra horā feræ desinit. Quis.n.expirat? Omnia.n.diu corporis aut incommoda: aut pericula per me transierūt. Nullum mihi uidet̄ molestius. quid ni? Aliud.n.quicquid est:ægrotare est. Hoc animam age/ re. Itaq; medici hāc meditationē mortis uocāt. Faciet.n.aliquādo spiritus ille quod sæpe conatus ē. Hilarē me putas hæc tibi scribere:quia effugi:si hoc fine:quasi bona ualitudine delectet:tā ridicule facio:q̄ ille q̄s/ quis uicisse se putat:cū uadimoniū distulit. Ego uero & in ipsa suffocatione nō desii cogitationibus lætis ac fortibus acquiescere. Quid hoc est inquā. Tam sæpe mors experit̄ me faciat. At ego illam diu expertus sum. Quando inquis? Anteq̄ nascerer. Mors est non esse id quod ante fuit:sed id quale sit:iam scio. hoc erit post me:quod ante me fuit. Siquid in hac re tormenti est:necesse est:& fuisse anteq̄ prodiremus in lucē. At qui nullam sensimus tunc uexationē: Rogo nō stultissimū dicas:siquis existimet lucernæ peius eē:cū exti ncta est:q̄ anteq̄ accendat̄. Nos quoq; & extinguimur & accendimur:medio illo tempore aliquid patimur. Vtrinq; uero alta securitas est. In hoc enī mi Lucili:ni fallor. erramus:q̄ mortē iudicamus sequi cum illa & præcesserit & secutura sit. Quicqd ante nos fuit:mors est. Quid enim refert:utrū nō īcipias: an desinas cū utriusq; rei hic sit effectus:nō esse? His & huiusmodi exhortatiōibus tacitis.s.nam uerbis locus nō erat: alioquin me non desii. deinde paulatim suspirium illud:quod esse iam anhelitus cœperat interualla maio ra fecit:& retardatum est:ac remansit:nec adhuc quis desierit:ex natura fluit spiritus. sentio hæsitatiōem eius quādā:& morā:quomodo uolet:dūmodo nō ex animo suspirē. Hoc tibi de me recipe:non trepidabo ad extrema iam paratus sum:nihil cogito de die toto. illū tu lauda & imitare:quē nō piget mori:cū iuuet uiuere. Quæ est enim uirtus:cū eiiciaris exire? Tamē est & hæc uirtus:eiiciot quidē:sed tanq̄ exeā. & ideo nunq̄ eiicit̄ sapiens:quia eiici est idē expelli unde inuitus recedas. Nihil inuitus facit sapiens necessitatē ef/ fugi:qa uult quod coactura est. Vale.

Epistola. lv. De uilla uatiæ & dispositione eius. Et de ignauo ocio uitando. Et q̄ solus sapiens sibi uiue re scit. Et quomodo animus amicos semper faciat esse præsentes.

a Gestatione cū maxime uenio:non minus fatigatus sum:q̄ si tantum ambulassem quantū sedi. la/ bor est.n.& diu ferri:ac nescio an eo maior.quia cōtra naturam ē:quæ pedes dedit:ut per nos am/ bularemus:& oculos ut p nos uideremus. Debilitatē nobis īdixere delitiæ:& quod diu uolumus posse desinimus. Mihi tamē necessariū erat concutere corpus:ut siue bilis īsederat faucibus discuteret̄:si/ ue ipse ex aliqua causa spiritus densior erat:extenuaret illū iactatio:quā profuisse mihi sensi. ideo Diutius uehi perseuerauit:inuitante ipso littore:quod inter cumas & Seruilii Vatiæ uillā curuat̄:& hinc mari:illic

lacu:uelut anguſtũ iter claudiť.Erat eni recenti tẽpeſtate mare ſpiſſum.Fluctus aũt illud:ut ſcis frequẽs:&
cõcitatus exæquar:longior tranqllitas ſoluit:cũ arenis:quæ humore alligant ſuccus obſceſſit.Ex cõſuetu
dine tamẽ mea circũſpicere cœpi:an aliquid illic inuenirem:quod mihi poſſet bono eſſe:& direxi oculos ĩ
uillã:quæ aliquádo Vatiæ fuit.In hac ille prætorius diues: nulla alia re: q̃ ocio notus conſenuit: & ob hoc
unũ fœlix habebať.Nã quotiẽs aliquos amicitia Aſinii galli:quotiẽs Seiái odiũ:deidcamor merſerat(æq̃
enim oſtendiſſe illũ:q̃ amaſſe periculoſum fuit) Exclamabant hoĩes:O uatia ſolus ſcis uiuere.At ille larere
ſciebat non uiuere.Multũ aũt intereſt:utrũ uita tua ocioſa ſit:an ignaua.Nunq̃ aliter hác uillam Vatia ui/
uo præteribã:q̃ ut dicerẽ Vatia hic ſitus eſt.Sed adeo mi Lucili philoſophia ſacræ qddam eſt & uenerabile:
ut etiam ſiqd illi ſimile eſt:mendacio placeat.Ocioſum.n.hominẽ:& ſeductũ exiſtimat uulgus: & ſecuræ:
ſe contentũ:ſibi uiuentẽ quoq͛ nihil ulli contigere:niſi ſapienti põt.ille qdem nulla re ſolicitus:ſcit ſibi ui/
uere.ille.n.quod eſt primũ:ſcit uiuere.Nam q res & hoĩes fugit:quẽ cupiditatũ ſuaꝝ ĩfœlicitas relegauit:
q alios fœliciores uidere non potuit:q uelut timidũ atq; iners aĩal metu oblituit:ille ſibi nõ uiuit:ſed qđ eſt
turpiſſimũ:uentri ſomno:libidini.Nõ continuo ſibi uiuit:q nemini.Adeo tamen magna res ẽ conſtantia
& ĩ propoſito ſuo perſeuerantia:ut habeat auctoritatẽ inertia quoq; ptinax.De ipſa uilla nihil tibi poſſum
certi ſcribere frõtem eius tantũ noui:& expoſita:quæ oſtendit ẽt tranſeũtibus.Spelũcæ ſunt duæ magni
operis:cuius laxo atrio paries manu factus eſt:& quaꝝ altera ſolẽ nõ recipit:altera uſq; in occidentẽ tene
tur.Prata noua medius riuus & a mari:& ab acheruſio lacu receptus:euripi modo diuidit:alẽdis piſcibus
ẽt ſi aſſidue exhaudiať ſufficiens:ſed illi cũ mare patet:parciť:cũ tempeſtas piſcatoribus dedit ferias : ma/
nus ad prata porrigiť.Hoc tamẽ eſt cõmodiſſimũ in uilla:q Baias tranſparietẽ habet:incõmodis illaꝝ ca
ret:uoluptatibus fruiť.Has laudes eius ipſe noui:eſſe illã totius animi credo.occurrit eni fauonio : & illũ
adeo excipi ut Baiis neget.Non ſtulte uideť elegiſſe hunc locũ Vatia:in quem ociũ ſuũ pigrũ iam & ſenile
cõferret.Sed nõ multũ ad tranquillitatẽ locus cõfert.Animus eſt:qui ſibi oĩa cõmendat.Vidi ego in uilla
hilari & amœna mœſtos:uidi in media ſolitudine occupatis ſimiles.Quare nõ eſt quod exiſtimes:iõ paꝝ
bene cõpoſitũ eſſe te:q in Campania non es.q̃re autẽ nõ es?hucuſq; cogitationes tuas mitte. Conuerſari
cũ amicis abſentibus licet:& qdem quotiens uelis:q̃diu uelis.Magis hac uoluptate quæ maxima eſt frui/
mur:dũ abſumus.Præſentia enim nos delicatos facit:& qui aliquádo una loquimur ambulamus: cõſedi
mus:cũ deducti ſumus:nihil de his quos mõ uidimus:cogitamus.Et ideo æquo animo ferre debemus
abſentiam:quia nemo nõ multũ etiã præſentibus abeſt.Pone hic primũ:noctes ſeparatas:deide occupatio
nes utrinq; diuerſas perinde ſtudia ſecreta:ſuburbanas profectiones.Videbis nõ multũ eẽ: quod nobis pe
regrinatio eripiat.Amicus animo poſſidendus eſt.hic aũt nunq̃ abeſt:quẽcunq; uult:quotidie uidet.Itaq;
mecũ ſtude:mecũ cœna:mecum ambula.in anguſto uiueremus:ſi quicq̃ eſſet cogitationibus clauſum.Vi
deo te mi Lucili cum maxime audio:adeo tecum ſum:ut dubitem an incipiam non epiſtolas:ſed codicil/
los tibi ſcribere. Vale.

Epiſtola.lvi.Notat tumultuoſam luxuriam balneorum.Et q omnia uitia animi inutiliora ſunt.Et de
magnanimitate Scipionis.

P Ereá:ſi eſt tam neceſſariũ q̃ uidetur ſilentiũ in ſtudia ſepoſito.Ecce undiq; me uarius clamor circũ
ſonat:ſupra ipſum balneũ habito.Propone nũc tibi omnia genera uocũ quæ in odiũ poſſunt au/
res adducere:cũ fortiores exerceně:& manus plũbo graues iactent:cũ aut laborát:aut laborantem
imitantur.gemitus audio:quotiẽs retentũ ſpiritũ remiſerũt:ſibilos & acerbiſſimas reſpirationes:cũ in ali
quẽ inertẽ ac plebeia functione contentũ incidi:audio crepitũ illiſæ manus humeris:quæ prout plana pro
uenerit:aut cõcaua:ita ſonũ mutat.Si uero Pilicrepus ſuperuenit:& numerare cœpit pilos:actum eſt:Adii
ce nunc ſordalũ & furẽ dephenſum:& illũ cui uox ſua in balneo placet.Adiice nunc eos qui in piſcinã cũ
ingenti impulſæ aquæ ſono ſaliũt: præter iſtos quoꝝ:ſi nihil aliud:rectæ uoces ſunt.Alipedũ cogita tenu
em & ſtridulã uocẽ:quo ſit notabilior ſubinde exprimentẽ:nec unq̃ tacentẽ:niſi dum uellit alas: & aliũ ꝑ
ſe clamare cogit.Iam librarii uarias exclamationes:& botulariũ:& exuſtulariũ:& omnes popinaꝝ inſtito
res:mercẽ ſuã quadã & inſignita modulatione uendentes.O te inquis ferreũ:aut ſurdũ:cui mens inter tot
clamores tam uarios:tam diſſonos conſtat:cũ Cryſippũ noſtrũ aſſidua ſalutatio perduxit ad mortem. At
mehercle ego iſtũ fremitũ nõ magis curo:q̃ fluctũ:aut deiectũ aquæ.Quáuis audiã cuidã genti : hanc unã
fuiſſe cauſam urbẽ ſuã transferendi:q fragorẽ Nili cadentis:ferre nõ potuit.Magis mihi uox auocare uide
tur:q̃ crepitus.illa enim animũ adducit:hic tantũ aures implet ac uerberat.In his quæ me ſine auocatione
circũſtrepunt:eſſedas tranſcurrẽtes pono:& fabrũ inquilinũ:& ferrariũ uicinũ:aut hũc qui ad metã ſudan
tem tabulas experitur & tibias:nec cantat:ſed exclamat.Etiã nũc moleſtior eſt mihi ſonus qui itermittiť
ſubinde.q̃ qui cõtinuať.Sed iam me ſic ad oĩa iſta duraui:ut audire uel Pauſariũ poſſim uoce acerbiſſima:
remigibus modos dantẽ.Animũ nõ cogo ſibi intentũ eſſe:nec auocari ad externa:omnia licet foris reſo/
nent dũ intus nihil tumultus ſit:dũ ĩter ſe nõ rixenť cupiditas & timor:dũ auaritia luxuriaq; nõ diſſideát:
nec altera alterã uexet.Nã quid ꝓdeſt totius regionis ſilentiũ:ſi affectus fremũt.Oĩa noctis erant tacita cõ
poſita quietẽ:falſum eſt.nulla placida eſt quies:niſi quã ratio cõpoſuit.Nox exhibet moleſtiã:non tollit:&
ſolicitudines immutat.Nã dormienti quoq; inſomnia tam turbulenta ſunt:q̃ dies.illa trãquillitas uera ẽ:
in quã bona mens explicať.Aſpice illũ cui ſomnus laxæ domus ſilentio quæritur:cuius aures:ne quis agi
ter ſonus:omnis ſeruoꝝ turba conticuit:& ſuſpenſum accedẽtiũ propius ueſtigiũ ponitur.Huc nẽpe uer/
ſatur:atq; illuc.ſomnũ inter ægritudines leuẽ captans:quæ non audit:audiſſe ſe quæriť.Quid in cauſa pu
tas eſſe.Animus illi obſtrepit.Hic placandus eſt.Huius cõpeſcenda ſeditio eſt:quẽ nõ eſt quod exiſtimes

placidũ:si iacet corpus interdum quies inquieta est. Et ideo ad reꝝ actus excitandi:ac tractione bonaꝝ ar
tium occupandi sumus:quotiens nos male habet inertia sui impatiẽs. Magni iperatores cum male parere
militẽ uident:aliquo labore cõpescũt & expeditionibus detinẽt. nunq̃ uacat lasciuire districtis:nihil tã cer
tum est q̃ ocii uitia negocio discuti. Sæpe uidemur tedio reꝝ ciuiliũ:& infœlicis atq; ingratæ statiõis pœ/
nitentia secessisse:tamẽ in illa latebra:in quã nos timor:ac lassitudo cõiecit:iterdũ recrudescit ambitio. nõ
enim excisa desiit:sed fatigata:aut etiã abiecta rebus paꝝ sibi cadẽtibus. Idem de luxuria dico: quæ uideť
aliquãdo cessisse:deinde frugalitatẽ professos solicitat:atq; in media parsimonia:uoluptates nõ damnatas
sed relictas petit:eqdem eo uehementius:quo occultius. Oĩa eni uitia ĩ aperto leuiora sunt. Morbi quoq;
tunc ad sanitatẽ iclinant:cũ ex abdito erũpunt:ac uim suã proferũt. Et auaritiã itaq; & ambitionẽ & cæte
ra mala mentis humanæ:tũc perniciosissima scias esse cũ simulata sanitate subsidũt:ociosi uidemur:& nõ
sumus. Nã si bona fide sumus:si receptui cecinnimus:si speciosa contempsimus ut Paulo ante dicebã: nul
la res nos aduocabit:nullus hominũ auiũq; contentus: interrũpet cogitatiões bonas solidasq; iã & certas.
Leue illud est ingeniũ:nec sese adhuc reduxit introrsus:quod ad uocẽ & accidentia erigiť. Habet itus ali/
quid solicitudinis:& habet aliquid cõcepti timoris:quod illum curiosum facit:ut ait Virgilius noster: &
me quẽ dudũ:nõ ulla iniecta mouebãt tela:nec aduerso glomerati ex agmine graii. Nũc oẽs terrent auræ
sonus excitat omnis. Suspensum & pariter:comitiq; oneriq; timẽtem. Prior ille sapiens est:quẽ nõ tela ui
brantia nõ arietata inter arma agminis densi:non urbis impulsæ fragor territat. Hic alter iperitus: rebus
suis timet:& ad omnẽ crepitũ expauescẽs:quẽ una quælibet uox pro fremitu accepta deiecit:quẽ motus le
uissimi examinãt:timidũ illũ sarcinæ faciunt. Quẽcũq; ex istis fœlicibus elegeris:multa trahentibus:mul
ta portantibus. uidebis illũ comitiq;:oneriq; timentem. Tũc ergo te scito eẽ compositũ cũ ad te nullus cla
mor pertinebit:cũ te nulla uox tibi excuciet:nõ si blandieť:non si minabitur:non si inani sono uana circũ/
strepet. Quid ergo? Non aliquando commodius est:& carere conuitio? fateor. Itaq; ex hoc loco migrabo
& experiri:& exercere me uolui. Quid necesse est diutius torqueri:cum tam facile remedium Vlysses so/
ciis etiam aduersus sirenas inuenerit. Vale.

Epistola.lvii. De crypta Neapolitana. Et q̃ nõ timor:sed horror cadit in sapientem. Et q̃ anima homi
nis corporis angustiis cohiberi non potest.

Vm a Bais deberẽ Neapolim repetere:facile credidi tempestatẽ esse:ne iteꝝ nauẽ experirer: & tan
c tum luti tota uia fuit:ut possim uideri:nihilominus nauigasse. Totũ athletaꝝ fatum in illo die p
petiẽdũ fuit:a ceromate nos haphe excepit ĩ crypta Neapolitana:nihil illo carcere lõgius:nihil illis
faucibus obscurius quæ nobis præstãt:nõ ut nos per tenebras uideamus:sed ut ipsas. Cæteꝝ etiã si locus
haberet lucẽ:puluis auferret. In aperto quoq; res grauis & molesta. quid illic ubi in se uolutať:& cũ sine ul
lo spiramẽto sit inclusus:in ipsos a quibus excitatus est recidit. Duo incõmoda inter se cõtraria simul ptu
limus:eadẽ uia. eodẽ die:& luto & puluere laborauimus. Aliquid tamẽ illa mihi obscuritas qđ cogitarem
dedit. Sensi quẽdam ictũ animi:& sine metu mutationẽ:quã insolitæ rei nouitas simul ac fœditas fecerat.
Non de me nũc tecũ loquor:q multum ab homine tolerabili:nedũ a perfecto absum:sed de illo ĩ quẽ for
tuna ius perdidit. Huius quoq; ferieť animus:mutabiť color. Quædam eni mi Lucili:nulla effugere uir/
tus potest. Admonet. illũ natura mortalitatis suæ. Itaq; & uultũ adducet ad tristitiã:& inhorrescet ad subi
ta:& caligabit:si uastã altitudinẽ in crepidine eius cõstitutus despexerit. Non ẽ hoc timor:sed naturalis af/
fectio:inexpugnabilis rationi. Itaq; fortes qdam & paratissimi fundere suũ sanguinẽ:alienũ uidere nõ pos/
sunt. Quidã ad uulneris noui. Quidã ad ueteris:& purulenti tractationẽ:ispectionẽq; succidunt:ac liquũ/
tur animo. Alii gladiũ facilius recipiũt:q̃ uident:Sensi ergo ut dicebam quãdam:nõ qdem perturbationẽ:
sed mutationẽ. Rursus ad primũ conspectũ redditæ lucis alachritas redit incogitata & iniussa. illud deide
mecum loq cœpi:q̃ inepte quædã magis aut minus timeremus:cũ oium idem finis esset. Quid enim iter
est:utrũ supra aliquẽ iugulariũ ruat:aut mons? Nihil inuenies. erũt tamẽ q hanc ruinã magis timeãt:quis
utraq; mortifera æque sit:adeo nõ effectus:sed efficaciã timor spectat. Nũc me putas de Stoicis dicere: qui
existimãt animã hominis magno põdere extriti permanere nõ posse:& statim spargi:qa non fuerit ei exi/
tus liber. Ego uero non facio:q hoc dicunt uideť mihi errare. Quemadmodũ eni flamma nõ põt oppri/
mi:nam circa id diffugit quo urgeť:quemadmodũ aer uerbere: ac ictu non lediť:nec scidiť qdem:sed cir
ca id cui cessit:refundiť. sic animus q ex tenuissimo constat:deprehendi nõ põt:nec itra corpus affligi:sed
beneficio subtilitatis suæ per ipsa qbus præmiť:erumpit. Quomodo fulmini etiam cum latissime percus
serit ac fluxit:per exiguũ foramen est reditus:sic animo qui adhuc tenuior est igne per omne corpus fuga
est. Itaq; de illo quærendũ est:an possit immortalis esse. Hoc qdem certũ habe:si superstes est corpori pro
pter illud nullo genere mori posse:propter quod non perit:quoniam nulla immortalitas cũ exceptione ẽ:
nec quicq̃ noxiũ æterno est. Vale.

Incipit liber octauus. Epistola.lviii. De multiplici reꝝ diuisione & differẽtia. ubi exẽplo Platõis ostẽ/
dit:q̃liter parsimonia ducit ad senectutẽ:cuius senectutis bonũ:nec cõcupiscendũ:nec recusandũ.



Vanta nobis uerboꝝ paupertas:imo egestas sit:nũq̃ magis:q̃ hodierno die itellexi. Mille res
iciderũt:cũ forte de Platõe loq̃remur:quæ nomina desiderarẽt:nec haberẽt. Quædã uero
cũ habuissẽt fastidio nr̃o pdidissent. Quis ãt ferat in egestate fastidiũ hũc quẽ græci œstrũ
uocãt:peccora peragentẽ:& totis saltibus dissipantẽ:asilũ nr̃i uocabant. Hoc Virgilio licet
credas. Est locus silari circa ilicibusq; uirentẽ. Plurimus alburnũ uolitans:cui nomẽ a silo
Romanũ ẽ. œstrũ græci uertere uocãtes. Asp acerba sonãs:quo tota exterita siluis. Diffu/

giũt armenta.Puto intelligi istud uerbũ iteriisse:ne te longe differã.Quædã simplicia in usu erãt: sicut cer
nere ferro:iter se dicebant.Idẽ Virgilius hoc probabit tibi:Ingentis genitos diuersis partibus orbis. Inter
se coiisse uiros:& cernere ferro.Quod nũc decernere dicimus:simplicis illius uerbi usus amissus est.Dice/
bant antiq:si iusso:idest si iussero.Hoc nolo mihi credas:sed fide Virgilio.Cætera qua iusso:mecũ manus
iferat arma.Non id ago nũc hac diligentia:aut ostendã quãtũ tẽpus apud grãmaticũ perdiderim:sed ut ex
hoc itelligas:quantũ apud Enniũ & Actiũ uerbo℞ situs occupauerit.cũ apud hũc quoq;:qui quotidie ex/
cutit:aliqua nobis subducta sint.Quid sibi inquis ista præparatio uult? quo spectat? non celabo te.Cupio
si fieri põt:propiciis auribus tuis qđ sentiã dicere:si minus dicã:& iratis.Ciceronẽ auctorẽ huius uerbi ha
beo:puto locupletẽ.si recentiorẽ quæris:Fabianũ disertũ & elegantẽ:orationis etiã ad nostrũ fastidiũ niti/
dæ.Quid enim fiet mi Lucili:quomodo dicet? ουσια res necessaria:natura cõtinens fundamentũ oĩum.
Rogo itaq; permittas mihi hoc uerbo uti.Nihilominus dabo operã:ut ius a te datũ:parcissime exerceam:
fortasse cõtentus ero mihi licere. Quid ꝓderit facilitas tua:cũ recte id nullo modo latine exprimere pos/
sim: ꝓpter qđ linguæ nostræ cõuiciũ feci.Magis dãnabis angustias Romanas si scieris unã syllabã eẽ quã
mutare nõ possum quæ sit hæc q̃ris το ον duri tibi uideor igenii i medio positã sic posse trãsferre: ut dicã
qđ est.Sed multũ interesse uideo.Cogor uerbũ pro uocabulo ponere:sed id necesse est ponã:quod est:sex
modis hoc a Platone dici.Amicus noster homo eruditissimus hodierno die dicebat:oẽs tibi exponã:si an/
te indicauero esse aliquid genus & speciẽ. Nunc autẽ illud genus primũ quærimus:ex quo cæteræ speci/
es suspensæ sunt:a quo nascitur omnis diuisio:quo uniuersa cõpræhensa sunt:Inuenietur autẽ si cœperi/
mus singula retro legere.Sic enim perducemur ad primũ.Homo species est:ut Aristoteles ait: Equus spe
cies est.Canis species est.Ergo cõmune aliquod quærendũ est:his oĩbus uinculũ:quod illa complectatur
& sub se habeat.hoc quid est? animal.ergo genus esse cœpit ho℞ omniũ quæ modo retuli:hominis equi:
canis:animal.Sed sunt quædam quæ animam habent:nec sunt animalia.Placet eni satis & arbustis animã
inesse:itaq; uiuere & mori illa dicemus.Ergo animantia superiorẽ tenebũt locum: quia & animalia i hac
forma sunt & sata.Sed quædã anima carent:ut saxa.Itaq; erit aliquid animantibus antiquius corpus. Sed
hoc sic diuidam:ut dicam.Corpora omnia:aut animata esse.aut inanimata:etiam nunc est aliquid superi/
us q̃ corpus.Dicimus enim quædam corporalia eẽ:quædam icorporalia esse. Quid erit ergo ex quo hæc
deducantur illud cui nomen modo parũ propriũ imposuimus:quod est.Sic enim in species secabit:ut di
camus:quod est.Aut corporale est:aut incorporale.Hoc ergo genus est primũ & antiquissimũ:& ut ita di
cam:generale.Cætera qdem genera sunt:sed specialia:tanq̃ homo genus est. Habet enim in se nationum
species.Græcos:Romanos:Parthos:Colo℞:Albos:Nigros:flauos.Habet singulos: Catonẽ: Ciceronem:
Lucretium.Itaq; quod multa continet:in genus cadit:quod sub alio est in speciem.illud genus quod ẽ ge
nerale supra se nihil habet:initium rerum est:omnia sub illo sunt.Stoici uolunt superponere huic: ẽt nũc
aliud genus magis principale:de quo statim dicam:si prius illud gẽus:de quo locutus sum:merito primũ
poni docuero:cũ sit re℞ omniũ capax:quod est.In has species diuido:ut sint corporalia: aut incorporalia:
nihil tertiũ est.Corpus quomodo diuido? Vt dicã.Aut animantia sunt:aut inanimãtia. Rursus animãtia
quẽadmodum diuido? Vt dicam.quædã animũ habent:quædam tantum animã.Aut sic:quædã impetũ
habent:incedunt:transeunt:quædã solo affixa radicibus aluntur:crescũt.Rursus animalia:in quas species
seco? aut mortalia sunt aut imortalia.Primũ genus stoicis quibusdã uidet. Quod quare uideat subiiciã.
In rerum inquiunt natura:quædam sunt:quædã non sunt.& hæc autem quæ non sunt rerum natura cõ/
plectit:quæ animo succurrunt:tanq̃ centauri:gigantes:& quicquid aliud falsa cogitatione formatũ: habe
re aliquam imaginẽ cœpit:q̃uis non habeat substantiã.Nunc ad id quod tibi ꝓmisi: reuertor. quomodo
quæcunq; sunt in sex modos Plato partiat.primũ id quod est:nec uisu:nec tactu:nec ullo sensu cõpræhẽ/
dit:cogitabile est.Quod generaliter est:tanq̃ homo generalis sub oculos non uenit:sed specialis uenit. Vt
Cicero & Cato:animal non uidet:sed cogitatur.Videtur autem species eius:equus & canis.Secundum ex
his quæ sunt ponit Plato:quod eminet & exuperat omnia.Hoc ait per excellentiam esse.Poeta communi
ter dicitur:omnibus uersus facientibus:hoc nomẽ est:sed iam apud græcos in unius notã cessit. Home℞
intelligas:cum audieris poetam.Quid ergo? hoc est de his scilicet maior & potentior cunctis. Tertiũ ge/
nus est eo℞:quæ propria sunt innumerabilia sunt hæc:sed extra nostrũ posita cõspectum. Quæ sint iter/
rogas? propria Platonis supellex est.Plato Ideas uocat:ex quibus omnia quæ sunt:quæcũq; uidemus fiũt:
& ad q̃s cũcta formantur.Hæ imortales:imutabiles:inuiolabiles sunt . Quid sit Idea:idest qđ Platoni es/
se uideatur:audi.Idea est eorum quæ naturaliter fiunt exemplar æternum.Adiiciam diffinitiõi interpræ/
tationem:quo tibi res apertior fiat.Volo imaginem tuam facere.Exemplar picturæ tuæ habeo: ex quo ca
pit aliquem habitum mens nostra:quẽ operi suo imponat.Ita illa quæ me docet & instruit facies:a qua pe
titur imitatio:idea est.Talia ergo exemplaria infinita habet re℞ natura:hominũ:pisciũ:arborum:ad quæ
quodcũq; fieri ab illa debet:exprimitur.Quartũ locum habebit idos.Quid si hoc idos attendas oportet:
& Platoni imputes:non mihi hanc rerum difficultatẽ subtilitas.Pauloante pictoris imagie utebat. Ille cũ
reddere Virgilium coloribus uellet:ipsum intuebat.Idea erat Virgilii facies:futuri operis exemplar. Ex
hac quod artifex trahit & operi suo imposuit:idos est.Quid intersit quærit? Alterum exemplar est:alte℞
forma ab exemplari sumpta & operi imposita.alteram artifex imitatur:alteram facit.habet aliquam faci/
em statua:hæc est idos.habet aliquã faciem exemplar ipsum quod intuens opifex statuam figurauit: hæc
idea est.Etiam nunc si aliam desideras distinctionem.Idos in operæ est.Idea extra opus est:nec tantũ extra
opus est:sed ante opus.Quintum genus est eorum quæ cõmuniter sunt:hæc incipiunt ad nos pertinere:

hæc sunt omnia:homines pecora:res. Sextum genus ē eoꝝ quæ quasi sunt tanq̃ mane:tanq̃ tempus:quæ/
cunq; uidemus:aut tangimus. Plato in illis nō numerat:quæ esse proprie putat. fluunt enim:& in assidua
diminutione atq; adiectione sunt. Nemo nostrū idem est in senectute:qui fuit iuuenis. Nemo nostrum ē
mane:qui fuit pridie. Corpora nostra rapiunt̃ fluminū more. Quicq̃d uides:currit cū tpe:nihil ex his q̃
uidemus manet. Ego ipse dū loquor immutari ista:mutatus sum. Hoc ē q̃d ait Heraclitus in idē flumen
bis descēdimus & nō descēdimus. Manet eni idē fluminis nomen. Aqua trāsmissa ē. Hoc in amne māife/
stius q̃ in homine. Sed nos quoq; non minus uelox cursus præteruehit. Et ideo admiror dementiam no/
strā q̃ tātopere amāus rē fugacissimā corpus:timemusq; ne quādo moriamur:cū oē momētū mors prio/
ris habitus sit. Vis nō timere:ne semel fiat:quod quotidie fit? De homine dixi fluida materia & caduca &
oibus obnoxia causis Mundus quoq; æterna res:& inuicta:mutat̃:nec idem manet:q̃uis hæc omnia in se
habeat:quæ habuit:aliter habet q̃ habuit:ordinē mutat. Quid iquis mihi ista subtilitas proderit? Si me
interrogas:nihil. Sed quēadmodū ille celator:oculos diu itentos:ac fatigatos remittit:atq; aduocat: & ut
dici solet pascit:sic nos animū aliquādo debemus relaxare:& quibusdā oblectamētis reficere:sed ipa oble/
ctamenta opera sint. Ex his quoq; si obseruaueris iuenies quod possit fieri salutare. Hoc ego Lucilli face/
re soleo ex omni natiōe:ēt si lōgissime a philosophia auersa ē:eruere aliq̃d conor:& utile efficere. Quid de
istis capiā:quæ modo tractauimus. remotis a reformatiōe moꝝ:quomodo meliorē me facere ideæ Plato
nicæ possunt? Quid ex istis trahā:quod cupiditates meas cōprimat? Vel hoc ipm q̃ omnia ista q̃ sensibus
seruiunt:quæ nos accendūt:irritant. negat Plato ex his esse quæ uere sint. Ergo ista imaginaria sunt & ad
tempus aliquā faciē ferunt. nihil hoꝝ stabile:ac solidū est:& nos tamen cupimus:tanq̃ aut semper futura:
aut semper habituri. Imbecilli fluidiq; iterualla cōstituimus. Ad illa mittamus animū:quæ æterna sunt.
Miremur in sublimi uolitantes reꝝ omniū formas:deūq; inter illa uersantē:& hæc prouidentē. quēad/
modū quæ imortalia facere non potuit quia materia prohibeat defendat a morte ac ratiōe uitium corpo
ris uincat. Manent enī cuncta non q̃a æterna sunt:sed quia defendunt̃ cura regentis. immortalia tutore
non ægent. Hæc conseruat artifex fragilitatē materiæ ui sua uincens. Contēnamus omnia quæ adeo præ
ciosa non sunt:ut an sint oino dubiū sit. illud simul cogitemus:si mundū ipsum nō minus mortalē:q̃ nos
sumus prouidētia periculis eximit. Potest tamen aliq̃tenus nostra quoq; prouidētia:longiorē prorogare
huic corpusculo morā:si uoluptates q̃bus moꝝ pars maior perit:potuerimus regere & coercere. Plato ipse
sese ad senectutē sic diligentia protulit:erat q̃dem corpus ualidū:ac forte sortitus:& illi nomē latitudo pe/
ctoris fecerat:sed nauigationes:ac pericula multū detraxerant uiribus. parsimonia tamen:& eoꝝ q̃ auidi
tatē euocant modus & diligens sui tutela produxit illū ad senectutē multis prohibentibus causis Nā hoc
scis puto Platoni diligentiæ suæ beneficio contigisse:q̃ natali suo decessit:& annū unū atq; octogesimum
impleuit sine ulla deductione. Ideo magi:qui forte Athenis erant:inmolauerunt defuncto amplioris fuisse
sortis:q̃ humanæ rati q̃ consumasset perfectissimum numeꝝ:quē nouē nouies multiplicata componūt.
Non dubito quin paratus esset:paucos dies ex ista summa in sacrificium remittere. Potest frugalitas pro/
ducere senectutem:quam ut non puto concupiscendā:ita ne recusandam quidem. Iucundum est secum
esse q̃ diutissime:cum quis se dignum quo frueretur efficit. Itaq; de isto feramus sententiam : an oporteat
fastidire senectutis extrema:& finem non operiri:sed manu facere. Prope est a timente qui fatū segnis ex/
pectat. sicut ille ultra modum deditus uino est qui amphoram exiccat:& fecem quoq; exorbet. De hoc ta/
men quæramus pars summa uitæ:utrum ea fex sit:an liquidissimum ac purissimum quiddam. si modo
mens sine iniuria & integri sensus animum iuuant nec defectum ac præmortuum corpus est. Plurimum
enim refert:uitam aliquis extendat:an mortem. At enim si inutile in ministeriis est corpus:quid ni opor/
teat educere animam laborantem. & fortasse pauloante q̃ debet faciendum est:ne cum fieri debebit facere
non possis:& magis periculum sit male uiuendi q̃ cito moriendi. Stultus est qui non exigua tēporis mer
cede aliena redimit:paucos longissima senectus ad mortem sine iniuria pertulit. multis iners uita sine usu
sui iacuit. Quanto deinde crudelius iudicas aliquid ex uita perdidisse:q̃uis finienda. Noli me inuitus au/
dire:tanq̃ ad te iam pertineat ista sententia:sed quid dicam existima. Non relinquam senectutem si me to
tum mihi reseruabit:totum autem ab illa parte meliore. At si cœperit concutere mentem:si partes eius cō
uellere si mihi non uitam reliquærit:sed animam:prosiliam ex ædificio putrido ac ruenti:morbum mor
te non fugiam duntaxat sanabilem nec officientem animo:non afferam mihi manus propter dolorem
sic mori uinci est:hunc tamen si sciero perpetuo mihi esse patiendum:exibo non propter ipsum : sed quia
impedimento mihi futurus ad omne propter quod uiuitur. Imbecillis & ignauus est:qui propter dolo/
rem moritur. Stultus qui doloris causa uiuit. Sed in longum exeo. Est præterea materia : quæ deducere
diem merito possit. & quomodo finem uitæ imponere poterit:qui epistolæ non potest. Vale ergo:q̃ libē
tius q̃ mortis moras lecturus es. Vale.

Epistola.lix. Quod uerba philosophi nec nimis accurata esse debent nec arida. Et de tribus generibus
ad philosophiam tendentibus.

Inus tibi accuratas a me epistolas mitti quæreris:quis enim accurate loquit̃ nisi qui uult putide lo
m qui? Qualis sermo meus eēt:si una sederemus:aut ambularemus:illaboratus & facilis. Tales uolo
eē epistolas meas:q̃ nihil habeant accersitum:nec fictum est fieri posset quid sentiam:ostendere:q̃
loqui mallem:etiam si disputarem:nec supploderem pedem:nec manū iactarem : nec attolerem uocem:
sed ista oratoribus reliquissem contentus sensus meos ad te pertulisse:quos nec exornassem : nec abiecis/
sem. Hoc unum pane tibi approbare uellem omnia me illa sentire quæ dicerem : nec tantum sentire : sed

amare. Aliter homines amicam: aliter liberos osculantur: tamē in hoc quoq; amplexu: tam sancto & moderato satis apparet affectus. Non mehercule ieiuna esse & arida uolo: quæ de rebus tam magnis dicētur. Neq; enim philosophia ingenio: renunciat: multū tamen opere impendi uerbis nō oportet. Hæc si propositi nostra summa. Quod sentimus loquamur: quod loquimur sentiamus: concordet sermo cum uita. Ille promissum suum impleuit: quia & cum uideas illum: & audias: idem est. Videbimus qualis sit: q̄ntus sit: an unus sit. non delectent uerba tantum sed prosint. Si tamen contingere eloquentia: non solicito potest: si aut parata est: aut paruo constat: adsit: & res pulchetrimas prosequat̃. sit talis: ut res potius q̄ se ostēdat. Aliæ artes ad ingenium totæ pertinent: hic animi negocium agitur. Non quærit ager medicum eloquentem: sed si ita competit ut idem ille qui sanare potest compte de his quæ facienda sunt: assederat: boni consulat. non tamen erit quare gratuletur sibi quod inciderit in medicum etiam disertum. Hoc enim tale est: quale si peritus gubernator etiam formosus ē. Quid aures meas scabis? Quid oblectas? Aliud agitur: urendus: secandus: abstinendus sum. Ad hoc adhibitus es: curare debes morbū ueterem grauem publicum. Tantum negocii habes: quantum in pestilentia medicus: circa uerba occupatus es: iam dudū gaude si sufficis rebus. Quandoq; multa disces: quando quæ didiceris affiges tibi ita: ut excidere non possint quando illa experieris. Non enim: ut cætera memoriæ tradidisse satis est in opere tentanda sunt. non est beatus qui scit illa: sed qui facit. Quid ergo infra illum operis gradum: nulli gradus sunt. statim a sapiētia præceps est: non ut existimo. Nam qui proficit in numero quidem stultorum ē. magno tamen interuallo ab illis diducitur. Inter ipsos quoq; proficientes sunt magna discrimina. in tres classes: ut quibusdam placet diuiduntur. Primi sunt: qui sapientiam nondum habent: sed iam in uicina eius constiterunt: inde etiam quod prope est: exhora ē. Qui sint hi quæris? Qui omnes iam affectus ac uitia posuerunt: quæ erant complectenda didicerunt. Sed illis adhuc inexperta fiducia est: bonum suum nondum in usu habēt: iam tamen in illa quæ fugerunt: decidere non possunt: iam ibi sunt unde non est retro lapsus: sed hoc illis de se nondū liquæt. & quod in quadam epistola scripsisse me memini: scire se nesciunt. Nam cōtingit illis bono suo frui: nondum confidere. Quidam hoc proficientium genus de quo locutus sum: ita complectunt̃ ut illos dicant iam effugisse morbos animi affectus nondum & adhuc in lubrico stare: q̄a nemo scit extra periculum malitiæ: nisi qui totam eam excussit. Nemo autem illam excussit nisi qui pro illa sapiētiam assumpsit. Quid inter morbos animi intersit & affectus: sæpe tā dixi. Nūc quoq; te admouebo. Morbi sunt inueterata uitia & dura: ut auaritia: ut ambitio nimia: Hæc cum semel animum cœperunt: implicuerūt: & perpetua eius mala esse cœperunt. ut breuiter finiam. Morbus est uitium in prauo pertinax tanq̄ ualde expetenda sint: quæ leuiter expetenda sunt. Vel si mauis ita finiamus nimis imminere: leuiter petēdis: uel ex toto non petendis: aut in magno præcio habere in aliquo habenda: uel in nullo. Affectus sunt motus animi improbabiles: subiti: & concitati: qui frequētes neglectiq; fecere morbū. Sic distillatio una: nec adhuc in morem adducta tussim facit: assidua & uetus ptysin. Itaq; qui plurimum profecere extra morbos sunt affectus adhuc sentiunt profectui proximi. Secundum genus est eorum qui & mala animi maxima & affectus deposuerunt: sed ita ut non sit illis securitatis suæ certa possessio. Possunt enim in eadem relabi. Tertium illud genus extra multa & magna uitia est: sed non extra omnia effugit auaritiam: sed iram adhuc sentit. Iam non solicitatur libidine: & nunc etiam ambitionem sentit iam non concupiscit sed adhuc timet. & in ipso metu ad quædam satis firmus est: quibusdam cædit: mortem contemnit: dolorem reformidat. De hoc loco aliquid cogitemus: bene nobiscum agetur si in hunc admittimur numerum magna fœlicitate naturæ: magnaq; & assidua intentione studii: secundus occupatur gradus: Sed ne contemnendus hic quidem est color tertius: Cogita quantum circa te uideas malorum. Aspice: q̄ nullum sit nefas sine exemplo: quantum quotidie nequitia proficiat: quantum publice priuatimq; peccatur. Intelliges satis nos consequi: si inter pessimos non simus. Ego uero inquis spero me posse: & amplioris ordinis fieri: optauerim hoc nobis: magis q̄ promiserim. Præoccupati sumus: ad uirtutem contendimus inter uitia districti: pudet dicere: honesta colimus: quantum uacat. At q̄ grande præmium expectamus: si occupationes nostras & mala tenacissima abrumpimus: Non cupiditas nos: non timor pellet: inagitati terroribus incorrupti uoluptatibus: nec mortem horrebimus: nec deos. Sciemus mortem malum nō esse: deos maiores non esse: Tam imbecillum est quod nocet: q̄ cui nocetur. Optima ui noxia carent: expectant nos: & ex hac aliquando fece in illud euadimus sublime & excelsum: quid est tranquillitas animi & expulsis erroribus: absoluta libertas. Quæris quæ sit ista? non homines timere: nec deos: nec turpia uelle: nec nimia: in seipsum habere maximam potestatem. Inestimabile bonum est suum fieri. Vale.

Epistola. lx. De uero & inani gaudio. Et quomodo sapientem in periculoso uitæ huius itinere oportet semper uirtutibus esse conuictum. Vbi eos notat: qui nimis adulatoribus suis indulgent.

m

Agnam ex epistola tua percepi uoluptatem. permitte enim mihi uti uerbis publicis nec illa ad significationem stoicam reuoca. Vitium esse uoluptatem credimus: sit sane. ponere tamē illam solemus: ad demonstrandam animi hilarem affectionem. Scio inquam & uoluptatem: si ad nostrū aluum uerba dirigimus: rem infamē esse: & gaudiū: nisi nō sapiēti cōtingere. Est. n. animi elatio: suis bōis uiribusq; fidentis. Vulgo tamen sic loquimur: ut dicamus magnum gaudium: nos ex illius cōsulatu: aut ex nuptiis: aut ex partu uxoris percepisse. Quæ adeo non sunt gaudia: ut sæpe initia futuræ tristiciæ sint. gaudio autem iunctum est: nō desinere: nec in contrarium uerti. Itaq; cum dicit Virgilius noster: Et mala mentis gaudia. Diserte quidem dicit: sed parum proprie. Nullum enim malum gaudium est. uoluptatibus hoc nomen iposuit: & quod uoluit expressit. Significauit enim homines malo suo lætos. tamē ego

non im merito dixerā:cœpisse me magnam ex epistola tua uoluptatem:quamuis ex nomine: ista causa ī
peritus homo gaudeat:tamen affectum eius impotentem:& in diuersum statum inclinaturum uolupta/
tē uoco opinione falsi boni motā:& im moderatam:& immodicam. Sed ut ad propositum reuertar audi
quid me in epistola tua delectauerit. Habes uerba in potestate:non effert te oratio:nec longius q̄ destina/
sti trahit. Multi sunt q ad id quod non proposuerant scribere alicuis uerbi placētis decore uocent. Quod
tibi non euenit:pressa sunt omnia:& rei aptata. Loquæris quantum uis:& plus significas:q̄ loquaris . hoc
maioris rei indicium est. Apparet animū quoq; nihil habere superuacui:nihil timidi. Inuenio tamen trā/
slationes uerboꝝ:ut non temerarias:ita non indecoras:itaq; periculum sui fecerint. Inuenio imagines:q/
bus siquis nos uti uetat:& poetis illa solis indicat esse concessas neminem mihi uidet ex antiquis legisse:
apud quos nondum captabatur plausibilis oratio. Illi qui simpliciter:& demonstrandæ rei causa eloquæ
bantur parabolis referti sunt:quas existimo necessarias non ex eadem causa qua poetis:sed ut imbecillita/
tis nostræ adminicula sint:& ut dicentem & audientem:in rem præsentem adducant. Sextium ecce cum
maxime lego uirum acrem græcis uerbis:romanis moribus philosophantem:monet me imago ab illo
posita ire quadrato agmine exercitum:ubi hostis ab omni parte suspectus est pugnæ paratum. Idem inqt
sapiens facere debet. Omnes uirtutes suas undiq; expandat:ut ubicunq; infesti aliquid oriet illic parata p̄/
sidia sint:& ad nutum regentis sine tumultu respondeant. quod in exercitibus his:quos imperatores ma/
gni ordinant fieri uidemus:ut imperium ducis simul omnes copiæ sentiant:sic dispositæ ut signum ab
uno datum:peditem simul equitemq; percurrat. Hoc aliquanto magis est necessarium nobis ait illi enim
sæpe hostem timuere sine causa:tutissimumq; illis iter. quod suspectissimum fuit. nihil stultitia pacatum
habet:tam superne illi metus est:q̄ infra. utrunq; trepidat latus sequuntur pericula & occurrunt ad om/
nia pauet:imperita est:& ipsis terretur auxiliis. Sapiens autem ad omnem incursum munitus est & inten
tus:non si paupertas:non si luctus:non si ignominia:non si impetum faciat. pedem refert interitus & con
tra illa ibit:& inter illa. Nos multa alligant:multa debilitant:diu ī istis uitiis iacuimus. Elui difficile ē. nō
enim inquinati sumus:sed infecti:nec ab illa imagine ad aliam transeamus. hoc quæramus quod semper
mecum despicio. Quid ista nos stultitia tam pertinaciter tenet. Primo quia nō fortiter illam repellimus:
nec toto ad salutem impetu nitimur. Deinde quia illa quæ a sapientibus uiris reperta sunt non satis credi
mus nec apertis pectoribus haurimus:leuiterq; tam magnæ rei insistimus. Quemadmodum autem po/
test aliquis quantum satis sit aduersus uitia discere qui quantum a uitiis uacat non discit. Nemo nostrum
in altum descendit:summa tantum decerpimus:exiguumq; temporis impendisse philosophiæ satis abū
deq; occupatis fuit. illud præcipue impedit quod cito nobis placemus:si inuenimus:qui nos bonos uiros
dicat:qui prudentes:qui sanctos ignoscimus:non sumus modica laudatione contenti:qcquid in nos adu/
latio sine pudore congessit tanq̄ debitum ptendimus:optimos nos esse:sapientissimos affirmantibus as/
sentimur:cum sciamus illos sæpe multa mentiri. Adeo quoq; indulgemus nobis:ut laudari uelimus id
cui contraria tam maxime facimus. Mitissimum ille seipsis in suppliciis audit:in rapinis liberalissimum:
in ebrietatibus:ac libidinibus temperatissimum. Sequitur itaq; ut ideo mutari nolimus quia nos optios
esse credimus. Alexander cum iam in India uagaretur:& gentes ne finitimis quidem satis notas bello ua/
staret:in obsidiōe cuiusdam urbis circuiuit muros:& cum imbecillissima mœnium quærit sagitta ictus:
diu persedere:& incepta agere perseuerauit. Deinde cum represso sanguine sicci uulneris dolor cresceret:
& crus suspensum equo paulatim obtorpuisset:coactus assistere. Omnes inquit iurant esse me Iouis fili/
um sed uulnus hoc hominem esse me clamat. Idem nos faciamus cum pro sua quemq; portione adulatio
infatuat. Dicamus:Vos quidem dicitis me esse prudentem. Ego autem uideo q̄ multa inutilia concupiscā:
nocitura optem. nec hoc quidem intelligo:quod animalibus satietas monstrat:quis cibo debeat esse:quis
potioni modus:quantum capiam adhuc nescio iam docebo quemadmodum intelligas te non esse sapien
tem. Sapiens ille plenus est gaudio:hilaris:placidus inconcussus:cum diis ex pari uiuit. Nunc ipse te con/
sule:si nunq̄ mestus es:nulla spes animum tuum futuri expectatiōe solicitat. Si per dies noctesq; par & æq
lis animi tenor erecti & placentis sibi est. Peruenisti ad humani bōi summam:sed si appetis uoluptates: &
undiq;:& omnes:scito tantum tibi ex sapientia quantum ex gaudio deesse. Ad hoc cupis peruenire:sed er/
ras qui inter diuitias illuc te uenturum esse speras:inter honores idem gaudium:inter sollicitudines quæ
ris. ista quæ sic petis tanq̄ datura læticiam ac uoluptatem:causæ doloris sunt. Omnes inq̄ illi tendunt ad
gaudium sed unde stabile magnumq; consequantur:ignorant. ille ex conuiuiis:ex luxuria. ille ex ambitio
ne & circumfusa clientum turba. illa ex amica. alius ex studiorum liberalium uana ostentatione : & nihil
sonantibus litteris. Omnes istos oblectamenta fallacia:& breuia decipiunt:sicut ebrietas quæ unius horæ
insaniam longi temporis tedio pensat sicut plausus & acclamationis secundæ fauor:qui magna solicitu/
dine & partus est:& expiandus:Hoc ergo cogita hunc esse sapientiæ effectum:gaudii qualitatem. talis est
sapientis animus:qualis mundus super lunam:semper illic serenum est. Habes ergo quare uelis sapiēs es/
se quia nunq̄ sine gaudio est. gaudium hoc non nascitur:nisi ex uirtutum conscientia. non potest gaudere
nisi fortis:nisi iustus:nisi temperatus. Quid ergo inquis:Stulti ac mali non gaudent. non magis q̄ prædā
nacti leones cum fatigauerunt se uino ac libidinibus:cum illos nox inter uitia deficit:cum uoluptates an/
gusto corporis ultra q̄ capiebat ingestæ superare cœperunt. Tunc exclamant miseri Virgilianum illum
uersum:Namq; ut supræmam falsa inter gaudia noctem:ægerimus Nosti:omnem luxuriosi noctem ī/
ter falsa gaudia. & quidem tanq̄ supræmam agunt. Illud gaudium quod deos deorumq; æmulos seqtur
non interrumpitur:non desinit : desineret si sumptum esset aliunde:quia non est alieni muneris :nec ar/

bitrii quidem alieni est. Quod non dedit fortuna: non eripit. Vale.

Epistola.lxi. Ambitionem & superfluitatem damnantur parsimoniam prædicat.

q Veror: litigo: irascor: & iam nūc optas: quod tibi optauit nutrix tua. aut pedagogus: aut mater: nōdum intelligis: quantum mali optauerunt. O q̄ inimica nobis sunt uota nostrorum: eo quidē inimicitiora quo cessere fœlicius. Iam non admiror si omnia nos a prima pueritia mala sequuntur: inter execrationes parentum creuimus. Exaudiāt dii quoq; nostram pro nobis uocem gratuitā: quousq; poscemus aliquid deos: quasi ita nondum ipsi alere nos possimus: q̄diu rationibus implebimus magnarum urbium campos: q̄diu nobis populus metet: q̄diu unius mensæ frumētum multa nauigia & q̄dem non ex uno mari subuehent: taurus paucissimorum iugerum pascuo impletur: una silua elephantis pluribus sufficit: Homo & terra pascitur & mari. Quid ergo? Tam insaciabilem nobis aluum natura dedit: cū tam modica corpora dedisset: ut uastissimorum edacissimorumq; animalium auiditatē uinceremus: Minime? Quantulum ē enim quod naturæ datur paruo illa dimittitur. Non fames nobis uētris nostri magno constat: sed ambitio. Hos itaq; ut ait Salustius: uentri obedientes: animalium loco numeremus: non hominum. quosdam uero ne animalium quidem: sed mortuorum. Viuit is q multis usui est. Viuit is q se utitur. Qui uero latitant: & torpent sic in domo sunt: quomodo in conditiuo. Hoꝝ licet in limine ipso nomen marmori inscribas: mortem suam antecesserunt. Vale.

Epistola.lxii. Quomodo sapiens ad mortem debet habere animum.

d Esinamus quod uolumus uelle. Ego certe id ago senex: ne eadē uelle uidear. quæ puer uolui. In hoc unum eunt dies: eunt in hoc noctes: hos opus meum est. hæc cogitatio imponere ueteribus malis finem. Id ago ut mihi instar totius uitæ dies sit: Nec mehercule tanq̄ ultimū rapio: sed sic illum aspicio: tanq̄ esse uel ultimus possit. Hoc animo hanc epistolam tibi scribo: tanq̄ me maxime scribentem mors euocatura sit: paratus sum exire: & ideo fruar uita. quia q̄diu hoc futurum sit: hoc nemini pādi tur. Ante senectutem curaui: ut bene uiuerem: in senectute: ut bene moriar. bene autem mori: ē libenter mori: Da operam nequid unq̄ inuitus facias. quicquid futurum est: necesse ē repugnanti in uolentem necessitas non est. Ita dico qui imperia libēs excipit: partem acerbissimam seruitutis effugit facere quod nolit. Nō qui iussus aliquid facit miser ē: sed qui inuitus facit. Itaq; sit animum componamus: ut quicquid res exigit id uelimus: & in primis finem nostri sine tristitia cogitemus ante ad mortem q̄ ad uitā præparandi sumus. satis instructa uita est: sed nos instrumēto eius auidi sumus: deesse aliquid nobis uidetur & semper uidebitur. ut satis uixerimus: nec anni: nec dies facient: sed animus. Vixi Lucilli charissime quantum satis erat mortem plenus expecto. Vale.

Epistola.lxiii. De simulata & affectata occupatione. Et q̄ breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum uia est.

m Entiuntur qui sibi obstare ad studia liberalia turba negociorum uideri uolunt simulant occupationes: & augent: & ipsi se occupant. Vaco Lucilli: uaco & ubicunq; sum: ibi meus sum. Rebus enī me non trado: sed commendo: Nec consector perpendi temporis causas: & quocunq; constiti loco ibi cogitationes meas tracto: & aliquid in animo salutare conuerso: Cum me amicis dedi: non tamen mihi abduco nec cum illis moror: quibus me tēpus aliquod congregauit: aut causa ex officio nata ciuili: sed cum quoq; optimo sum: ad illos in quocunq; loco: in quoq; seculo fuerint. animum meum mitto. Demetrium uirorum optimum mecum circumfero: & relictis cōciliatis: cum illo seminudo loquor: illum admiror. Quid ni admirer? Vidi nihil ei deesse cōtemnere aliquis omnia potest: omnia habere nemo potest: breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum uia est. Demetrius autem noster sic uiuit: nō tanq̄ contempserit omnia: sed tanq̄ aliis habenda permiserit. Vale.

Epistola.lxiiii. consolatio de amico defuncto:

m Oleste fers decessisse Flaccum amicum tuum: plus tamen æquo dolere te nolo. Illud ut nō doleas uix audebo exigere a te: & esse melius scio. Sed cui ista firmitas animi continget? nisi iam multū supra fortuna me lato. Illum quoq; ista res uellicabit: sed tantū uellicabit. Nobis autem ignosci potest prolapsis ad lachrymas: si non nimiæ decurrerunt: si ipsi illas repressimus. Nec sicci sint oculi amisso amico. nec fluant lachrymandum est: non plorandum. Duram tibi legem uideor ponere: cum poetarum græcorum maximus ius flendi: dederit in unum duntaxat diem cum dixerit etiam Niobā de cibo cogitasse. Quæris unde sint lamentationes? unde immodici fletus? per lachrymas argumēta desiderii quærimus: & dolorem non sequimur: sed ostendimus: Nemo sibi tristis ē. O infœlicem stultitiam: est aliqua & doloris ambitio: Quid ergo inquis obliuiscar amici? Breuem illi apud te memoriam promittis: si cū dolore mansura est. Iam istam frontem ad risum quælibet fortuita res transferet. Non differo in longius tēpus quo desideriū omne mulcet: quo etiā acerrimi luctus residūt. Cō primū te obseruare desieris imago ista tristitiæ discedet. Nunc ipse custodis dolorē tuū: sed custodienti quoq; elabit: eoq; citius quo ē acrior desinit. Id agamus ut iucunda nobis amissoꝝ fiat recordatio. Nemo libenter ad id redit quot nō sine tormento cogitaturus est: Sic illud fieri necesse est: ut cum aliquo nobis morsu: amissoꝝ quos amauimus: nomē occurrat: sed id quoq; morsus sua habet uoluptatē. Nā ut dicere solebat Attalus noster: sic amicoꝝ defunctoꝝ memoria iucūda ē: quomodo poma quædam sunt suauiter aspera: quomodo in uino nimis ueteri ipsa nos amaritudo delectat. Cō uero iteruenit spatiū: omne quod angebat extinguitur: & pura ad nos uoluptas uenit: si illi credimus amicos incolumes cogitare: melle ac placēta frui ē. Eorum qui fuerūt retractatio non sine acerbitate q̄dā iuuat. Quis autē negauerit hæc acria quoq; & habētia austeritatis ali-

quid ſtomachum excitare? Ego nõ idem ſentio. Mihi amicoꝝ defunctoꝝ cogitatio dulcis & blanda eſt.
habui enim illos tanq̃ amiſſurus: amiſi tanq̃ habeã. Fac ergo mi Lucilli quod æquitatẽ tuã decet: deſine be
neficium fortunæ male interpretari. abſtulit: ſed dedit. Ideo amicis auide fruamur: quia q̃diu cõtingere
hoc poſſit: incertum ẽ. Cogitemus q̃ ſæpe illos reliquærimus in aliquã peregrinationẽ longinquã exituri
q̃ ſæpe eodẽ morãtes loco nõ uiderimus. intelligemus plus nos tẽporis in uiuis perdidiſſe. Feras autẽ hos
qui cũ negligentiſſime amicos habeant miſerrime lugent: nec amãt quenq̃ niſi perdiderint. Ideoq; tũc ef
fuſius mœrent: quia uerẽtur ne dubium ſit an amauerint. Sera iudicia affectus ſui relinquunt & quærũt.
Si habemus alios amicos: male de his & meremur & exiſtimamus: quia paꝝ ualent in unius elati ſolatiũ:
ſi non habemus maiorẽ iniuriã ipſi nobis fecimus: quã a fortuna accepimus. illa unũ abſtulit: nos quẽcũq;
non fecimus. deide nec unũ q̃dẽ nimis amauit: qui plus q̃ unũ amare non potuit. Siquis deſpoliatus amiſ
ſa tunica unica: cõplorare ſe malit q̃ circũſpicere quomodo frigus effugiat: & aliquid inueniat quo tegat
ſcapulas: nõne uideaẽ tibi ſtultiſſimus? Quẽ amabas extuliſti: quære quẽ ames. Satius eſt amicũ reparare
q̃ flere. Scio quidẽ pertritũ iam hoc eſſe quod adiecturus ſum. nõ ideo tamen prætermittã: quia ab oĩbus
dictũ ẽ. Finẽ dolendi etiã qui conſilio ſuo nõ fecerit: tẽpore inuenit. Turpiſſimũ autẽ ẽ in homine pruden
te remediũ mœroris: laſſitudo mœrendi. Malo relinquas dolorẽ q̃ ab illo relinquaris. Et q̃primũ id face
re deſiſte: quod ẽt ſi uoles diu facere oon poteris. Annũ fœminis ad lugendũ conſtituere maiores: nõ ut tã
diu lugerent: ſed ne diutius. Viris nullũ legitimũ tempus eſt: q̃a nullũ honeſtũ. Quã tamen mihi ex iſtis
mulierculis dabis uix retractis a rogo: uix a cadauere auulſis: cui lachrymæ in totũ menſem durauerint?
nulla res citius in odiũ uenit q̃ dolor: qui recens conſolationẽ iuenit: & aliquos ad ſe adducit. Inueteratus
uero deridetur: nec immerito. Aut enim ſimulatus: aut ſtultus ẽ. Hæc tibi ſcribo is qui amicũ Serenũ cha
riſſimũ mihi tam immodice fleui: ut quod minime uelim: inter exempla ſim eorũ quos dolor uicit. Ho
die tamen factũ meũ dãno: & intelligo maximã mihi cauſam ſic lugendi fuiſſe: quod nunq̃ cogitaueram:
mori eum ante me poſſe. Hoc unũ mihi occurrebat: iuniorẽ eſſe: & multo minorẽ: tanq̃ ordinẽ fata ſer
uarent. Itaq; aſſidue cogitemus tam de noſtra: q̃ de omniũ quos diligimus mortalitate. Tunc ego debui
dicere minor eſt Serenus meus. Quid ad rem pertinet: poſt me mori debet: ſed ante me poteſt. Quod q̃a
non feci: imparatum ſubito fortuna percuſſit: Nunc cogito omnia & mortalia eſſe: & incerta lege morta
lia. Hodie fieri poteſt quicquid unq̃ poteſt. Cogitemus ergo Lucilli chariſſime: cito eo nos peruenturos:
quo illum perueniſſe mœremus: & fortaſſe ſi modo uera ſapientium fama eſt recipitq; nos locus aliquis
quem putamus periſſe præmiſſus eſt. Vale.

Epiſtola. lxv. De efficacia ſermones boni uiri. Et de augenda doctrina prioꝝ & ueneratione.

f Viſti heri nobiſcũ. poteſt quæri: ſi heri tantũ. Ideo adieci nobiſcũ. mecũ enim ſemper es. Interue
netant quidam amici propter quos maior fumus fieret: non hic qui erũpere ex lautoꝝ culinis &
terrere uigiles ſolet. Sed hic modicus: qui hoſpites ueniſſe ſignificet. Varius nobis fuit ſermo: ut ĩ
conuiuio nullã rẽ uſq; ad exitũ adducẽs: ſed aliunde alio trãſilens. Lectus eni eſt deinde liber. Quinti Sex
tii patris magni: ſi quid mihi credis: uiri: & licet negent Stoici quãtus in illo dii boni uigor eſt: quantũ ani
mi. Hoc nõ in oĩbus philoſophis inuenies. Quorundã ſcripta tantũ claꝝ habent nomen: cætera exanguia
ſunt. Inſtituũt: diſputant: cauillanẽ. oon faciunt animũ: quia non habẽt: Cũ legeris Sextiũ dices uiuit: uiget
liber eſt: ſupra hominẽ ẽ: dimittit me planũ ingentis fiduciæ: in quacunq; poſitione mentis ſum. Cũ hũc
lego: fatebor tibi libet omnes caſus prouocare: libet exclamare. Quid ceſſas fortuna congredere? paratum
uides. illius animũ induo: q quærit ubi ſe experiatur: ubi uirtutẽ ſuã oſtendat. Spumantemq; dari pecora
inter inertia uotis Optat aprũ: aprum aut fuluum deſcendere monte leonẽ. libet aliquid habere quod uin
cam: cuius patientia exercear. Nam hoc quoq; egregium Sextius habet: quod oſtendit tibi beatæ uitæ ma
gnitudinem: nec deſperationẽ eius faciet. ſcies eſſe illã in excelſo: ſed uolenti penetrabilẽ. Hoc idem uirtus
tibi ipſa dabit: ut illam admireris: & tamen ſperes. Mihi certe multũ auferre temporis ſolet: contempla
tio ipſa ſapientiæ. Non aliter illam intueor obſtupefactus: q̃ ipſum iterim mundũ: quem ſæpe tanq̃ ſpecta
tor nouus uideo. Veneror itaq; inuenta ſapientiæ inuentoreſq; adire: tãq̃ multorum hæreditatem iuuat:
mihi iſta acquiſita: mihi iſta laborata ſũt. Sed agamus bonũ patrem familiæ: faciamus ampliora: quæ ac
cepimus: maior iſta hæreditas a me ad poſteros tranſeat. Multũ adhuc reſtat operis: multũq; reſtabit. Nec
ulli nato poſt mille ſecula præcludetur occaſio aliquid ad hæc adiiciendi. Sed etiam ſi omnia a ueteribus
ſunt iuenta: hoc ſemper nouũ erit uſus & inuentoꝝ ab aliis ſcientia & diſpoſitio. Puta relicta nobis medi
camenta: quibus ſanarentur oculi. Non opus eſt mihi alia quærere: ſed hæc tamen modis & temporibus
aptanda ſunt. hoc aſperitas oculoꝝ colleuatur: hoc palpebraꝝ craſſitudo tenuatur: hoc uis ſubita & hũor
auertitur: hoc acuitur uiſus. terras iſta oportet & eligas tempus: Adhibeas ſingulis modũ. Animi reme
dia inuenta ſunt ab antiquis. Quomodo autem adhibeantur: aut quando noſtri operis eſt quærere. Mul
tũ ægerũt: qui ante nos fueruot: ſed non peregerunt: ſuſpiciendi tamen ſunt: & ritu deoꝝ colendi. Quid
ni? Ego maioꝝ uiroꝝ imagines habeã incitamenta animi & natales celebrem. Quid ni? Ego illos hono
ris cauſa ſemper appellem. Quã uenerationẽ præceptoribus meis debeo: eandẽ præceptoribus humanis
generis a quibus tanti boni initia fluxerunt. Si conſulẽ uideo: aut prætorem: omnia quibus honor haberi
ſolet: faciam: equo diſiliam: caput adaperiã: ſemita cædam. Quid ergo Marcũ Catonem Mutiũq; & Læli
um ſapientem: & Socratem cum Platone: & Zenonẽ: Cleantẽq; in animũ meum ſine dignatione ſumma
recipiam. Ego uero illos ueneror: & tantis nominibus ſemper aſſurgo. Vale.

Epiſtola. lxvi. De numero cauſaꝝ mundi ſecundũ uarias ſententias. Et q̃ humanus animus non hæc:

sed diuina semper inspectare debet.

h Esternum diẽ diuisi cũ mala ualitudine ante meridianũ: illa me sibi uendicauit. post meridianũ mihi cessit. Itaq; lectiõe primũ tentaui aĩum: deinde cũ hãc recepisset: plus illi ĩperare ausus sum: ĩmo permittere. Aliquid scripsi: & quidem intentius q̃ soleo: dũ cũ materia difficili contendi & uĩci nolo: donec interuenerũt amici: qui mihi uim afferrent: & tanq̃ ægrũ intemperantem coercerent: in locum stilli sermo successit: ex quo eam partẽ ad te perferam: q̃ in lite est: te arbitrum adduximus. plus negocii habes q̃ existimas. Triplex causa est. Dicunt: ut scis: Stoici nostri: duo esse in rerũ natura ex q̃bus oĩa fiunt: causam & materiam: Materia iacet iners: res ad omnia parata cessatura: si nemo moueat. Causa autem: idest ratio materiã format & quocũq; uult uersat. ex illa uaria opera producit. esse ergo debet unde fiat aliquid: deinde a quo fiat. hoc causa est: illud materia. omnis ars natura imitatio ẽ. Itaq; quoq; de uniuerso dicebam: ad hæc transfer quæ ab homine facienda sunt. Statua & materiã habuit quæ pateretẽ artificem: & artificem qui materiæ daret faciem. ergo in statua materia æs fuit: causa opifex. Eadem conditio rerũ omniũ ẽ: ex eo cõstat quo fit: & ex eo quod facit. Stoicis placet unã causam esse: id quod facit. Aristoteles putat causam tribus modis dici. Prima inquit causa ẽ materia ipsa sine qua nihil potest effici. Secunda opifex. Tertia est forma quæ unicuiq; operi imponitur: tanq̃ statuæ. Nã hãc Aristoteles idos uocat. Quarta quoq; inquit his accedit: propositum totius operis. Quid sit hoc aperiam. æs prima statuæ causa ẽ. nũq̃ enim facta esset nisi fuisset id ex quo funderetur: duceretur ue. Secunda causa artifex ẽ. non enim potuisset æs illud in habitum statuæ figurari nisi accessissent peritæ manus. Tertia causa ẽ forma. neq; enim statua illa doryphoros: aut diadumenos uocaretur: nisi hæc illi esset impressa facies. Quarta causa ẽ faciendi propositum. nisi etiam hoc fuisset: facta non esset: quod ẽ propositum: quod inuitauit artificem: quod ille secutus fecit: uel pecunia ẽ. hoc si uenditurus fabricauit: uel gloria si laborauit in nomen: uel religiosi donum templo parauit. ergo & hæc causa ẽ propter quam fit. An non putas inter causas facti operis esse numerãdum: quo remoto factum non esset. His quintam Plato adiicit exemplar: quam ipse ideam uocat. hoc est enim id ad quod respiciens artifex id quod destinabat effecit. Nihil autem ad rem pertinet: utrum foris habeat exemplar ad quod referat oculos: an intus: quod sibi ipse concepit & posuit. Hæc exemplaria rerũ omnium deus intra se habet. numerosq; uniuersorum quæ agenda sunt: & modos mente complexus ẽ: plenus his figuris est: quas Plato ideas appellat immortales: immutabiles: infatigabiles: innumerabiles. Itaq; homines quidem pereunt: ipsa autem humanitas ad quam homo affingitur permanet: & hominibus laborantibus: intereuntibus illa nihil patitur. Quinque ergo causæ sunt: ut Plato dicit: id ex quo: id a quo: id in quo: id ad quod: id pp q̃d. nouissime id quod ex his ẽ: tanq̃ statua quia de hac loqui cœpimus. id ex quo æs est: id a quo artifex est: id in quo forma est: quæ aptatur illi: id ad quod exemplar est quod imitatur is qui facit: id propter quod faciendi propositũ est: id quod ex istis est: ipsa statua est. Hæc omnia mũdus quoq;: ut ait Plato: habet facientem hic deus est: ex quo fit: hæc materia est: forma hic ẽ habitus: & ordo mundi quem uidemus: exemplar scilicet ad quod deus hãc magnitudinem operis pulcherrimi fecit: propositum propter quod fecit. Quæris quod sit propositum? dei bonitas est. Ita certe Plato ait: quæ deo faciendi mundum fuit causa: bonus est: bona fecit: bono nulla cuiusq̃ boni inuidia est: fecit itaq; q̃ optimũ potuit. Fer ergo iudex sententiam: & pronuncia quis tibi uideatur uerisimillimum dicere nõ quis uerissimũ dicat. Id enim tam supra nos est: q̃ ipsa ueritas. Hæc quæ ab Aristotele & Platone ponitur turba causarũ: aut nimiũ multa: aut nimiũ pauca compræhendit. Nam si quocunq; remoto quid effici non potest: id causam iudicant esse faciendi. Pauca dixerunt: ponant inter causas tempus: nihil sine tempore põt fieri. ponant locũ: si non fuerit ubi fiat aliquid: ne fiet quidem: imponant motũ: nihil sine hoc nec fit: nec perit. nulla sine motu ars: nulla mutatio est. Sed nos nunc primam & generalem quærimus causam: hæc simplex esse debet. nam & materia simplex est. quærimus quæ sit causa. Ratio scilicet faciens id ẽ deus. Ita enĩ quæcunq; retulistis non sunt multæ & singulæ causæ: sed ex una pendent ea quæ faciet. formã dicis causam esse: hanc imponit artifex operi. pars causæ est: non causa Exemplar quoq; non est causa: sed instrumentum causæ necessarium. Sic necessarium est exemplar artifici: quomodo scalprũ: quomodo limã: sine his procedere ars non põt: non tamen hæ partes artis: aut causæ sunt propositũ ĩq̃t artificis propter q̃d ad faciendũ aliquid accedit: causa ẽ ut sit causa: non ẽ efficiens causa: sed supueniens. Hæ ãt innumerabiles sunt: nos de causa generali locuti sumus: illud uero non pro solita ipsis subtilitate dixerunt: totum mundum & consumatum opus causam esse. Multũ enim interest inter opus & causam operis. Aut fer sententiam: aut quod facilius in huiusmodi rebus ẽ: nega tibi liquære & nos reuerti iube. Quid te inquis delectat? tempus inter ita conterere: quæ tibi nullũ affectũ eripiunt: nullam cupiditatem abigunt. Ego q̃dem priora illa ago: attracto quibus pacatur animus & me prius scrutor: deinde hũc mũdũ. nec ego q̃dem tempus: ut existimas: perdo. Ista enim omnia si non concitantur: nec in hanc subtilitatẽ inutilem distrahantẽ attollũt & leuãt animũ: qui graui sarcina pressus explicari cupit: & reuerti ad illa quorũ fuit: Nam corpus hoc animi pondus ac pœna ẽ: præmente illo urgetur. in uinculis est: nisi accessit philosophia & illum respirare rerũ naturæ spectaculo iussit: & a terrenis ad diuina dimisit. hæc libertas eius est: hæc euagatio: subducit interim se custodiæ in qua tenetur: & cœlo reficitur. quemadmodũ artifices ex alicuius rei subtilioris inspectores: qui intentione oculos defatigant: si non magnum & præclarum lumen habent: in publicum prodeũt: & in aliqua regione ad populi ociũ dedicata oculos libera luce delectant. Sic animus in hoc tristi & obscuro domicilio clausus: quotiens potest apertũ petit: & in rerum naturæ contẽplatione requiescit. Sapiens assectatorq; sapientiæ adhæret quidẽ corpore suo: sed optima sui parte abest: & cogitationes

ſitas ad ſublimia intendit:uelut ſacramento rogatus hoc quod uiuit ſtipendiũ putat.& ita formatus ẽ: ut illi nec amor uitæ:nec odiũ ſit:patiturq; mortalia quãuis ſciat ampliora ſupeſſe.Interdicis mihi iſpectionem rerum naturæ:ac a toto abductũ redigis in partem.Ego nõ quærã quæ ſint initia uniuerſorum : qs rerum formator:quia omnia in uno merſa:& materia inerti cõuoluta diſcreuerit.Nõ quærã qs ſit iſtius artifex mundi:qua ratione tanta magnitudo in legem & ordinem uenerit:qui ſparſa collegerit : confuſa diſtinxerit.In una deformitate iacentibus faciem diuiſerit. Vnde lux tanta ſundatur:ignis ſit : an aliquid igne lucidius.Eſto iſta nõ quærã.Ego neſciam unde deſcenderimus:ſemel hæc mihi uidẽda ſint:an ſæpe naſcendum:quo hinc iturus ſim:quæ ſedes expectent animam ſolutam legibus ſeruitutis humãæ. Vetas me cælo intereſſe:ideſt iubes me uiuere capite demiſſo:maior ſum & ad maiora genitus : q̃ ut mãcipium ſim mei corporis.quod equidẽ nõ aliter aſpicio:q̃ uinculũ aliquod libertati meæ circũdatũ.Hoc itaq; oppono fortunæ in quo reſiſtat:nec per illud ad me ullũ tranſire uulnus ſino.Quicquid i me poteſt iniuria pati hoc eſt in hoc obnoxio domicilio.animus liber habitat.Nunq̃ me caro iſta cõpellet ad metũ : nũq̃ ad in dignã bono ſimulationẽ:nũq̃ in honorẽ huius corpuſculi mentiar. Cum uiſum erit diſtrahã cum illo ſocietatem:& nunc tamen dũ hæremus:non:erimus æquis partibus ſocii.Animus ad ſe omne ius ducet: contẽpus corporis ſui:certa libertas eſt.Vt ad propoſitũ reuertar:huic libertati multum cõfert : & illa de qua loquæbamur modo inſpectio.Nẽpe uniuerſa ex materia:& ex deo cõſtãt.deus iſta tẽperat:quæ circũfuſa rectorẽ ſequũtur & ducẽ.potẽtius autẽ eſt ac præcioſius:quod facit:quod eſt deus:q̃ materia patiens dei.Quẽ in hoc mũdo locũ deus obtinet:hũc in hoie animus quod eſt illic materia:id in nobis corpus eſt. Seruiant ergo deteriora melioribus.Fortes ſimus aduerſus fortuita.nõ cõtremiſcamus iniurias:non uulnera:non uincula:nõ ægeſtatẽ.Mors qdẽ aut finis ẽ:aut tranſitus.nec deſinere timeo . Idẽ ẽ enim qđ non cœpiſſe:nec tranſire:quia nuſq̃ tam anguſte ero. Vale.

Incipit liber nonus. Epiſtola.lxvii.Notat eos qui tres gradus bonorũ faciunt.dicens:Tãtũ unũ abſolutũ bonum ſcilicet uirtutẽ incapacẽ augmenti uel detrimenti.Et qua quæcunq; bona ſunt:paria ſunt.



Laranũ condiſcipulũ meum uidi poſt multos annos:non puto expectas:ut adiiciã ſenẽ:ſed mehercule uiridẽ animo:ac uigentẽ:& cũ corpuſculo ſuo colluctantẽ.Inique eni ſe natura geſſit:& talẽ aium male collocauit.aut fortaſſe uoluit hocipſum nobis oſtẽdere:poſſe ingeniũ fortiſſimũ ac beatiſſimũ ſub q̃libet cute latere.Vicit tamẽ omnia impedimenta: & ad cætera contẽnenda a cõtẽptu ſui corporis uenit.Errare mihi uiſus ẽ:q dixit:Gratior ẽ pulchro ueniẽs e corpore uirtus.Nõ enim ullo honeſtamẽto eget:ipſa magnũ ſui decus eſt:& corpus ſuũ conſecrat.Certe claranũ noſtrũ cœpi intueri:formoſus mihi uidetur:& tam rectus corpore q̃ animo.Poteſt ex cauſa uir magnus exire poteſt:& ex deformi humiliq; corpuſculo formoſus animus ac magnus.Quoſdã itaq; mihi uidetur in hoc tales natura generare:ut approbet uirtutẽ omni loco naſci: ſi poſſet per ſe nudos ædere animos feciſſet.Nũc quod amplius ẽ facit.Quoſdã enim dedit corporibus impeditos:ſed nihilominus prorumpẽtes obſtantia.Claranus mihi uideẽ in exemplũ æditus: ut ſcire poſſemus:nõ deformitate corporis fœdari animũ:ſed pulchritudine animi corpus ornari.quãuis ãt pauciſſimos una fecetimus dies.tamẽ multi nobis ſermones fuerũt:quos ſubinde egerã:& ad te permittam.Hoc primũ quæſitũ eſt:quomodo poſſint tria bona eſſe:ſi triplex eorũ cõditio ẽ? Quædã ut noſtris uidetur: prima bona ſunt:tanq̃ gaudiũ:pax:& ſalus patriæ.Quædã ſecunda in materia infœlici expreſſa:tanq̃ tormentoq; patientia:& in morbo graui tẽperãtia.illa bona directo optabimus:hæc ſi neceſſe erit . Sunt adhuc tertia:tanq̃ modeſtus inceſſus:& cõpoſitus ac probus uultus:& cõueniẽs prudenti uiro geſtus.Quomodo iſta inter ſe tria eſſe poſſunt:cum alia optanda ſint:alia aduerſanda? Si uolumus iſta diſtinguere:ad primũ bonũ reuertamur:& cõſideremus id quale ſit animus intuens uera:peritus fugiendoq; ac petẽdorum:nõ ex opinione:ſed ex natura:præcia rebus imponẽs:toti ſe inferens mundo:& in omnes eius actus contẽplationẽ ſuã mittens:cogitationibus actionibuſq; intentus:ex æquo magnus:ac uehemens: aſperis: blandiſq; pariter inuictus:neutri fortunæ ſe ſubmittens.ſupra omnia quæ contingunt:accidũtq; : eminẽs:pulcherrimus ordinatiſſimus cum decore:cum uiribus ſanus:ac ſiccus:imperturbatus:intrepidus: quem nulla uis frangat:quem nec attollant fortuita.nec deprimãt.Talis animus uirtus ẽ:hæc eius eſt facies:ſi ſub unũ ueniat aſpectũ:& ſemel totã ſe oſtendat.Cæterũ multæ eius ſpecies ſunt:pro uitæ uarietate:& pro actionibus explicanẽ:nec minor ſit:aut maior ipſa.decreſcere eni ſummum bonũ nõ poteſt: nec uirtuti ire retro licet:ſed in alias atq; alias qualitates cõuertitur:ad rerum quas actura eſt:habitũ figurata. Quicquid attingit in ſimilitudinẽ ſui adducit:& tingit actiones:amicitias:interdũ domos totas quas intrauit:diſpoſuitq;:cõdecorat.quicquid tractauit:id amabile:cõſpicuũ mirabile facit.Itaq; uis eius & magnitudo ultra non põt ſurgere:quoniã incrementum maximo non ẽ . Nihil inuenies rectius recto:non magis q̃ uerius uero:q̃ tẽperato tẽperatius:omnis in modo ẽ uirtus:modus certa mẽſura eſt. Cõſtantia non habet quo procedat:non magis q̃ fiducia:aut ueritas:aut fides.quid accedere pfecto põt? Nihil aut perfectũ nõ erat cui acceſſit:ergo nec uirtuti quidẽ:cui ſiquid adiici põt:defuit.Honeſtũ quoq; nullã acceſſionẽ recipit.Honeſtum ẽ eni propter iſta quæ retuli. Quid porro decorum & iuſtum & legitimum: nõ eiuſdem fortunæ eſſe putas:certis terminis compræhenſum? Creſcere poſſe imperfectæ rei ſignum eſt: bonum omne in eaſdem cadit leges:iuncta ẽ priuata & publica utilitas:tam mehercule:q̃ inſeparabile ẽ laudandum petendũq; ergo uirtutes inter ſe pares ſunt:& opera uirturũ: & oẽs hoẽs:quibus illæ contigere. Satorũ uero aĩaliũq; uirtutes cũ mortales ſint:fragiles caducæq; ſunt:& icertæ exiliunt:reſidũtq;. & ideo nõ eodẽ præcio extimanẽ.Verũ una inducieẽ humanis uirtutibus regula.una eni ẽ ratio recta:ſimplexq;

nihil est diuino diuinitus:cælesti cælestius:mortalia minuunt:cadunt:deterunt:crescūt:exhauriunt.iple
tur.Itaq; illis in tā incerta sorte inæqualitas est:diuinoꝝ una natura est.Ratio autē nihil aliud est:q̄ in cor/
pus humanū pars diuini spiritus mersa:si ratio diuina est.Nullū autē bonū sine ratione est:bonū oē diui/
nū est.Nullum porro inter diuina discrimē est:ergo nec inter bona.Paria itaq; sunt & gaudium: & fortis
atq; obstinata tormētorū perpessio.In utroq; eni eadē est animi magnitudo:in altero remissa lenta: in al/
tero pugnax & intēta.Quid tu nō putas parē eē uirtutē:eius qui fortiter hostiū mœnia expugnat:& eius
qui obsidiōem patientissime sustinet.Et magnus Scipio Numātiā cludit:& comprimit:cogitq; inuictas
manus in exitiū ipsas suū uerti.Et magnus ille obsessorū animus qui scit se nō esse clusum:cui mors apta
est:& in complexu libertatis expirat.æque reliqua quoq; inter se paria sunt:trāquilitas:simplicitas: libera
litas:cōstantia:æquanimitas:tolerātia.Omnibus eni istis una uirtus subest:quæ animū rectū & indeclina
bilem præstat.Quid est:nihil interest inter gaudiū:& dolorē & inflexibilē patiētiā:nihil quantū ad ipsas
uirtutes:plurimum inter illa in quibus uirtu utraq; ostendit.In altero eni naturalis ē animi remissio ac
laxitas:in altero cōtra naturā dolor.Itaq; media sunt hæc:quæ plurimū iterualli recipiūt.Virtus in utroq;
par est.Virtutē materia nō mutat:nec peiorē fecit dura:ac difficilis:nec meliorem hilaris:& læta.Necesse
est ergo:ut æqualia sint bona utraq;.Ita nec hic potest se melius in hoc gaudio gerere:nec ille melius in il/
lis cruciatibus.Duo autē qbus nihil melius fieri pōt paria sunt.Nā si quæ extra uirtutē posita sint aut mi
nuere illā aut augere possunt.desinit unū bonū esse:quod ē honestū.si hoc cōcesseris:omne honestum pe/
rit.Quare dicam:quia nihil honestū est:quod ab inuito:quod a coacto fit.omne honestū uoluntariū est.
Admisce illi pigritiā:quærelā:tergiuersationē:metum:quod habet in se optimū perdidit:sibi placere nō
potest honestum esse:quod nō ē liberū.Nā quod timet:seruit honestum omne securū ē:tranquillum est:
si recusat aliquid:si cōplorat:si malum iudicat:perturbationem recipit:& in magna discordia uolutatur.
hinc enim species recti uocat:illinc suspitio mali retrahit.Itaq; qui honeste aliquid facturus ē . Quicquid
opponitur:id etiā si incommodum putet malū nō putet uel libens faciat.Omne honestū iniussum incoa
ctūq; ē:sincerū & nulli malo mixtum.Scio quid mihi responderi hoc loco possit . Hoc nobis persuadere
conaris:nihil interesse:utrū aliquis in gaudio sit:an in eculeo iaceat:aut tortorē suū lasset.Poteram respō/
dere.Epicurus quoq; ait:Sapientem si in phalaridis tauro peruratur exclamaturū.Dulce ē & ad me nihil
pertinet.Quid miraris:si ego paria bona dico:alterius positi in gaudio:alterius inter tormēta fortissime
stantis:quod cum incredibilius ē.dicat Epicurus dulces esse terrores.& hoc respondeo plurimū interes/
se inter gaudium & dolorem si quæraē electio.alterū petam:alterū uitabo.illud secundum naturā ē: hoc
cōtra:q̄diu sic extimant:magno inter se dissident spatio:cū ad uirtutē uentum ē.Vtraq; par ē: & quæ per
læta procedit & per tristia.Nullum habet momentum uexatio:& dolor:& quicquid aliud incōmodi ē.
Virtute enī obruiē:quēadmodū minora lumia claritas solis obscurat.Sic dolores:iniurias:molestias uir/
tus magnitudine sua elidit:atq; opprimit & quocūq; affulsit:ibi quicqd sine illa apparet extinguiē nec ma
gis ullā portionē habēt incōmoda:cū in uirtutē inciderint:q̄ in mari nimbus.Hoc ut scias ita esse:ad om/
ne pulchrū uir bonus sine ulla cōctatione percurret.Stet illic licet carnifex:stet tortor atq; ignis pseuera/
bit:nec quid passurus:sed quid facturus sit aspiciet:& se honestæ rei tanq̄ bono uiro credet.Vtilē illā iudi
cabit sibi:tutā:prosperā.Eundem locū habebit apud illū honesta res:Et tristis atq; aspera:quē uir bonus:
pauper:aut exul:aut pallidus.Age dū:pone ex illa pte uirū bonū:diuitiis abundantē:ex altera nihil haben
tem:sed in se omnia bene disponētē.Vterq; æque uir erit bonus etiā si fortuna dispari utetur.Idem ut di
xi in rebus iudicium est:quod in hominibus.Aeque laudabilis uirtus est in corpore ualido ac libero posi
ta q̄ in morbido ac uincto.Ergo tua quoq; uirtus non magis laudabilis ē:si corpus illesum tibi & integrū
fortuna prælstiterit:q̄ si ex aliqua parte mutilatū.Alioquin hoc erit ex seruorum habitu dominū extima/
re.Omnia.n.ista in quæ dominū casus exercet seruilia sunt.pecunia corpus:& honores : imbecilla fluida
mortalia:possessiones incertæ:illa rursus libera & inuicta opera uirtutis:quæ non ideo magis appetenda
sunt:si benignus a fortuna tractenē:nec minus si aliqua iniquitate reꝝ p̄muntē.Quod amicitia in homi
nibus est:hoc in rebus appetitio.Non puto magis amares uirum bonū locupletē:q̄ pauperē: nec robustū
& lacertosum:q̄ gracilem & languidi corporis.Ergo nec quidem rem magis appetes:aut amabis hilarem
ac pacatā:q̄ districtā & operosam.Et si hocē magis eliges ex duobus æque bonis uiris nitidum & unctū:q̄
puluerulētū & horrentē.Deinde hucusq; peruenies:ut magis diligas itegrū omnibus mēbris & illesum
q̄ debilē aut luscū.Paulati fastidiū tuū illo usq; ꝓcedet:ut ex duobus æq̄ iustis ac prudētibus comatū aut
crispulū malis q̄ recaluastrū ubi par ī utroq; uirtus:nō cōparet aliaꝝ reꝝ iæqualitas.Oīa.n.alia nō partes
sed accessiones sunt.Num quis tam iniquam censuram iter suos agit:ut filium suum sanum q̄ ægrū ma/
gis diligat:ꝓcerumue & excelsum:q̄ breuē ac modicū?Fœtus suos nō distiguūt fere:& se ī alimētū omni
um pariter sternunt.Aues ex æquo partiuntur cibos.Vlyxes ad Ithacæ suæ saxa sic properat : quēadmo/
dū Agamēnon ad Mycenarū nobiles muros.Nemo.n.patriā qa magna ē amat:sed qa sua.Quorsum hæc
pertinent.Vt scias uirtutem oīa opera:uelut fœtus suos hisdem oculis intueri æque indulgere omnibus
& quidē impensius laborantibus.Quoniam quidem parentum amor magis in ea quoꝝ miseritur incli
natur.Virtus quoq; opera sua quæ affici uidet:& præmi non magis amat.Sed parētum bonorum more
magis complectitur ac fouet.Quare non ē illum bonum maius altero quia non est quicq̄ apto aptius:qa
plano nihil ē planius.Non potest dicere hoc magis par esse alicui:q̄ illud :ergo nec honesto honestius qcq̄
est.Quod sit par omnium uirtutum natura est:tria genera bonorum in æquo sunt . ita dico in æquo est
moderate gaudere:& moderate dolere:letitia illa non uicit hanc animi firmitatem sub tortore gemitus

deuorantē.illa bona optabilia sunt:hæc mirabilia.Vtraq; nihilominus paria:quia quicquid incōmodi ē:uelamento maioris boni tegit᷑.Quisquis hæc imparia iudicat:ab ipsis uirtutibus auertit oculos:& exteriora circūspicit.Vera bona idē pendēt:idē patent᷑:illa falsa multū habent uani.Itaq; speciosa & magna ēē uident᷑:cū ad pondus reuocata sunt:fallūt.Ita ē mi Lucili:quicqd uera ratio cōmendat solidū & æternū ē.firmat animū:attollitq; semper futuꝝ in excelso.illa quæ temere laudant᷑ & uulgi sententia bona sunt:inflant inanibus lætos.Rursus ea quæ timent᷑ tanq̃ mala iniiciunt formidinem mentibus:& illas non aliter q̃ aīalia species periculi agitant.Vtraq; ergo res sine cā animum:& diffundit & mordet.nec illa gaudio:nec hæc metu digna est.Sola ratio immutabilis:& iudicii tenax est.nō enim seruit.sed iperat sensibus.Ratio rationi par est:sicut rectū recto.Ergo & uirtus non aliud q̃ recta ratio est.Omnes uirtutes ratiōes sunt:sed rōnes rectæ sunt:si rectæ sunt:& pares sunt.Qualis rō est:tales & actiones sunt:ergo & omnes pares sunt.Nam cum similes sint rationi:similes & iter se sunt.Pares autem actiones iter se esse dico:quia honestæ rectæq; sunt.Cæteꝝ magna habebūt discrimina:materia uariante:quæ modo latior est:modo angustior:modo illustris:modo ignobilis:modo ad multos:modo ad paucos pertinēs.In omnibus tamē istis id qđ optimum est:par est:honestæ sunt tanq̃ uiri boni.omnes pares sunt:quia boni sunt:sed habent differētias ætatis.Alius senior est:alius iunior habent corporis.Alius formosus:aliud deformis est:habent fortunæ.Ille diues:hic paup:ille gratiosus:potens:urbibus notus & populis:hic ignotus plærisq; & obscurus.sed p illud quod boni sunt pares sunt de bonis ac malis sensus non iudicat:quid utile sit:qd inutile ignorat.Nō potest ferre sententiam:nisi in rem præsentem perductus ē:nec futuri prouidus ē:nec præteriti memor.Quid sit consequens nescit.Ex hoc aūt reꝝ ordo seriesq; contexit᷑:& unitas uitæ per rectū itura.Ratio ergo arbitra bonorum ac malorum.Aliena & externa pro uilibus habet:& ea quæ nec bona sunt:nec mala:accessiones minimas ac leuissimas iudicat.Omne enim illi bonū in animo est.Cæterum bona quædam prima existimat.ad quæ ex proposito uenit:tanq̃ uictoriam:bonos liberos:salutem patriæ.Quædam secunda:quæ non apparent:nisi in aduersis rebus:tanq̃ æquo animo pati morbū:magnū exiliū.Quædam media:quæ nihilo magis secundū naturā sunt:q̃ contra naturā tanq̃ prudenter ambulare:cōposite sedere.Non enim minus secundū naturam est sedere q̃ stare:aut ambulare.Duo illa bona superiora diuersa sunt.Prima enim secundū naturam sunt:gaudere liberorum pietate:patriæ incolumitate.Secūda contra naturam sunt:fortiter obstare tormentis:& sitim perpeti morbo urente præcordia.Quid ergo aliquid contra naturam bonum est?Minime.Sed id aliquando contra naturam est:in quo bonum illud existit.Vulnerari enim & subiecto igne tabescere:& aduersa ualitudine affligi contra naturā ē:sed inter ista obseruare animū infatigabilē secundū naturā ē.Et ut quod uolo exprimā breuiter.Materia boni aliquādo contra naturam ē:& nunq̃ bonū:quoniam bonū sine ratione nullū ē.Sequit᷑ aūt ratio naturam.Quid est ergo ratio?Naturæ imitatio.Quid ē summū hominis bonū?Ex naturæ uoluntate se gerere.Non est inqt dubium:quin fœlicior pax sit:nunq̃ lacessita:q̃ multo reparata sanguine.Nō est inquit dubiū quin fœlicior res sit:īconcussa ualitudo:q̃ ex grauibus morbis:& extrema minitātibus in tutū ui quadā:& patiētia ducta.Eodem modo nunqd erit dubiū:quin maius bonū sit gaudiū q̃ obxonius animus ad perpetiendū cruciatus uulneꝝ:aut igniū?Minime.illa enim quæ fortuita sunt:plurimū discriminis recipiūt.extimant᷑ aūt utilitate sumentiū.Bonoꝝ unū propositū est:consentire naturæ.hoc contigere in oībus par est.Cum alicuius sententiam in senatu seqmur:non potest dici ille magis assentitur q̃ ille.Ab omnibus in eandem sentētiā itur.Idē de uirtutibus dico.omnes naturæ assentiunt᷑.Idē de bonis dico.omnia naturæ assentiunt᷑.Alter adolescēs decessit:alter senes:aliquis præter hos infans:cui nihil amplius contingit q̃ prospicere uitā.Omnes hi æque fuerunt mortales:etiam si mors aliorum longius uitam passa est procedere.aliorum in medio flore præcidit:alioꝝ interrūpit ipsa pricipia.Alius iter cœnandum solutus est.Alterius somno continuata mors est.Aliquē concubitus extīxit.His oppone ferro transfossos:aut exanimatos serpentū morsu:aut fractos ruina:aut per longam neruoꝝ contractionem extortos minutatim.Aliquoꝝ melior dici:aliquorum peior exitus potest.Mors qdem omniū par est:per quæ uenit diuersa sunt.Id in quod desinunt:unum est?Mors nulla maior:aut minor est.habet enim eundem in omnibus modum finisse uitam.Idem tibi de bonis dico.hoc bonum iter meras uoluptates est:hoc inter tristia:& acerba:illud fortūæ indulgentiam rexit:hoc uiolentiam domuit.Vtrūq; æque bonum est:q̃uis illud plana emolliant:hoc aspera.Idē finis omnium est:bona sunt:laudanda sunt:uirtutem rationemq; comitant᷑.Virtus æquat inter se quicqd agnoscit.Nec est quare hæc inter nostra placita mireris.Apud Epicuꝝ duo bona sunt:ex qbus summum illud beatumq; bonū componit᷑.Vt corpus sine dolore sit:animus sine perturbatione.hæc bona non crescunt si plena sunt.Quo enim crescet quod plenum est?dolore corpus caret:quid ad hanc accedere idolētiam potest?Animus constat sibi:& placidus est.quid accedere ad hanc trāqllitatem potest?Quemadmodum serenitas cœli non recipit maiorem adhuc claritatem in serenissimū nitorem repurgata.Sic hominis corpus animūq; curantis:& bonum suum ex utroq; uertentis perfectus est status:& summā uoti sui īuenit.Sic nec æstus animo est:nec dolor corpori.Siqua extra blandimenta contingunt:non augent summum bonum:sed:ut ita dicam:condiunt & oblectant.Absolutū enim illud humanæ naturæ bonum:corporis & animi pace contentum est.Dabo tibi apud Epicurū etiam nunc simillimam huic nostræ diuisionem bonoꝝ.Alia enim sunt apud illud:quæ mallit contingere sibi:ut corporis quietem ab omni incommodo liberam:& animi remissionem bonoꝝ suorum contemplatione gaudentis.Alia sunt quæ quāuis accidere:nihilominus laudat & probat:tanq̃ illam quā pauloante dicebam:malæ ualitudinis:doloꝝ grauissimoꝝ perpessionem.In qua Epicurus fuit illo summo ac fortūatissimo die suo.Ait enim se uesicæ &

ulcerati uentris tormenta tolerare:ulteriorē doloris accessionē non recipientia. esse nihilominus sibi illū
beatū diem. Beatum autē agere:nisi qui est in summo bono nō potest. Ergo & apud Epicurum sunt hæc
bona:quæ malles nō experiri. Sed qa ita res tulit & amplexanda:& laudanda:& exæquāda summis sunt.
Non potest dici hoc non esse par maximis bonis:quod beatæ uitæ clausulā imposuit. Cui Epicurus extre
ma uoce gratias ægit. Permitte mi Lucili uirorū optime aliqd audacter dicere. Si nulla bona aliis maiora
esse possunt:hæc ego quæ tristitia uidentur mollibus:ac delicatis illis prætulissem. Maius eni est difficilia
præstringere:q̄ læta moderari. Eadem ratione fit scio ut aliquis fœlicitatē bene:& ut calamitatē ferat for
titer:æque fortis esse potest qui pro uallo securus excubuit:nullis hostibus castra tentātibus : & q succisis
poplitibus in genua se excepit:nec arma dimisit. Macte uirtute esto:sanguinolentis:& ex acie redeuntibus
dicitur:Itaq̄ hæc magis laudauerim:bona exercitata & fortia:& cū fortuna rixata. Ego non dubitē quin
magis laudē truncam illā & retorridā manum Mutii q̄ cuiuslibet fortissimi saluā: stetit hostiū flāmarūq̄
contemptor:& manū suā in hostili foculo distillantem perspectauit. donec Porsena cuius pœnæ fauebat:
gloriæ inuidit:& ignē inuito eripi iussit hoc bonū quidē inter prima non numerem:tātoq̄ maius putem
q̄ illa secura:& intenta fortunæ:quanto rarius ē hostem amissa manu uicisse q̄ armata. Quid ergo inquis
hoc bonū tibi obtabis? Quid ni? Hoc enim nisi qui potest & optare:non potest facere. An potius optem:
ut male laxādos articulos exoletis meis porrigā ut muliercula:aut aliquis in mulierculam ex uiro uersus
digitulos meos ducat. Quid ni ego fœliciorē & Mutiū putem:qui sic tractauit ignem quasi illā manū tra
ctatori præstitisset? In integrū restituit quicquid errauerat. Confecit bellū inermis ac mancus:& ista ma
nu trunca Reges duos uicit. Vale.

Epistola. lxviii. Quomodo bonum omne sit optabile.

T a cōmunibus initiū faciā. uer aperire se cœpit:sed iam inclinatū in æstatē quo tempore calere de
u bebat intepuit:nec adhuc illi fides ē. Sæpe enim in hyemē reuoluit. Vis scire q̄ dubium adhuc sit?
Nondū me cōmitto frigido ueri:adhuc rigorē eius timeo. hoc est inquis nec frigus:nec calorē pa
ti. Ita est mi Lucili. Iam ætas mea contenta est suo frigore:uix media relegat æstate. Itaq̄ maior pars in ue
stimentis tegitur. Ago gratias senectuti q̄ me lectulo affixit. Quid ni gratias illi hoc nomine agam? Quic
quid debeam nolle non possum:cū libellis mihi plurimis sermo est:si quādo interuenerunt epistolæ tuæ
tecū esse mihi uideor:& sic afficior animo tanq̄ tibi nō rescribam sed respondeam. Itaq̄ & de hoc qđ quæ
ris quasi colloquar tecū:quale sit una scrutabimur. Quæris an omne bonū obtabile sit? Si bonū est īquis
fortiter torquæri:& magno animo uti:& patienter ægrotare:sequit ut ista obtabilia sint. Nihil aūt uideo
ex istis uoto dignū. Neminē certe adhuc scio eo nomine uotū soluisse:q̄ flagellis cæsus esset : aut podagra
distortus:aut eculeo longior factus. Distingue mi Lucili ista:& intelliges in istis esse aliqd optandum. Tor
menta abesse a me uelim:sed si sustinenda fuerint:ut me in illis fortiter honeste:animoseq̄ gerā optabo.
Quid ni ego malim nō incidere bellū? Sed si iciderit:ut uulnera:ut famē:& omnia quæ belloꝝ necessitas
affert generose feram optabo. Non sum tā demens:ut ægrotare cupiā:sed si ægrotādū fuerit:ut nihil intē
peranter:nihil effœminate faciē:optabo. Ita non optabilia incōmoda sunt:sed uirtus qua perferuntur in
cōmoda. Quidā ex nostris existimant omniū nostrorū fortē tolerantiā nō eē optabilē:sed nec abominan
dam quidē:quia uoto purū bonū peti debet:& tranquillū & extra molestiā positū. Ego dissentio. Quare?
Primū quia fieri nō potest:ut aliqua res bona quidē sit:si optabilis nō sit. Deinde si uirtus optabilis ē. nul
lum autem sine uirtute bonum:& omne bonū optabile est. Deinde etiā si tormentoꝝ fortis patiētia opta
bilis est. Etiā nūc interrogo:nū ne fortitudo optabilis est? At qui picula cōtemnit & ꝓuocat:pulcherrima
pars eius maxime:mirabilis illa est:non credere ignibus:obuiā ire uulneribus:interdū tela ne uitare qdē
sed excipere pectore. Si fortitudo optabilis est. & tormēta patienter ferre optabile est. nec tamen ideo solū
modo ferre tormenta optabile est. hæc enim fortitudinis pars est. Sed separa ista ut dixi:nihil erit qđ tibi
faciat errorem. Non enim pati tormenta optabile est : sed pati fortiter. illud opto fortiter quod est uirtus.
Quis tamen unq̄ sibi optabit? Quædā uota aperta & professa sunt:cum particulatim fiūt. Quædā latent:
cum uno uoto multa cōpræhensa sunt tanq̄ opto mihi uitā honestā. Vita autē honesta actiōibus uariis cō
stat. In hac enim reguli arca est. Catonis scissum manu sua uulnus. Rutilii exiliū. Calix uenenat qui Socra
tem transtulit e carcere in cælū. Ita cū optaui mihi uitā honestā:& hæc optaui sine quibus interdū honesta
non potest esse. O terq̄:quaterq̄ beati. Quis ante ora patrum troiæ sub mœnibus altis Contigit oppete
re? Quid interest optes hoc alicui:an optabile fuisse fatearis? Decius se pro. R. P. deuouit:& in medios ho
stes concitato equo:mortē petens irruit. Alter post hunc paternæ uirtutis æmulus:cōceptis solēnibus ac
iam familiaribus uerbis in aciē confertissimā incurrit:de hoc solicitus tātum ut litaret. Optabilē rē putās
bonā mortē? Dubitas ergo:an optimū sit memorabilē mori:& in aliquo opere uirtutis? Cum aliquis tor
menta fortiter patitur:omnibus uirtutibus utit. fortasse cū una in promptu sit:& maxime appareat patiē
tia. Cæterū illis est fortitudo:cuius patiētia perpessio & tolerātia rami sunt. illic est prudentia:sine qua nul
lum innititur consilium:quæ suadet q̄ effugere non possis q̄ fortissime ferre. illic est constātia:quæ deiici
loco nō potest & propositū nulla ui extorquære dimittit. illic est indiuiduus ille comitatus uirtutū. Quic
quid honeste fit:una uirtus facit:sed ex cōsilii sententia. Quod autē ab omnibus uirtutibus comprobat:
etiam si ab una fieri uidetur:optabile est. Quid tu existimas ea tantum optabilia esse:quæ p uoluptatem
& ocium ueniunt? Quæ excipiunt foribus ornatis? Sūt quædam uoluptatis tristis bona. Cæterum illius
fortitudo est:huius patientia bona sunt:quædā sunt uota:quæ nō gratulātium cœtu:sed adorantium: ue
nerantiumq̄ celebrantur. Ita tu non putas Regulum optasse:ut ad pœnas perueniret? Indue magni uiri

animum:& ab opinionibus uulgi secede paulisper. Cape quantā debes uirtutis pulcherrimæ ac magnificētissimæ speciē:quæ nobis nō thure:nec sertis:sed sudore & sanguine colenda est. Aspice Marcū Catonem sacro illi pectori purissimas manus admouētē:& uulnera parū demissa laxantē. Vtrū tandē illi dicturus es. uellē quæ uelles:sed moleste fero:ac fœliciter quod agis. Hoc loco mihi Demetrius noster occurrit:q uitā securam:& sine ullis incursionibus fortunæ:mare mortuum uocat. Nihil habere ad quod exciteris:ad qđ te concites. Cuius denunciatione & incursu firmitatē animi tui tentes. Sed in ocio incōcusso iacere : non ē tranqllitas:malicia est. Attalus Stoicus dicere solebat:Mallo me fortuna in castris suis q̄ in delitiis habeat. Torqueor:sed fortiter bene est. Occidor:sed fortiter bene est. Audi Epicurum dicet:& dulce est. Ego tam honestæ rei:ac seueræ:nunq̄ molle nomē imponā. Vror:sed inuictus. Quid ni? Hoc optabile sit: nō q urit me ignis:sed q nō uincit. Nihil est uirtute præstantius:nihil pulchrius.& bonum est & optabile : quicqd ex huius geritur imperio. Vale.

Epistola.lxix. In qua ponit quomodo colendū sit ocium:& quid in eo tractandum.

Consilio tuo accedo:absconde te in ocio:sed & ipsum ociū absconde:hoc te facturū Stoicoꝝ etiam sine præcepto:ad exēplū licet scias:sed ex præcepto quoq facias & tibi cum uoles approbabis : nec ad oēm. R. P. mittimus:nec semp:nec sine ullo fine. Præterea cū sapienti. R. P. ipso dignā dedimus id est mundū:nō est extra. R. P. etiā si recesserit:imo fortasse relicto uno angulo:in maiora atq ampliora transit : & cælo impositus itelligit:cum sellam aut tribunal ascenderet:q̄ humili sederit loco. Depono hoc apud te:nunq̄ plus agere sapientē:q̄ cū in conspectū eius diuina atq humana uenerūt. Nūc ad illud reuertor:quod suadere tibi cœperā:ut ociū tuū ignotū sit. Non est quod inscribas tibi philosophiam. Atq etiā aliud proposito tuo nomē impone.ualitudinē & imbecillitatē uocato & desidiā. Gloriari ocio iners ambitio est. Animalia quædā ne inueniri possint uestigia sua circa ipsum cubile cōfundunt. idē tibi faciendū ē. Alioqui non deerunt:qui persequant. Multi aperta transeunt:condita & obstrusa rimant. furē signata sollicitant. Vile uidet quicquid patet. Aperta effractarius præterit. Hos mores habet populus:hos imperitissimus quisq:in secreta irrūpere cupit. Optimū itaq est:nō iactare ociū suū. Iactandi autem genus ē nimis latere:& a conspectu hominū secedere. Ille Tarenti se abdidit. Ille Neapoli inclusus est. Ille multis annis:nō transiit domus suæ limen. Conuocat turbā quisqs ocio suo aliquam fabulam imposuit. Cū secesseris : nō est agendū hoc:ut de te homines loquant:sed ut ipse loquaris tecū. Quid aūt tecum loquaris? Quod homines de aliis libentissime faciunt:de te apud te male existima. Assuesce & dicere ueꝝ:& audire. illud autem maxime tracta:quod in te esse īfirmissimū senties. Nota habet quisq corporis sui uitia. Itaq alius uomitu leuat stomachum. Alius frequenti cibo fulcit. Alius īterposito ieiunio corpus exhaurit & purgat. Hi quoꝝ pedes dolor repetit:aut uino:aut balneo abstinent. In cæteris morbis negligētes huic a quo sæpe infestant: occurrunt. Sic in animo nostro sunt quasi causariæ partes:quibus adhibenda curatio est. Quid in ocio facio? Vlcus meū curo. Si ostenderē tibi pedē turgidū:liuidā manū:aut cōtracti cruris aridos neruos permitteres mihi uno loco iacere & fouere morbū meum. Maius malum est hoc qđ nō possum tibi ostēdere. In pectore tuo collectio & uomica est. Nolo laudes:nolo dicas. O magnum uiꝝ cōtempsit omnia: & damnatis humanæ uitæ furoribus fugit. Nihil damnaui nisi me. Non ē quod proficiēdi causa ad me uenire uelis. Erras qui hinc aliqd auxilii speras:nō medicus sed æger hic habitat. Malo illa dicas:cum discesseris. Ego istū hominē beatū putabā & eruditū. Erexerā aures:destitutus sum. Nihil uidi:nihil audiui:qđ cōcupiscerē ad qđ reuerterer. Si hoc sentis:si hoc loqueris:aliqd perfectum ē. Malo ignoscas ocio meo q̄ inuidias. Ocium inqs Seneca commendas mihi ad Epicureas uoces dilaberis. Ociū tibi commendo in quo maiora agas:& pulchriora:q̄ quæ reliquisti. Pulsare superbas potētiū fores:dirigere in lit̄am senes orbos. Plurimū in foro posse:inuidiosa potentia ac breuis est:& si ueꝝ existimes sordida. ille me grā forensi longe antecedit. ille stipendiis militaribus:& quæsita per hoc dignitate:ille cliētum turba. Est tanti ab hominibus uinci:dum a me fortuna uincatur:cuius turbæ par esse non possum plus habeo gratiæ. Vtinam quidem hoc propositum sequi olim fuisset animus tibi. Vtinā de uita beata:nō in cōspectu mortis ageremus sed nunc quoq non moriamur. Multa enim quæ superuacua esse:& inimica credituri fuimus ratiōi:nūc experientiæ credimus. Quod facere solent:qui serius exeunt & uolūt tempus celeritate reparare. Calcar addamus:hæc ætas optime facit:ad hæc studia iam disputauit. Iam uitia primo feruore adolescentiæ indomita lassauit:non multū superest ut extinguatur. Et quando inqs tibi proderit istud quod in exitu dicis? Aut in quam rem? In hanc ut exeam melior. Non est tamen quod existimes:ullam ætatem aptiorem esse ad bonam mentem q̄ quæ se multis experimentis:longa ac frequenti rerum patientia domuit: quæ ad salutaria mitigatis affectibus uenit. Hoc est breuis huius boni tempus. Quisqs senex ad sapientiam peruenit annis peruenit. Vale.

Epistola.lxx. De uaria loci mutatione uitanda:& redimenda tēporis breuitate.

Mutare te loca:& in alium de alio transilire te nolo. Primum quia tam frequens migratio: īstabilis animi est. Coalescere ocio non potest:nisi desiit circumspicere & errare. Vt animum possis continere:primū corporis tui fugam siste:deinde plurimum continuata remedia proficiunt. Interrumpenda non est quies:& uitæ prioris obliuio. Sine dediscere oculos tuos : sine aures assuescere sanioribus uerbis:quotiens processeris:in ipso transitu aliqua quæ remouent cupiditates tuas tibi occurrent. Quemadmodum & qui amorem exuere conat euitanda est omnis admonitio dilecti corporis. Nihil enim facilius:q̄ amor recrudescit. Ita qui depōere uult desideria omnium reꝝ:quaꝝ cupiditate flagrauit:& oculos & aures ab his:quæ reliquit auertat. Cito rebellat affectus:quocūq se uerterit præcium aliquod præsens

occupationis ſuæ aſpiciet. Nullū ſine auctoramento malū eſt. Auaritia pecuniā ꝑmittit. Luxuria multas ac uarias uoluptates. Ambitio purpurā & plauſum: & ex hoc potentiam: & quicqd potentia poteſt. Merce de te uitia ſollicitant. Hic tibi gratis uiuendū ē. Vix effici toto ſæculo poteſt: ut uitia tam longa licentia tumida ſubigantꝰ: & iugum accipiant: nedum ſi tam breue tempus ex interuallo diſcidimus: unam quamlibet rem uix ad perfectū perducit aſſidua uigilia & intentio. Si me qdem uelis audire: hoc meditare: exercere: ut mortem excipias: & ſi ita res ſuadebit acceſſas. Intereſt nihil: an illa ad nos ueniat: an ad illam nos. Illud imperitiſſimi cuiuſqꝫ uerbū falſum eſſe tibi ipſi perſuade. Bella res eſt mori ſua morte. Illud præterea licet tecū cogites. Nemo niſi ſuo die moritꝰ: nihil perdis ex tuo tempore. Nam qđ relinqs: alienū ē. Vale.

Explicit liber nonus.

Incipit liber decimus. Epiſtola. lxxi. Quomodo immaturæ mortis ſtulta quærela ſit: & ſera mors q̄do præoccupanda ſit: quando differenda.



Oſt longū īteruallū Pompeios tuos uidi: in conſpectu adoleſcentiæ meæ reductus ſum: qcqd illic iuuenis fecerā: uidebar mihi facere adhuc poſſe & Pauloante feciſſe. Prænauigauimus Lucili uitā: & quēadmodū in mari: ut ait Virgilius noſter: Terræqꝫ urbeſqꝫ recedūt. Sic in occurſu rapidiſſimi tēporis. Primū pueritiā abſcondimus. Deinde adoleſcētiā. deinde qcquid eſt illud: iter iuuenē & ſenē mediū in utriuſqꝫ confinio poſitū. deinde ipſius ſenectutis optimos annos: nouiſſime incipit oſtendi publicus finis generis hūani: Scopulū illū eē putamus dementiſſimi. Portus eſt aliquando petendus: nūq̄ recuſandus. In quē ſiqs iter primos annos delatus eſt: & non magis quæri debet q̄ qui cito nauigauit. Aliū enim ut ſcis: uenti ſegnes ludūt ac detinent: & tranquillitatis lentiſſimo tedio laxat. Aliū pertinax flatus celerrime perfert. Idē euenire nobis puta. Alios uita uelociſſime adduxit: quo ueniendū erat: etiā cunctantibus. Alios macerauit & coxit: quæ ut ſcis nō ſemper retinenda eſt. Non enī uiuere bonū eſt: ſed bene uiuere. Itaqꝫ ſapiens uiuit quantum debet: nō quantum poteſt. Videbit ubi uicturus ſit: cum quibus: quomodo: quid acturus. Cogita ſemper qualis uita: nō quanta ſit. Sed ſi multa occurrunt moleſta: & tranquillitatem turbantia emittit ſe. nec hoc tantū in neceſſitate ultima facit: ſed cū primū illi cœperit ſuſpecta eſſe fortuna: diligenter circūſpicit. nunquid illo deſinendum ſit: nihil exiſtimat ſua referre faciat finem: aut recipiat. tardius fiat an citius. Non tanq̄ de magno detrimento timet. Non multum ex ſtillicidio poteſt perdere. Citius mori: aut tardius ad rem nō pertinet. Bene mori: aut male ad rem pertinet. Bene autem mori eſt effugere male uiuendi periculū. Itaqꝫ effœminatiſſimam uocem illius Rhodii exiſtimo: qui cum in caueam coniectus eſſet a tyrāno: & tanq̄ aliquod ferum animal aleretur. Suadenti cuidam ut abſtineret a cibo. Omnia īquit homini: dum uiuit ſperāda ſunt. Vt hoc uerum ſit non omni præcio uita emēda eſt. Quædam licet magna: licet certa ſint: tamē ad illa turpi infirmitatis confeſſione non ueniam. Ego cogitē in eo qui uiuit omnia poſſe fortunam: potius q̄ cogitē in eo qui ſcit mori: nihil poſſe fortunā. Aliquando tamen etiam ſi certa mors inſtabit: & deſtinatū ſibi ſupplicium ſciet: non commodabit pœnæ ſuæ manum. ſi ibi commodaret: ſtultitia eſſet. Stultitia eſt timore mortis mori. Venit qui occidat expecta. Quid occupas? Quare ſuſpicis alienæ crudelitatis procurationē? Verum inuides carnifici tuo: an parcis. Socrates potuit abſtinentia finire uitam: & inedia potius q̄ ueneno mori: triginta tamē dies in carcere & in expectatione mortis exegit. Non hoc animo tanq̄ omnia fieri poſſent: tanq̄ multas ſpes: tam longū tempus reciperet: ſed ut præberet ſe legibus: ut fruendum amicis extremū Socratem daret. Quid erat ſtultius q̄ mortem contemnere: uenenū timere? Scribonia grauis fœmina amita Druſu Libonis fuit adoleſcentis tam ſolidi q̄ nobilis maiora ſperantis: q̄ in illo ſæculo quiſq̄ ſperare poterat: aut ipſe ullo: cum æger a Senatu in lectica relatus eſſet: non ſane frequentibus exæquis. Omnes enim neceſſarii deſeruerant impie iam non rerum: ſed funus habere cœpit conſilium utrum conſciſceret mortem: an expectaret. Cui ſcribonia: Quid te inquid delectat alienū negocium agere? Non perſuaſit illi manus ſibi attulit: nec ſine cauſa. Nā poſt diem tertium aut quartum: inimici moriturus arbitrio ſi uiuit alienum negocium agit. Non poſſis Itaqꝫ de re in uniuerſum pronunciare: cum mortem uis externa occupanda ſit an expectanda. Multa enim ſunt quæ in utranqꝫ partem trahi poſſunt ſi altera mors cum tormēto: altera ſimplex & facilis eſt. Quid ni huic iniicienda ſit manus? Quēadmodū nauim eligā nauigaturus & domū habitaturus. ita mortis genus eligā: qua ſim exiturus e uita. Præterea quēadmodū nō utiqꝫ melior eſt uita longior: ſic peior utiqꝫ eſt mors longior. Nulla in re magis q̄ in morte morē animo genere debemus exeat qua impetū facit. Siue ferꝝ appetit: ſiue laqueū: ſiue aliquā potionē uenas occupantē. Pergat: & uincula ſeruitutis abrumpat. uitam & aliis approbare quiſqꝫ debet mortē ſibi: optīa ē quæ placet. Stulte hæc cogitanꝰ. Aliquis dicit me parum fortiter feciſſe: aliquis nimis temere: aliquis fuiſſe aliquod gēus mortis animoſius. Vis tu cogitare id in manibus eſſe conſilium: ad quod fama non pertinet? Hoc unum intuere: ut te fortunæ q̄ celerrime eripias. Alioquin aderūt: qui de facto tuo male exiſtimant. Inuenies etiā profeſſos ſapientiam: qui uim inferendam uitæ ſuæ negent: & nefas iudicent ipſum interemptorē ſui fieri. Expecta nouum eſſe exitum: quem natura decreuit. Hoc qui dicit: non uidet ſe libertatis uiam claudere. Nihil melius æterna lex fecit: q̄ ꝙ unū introitum nobis ad uitam dedit: exitus multos. Ego expectē: uel morbi crudelitatem: uel hominis: cū poſſim per media exire tormenta. & aduerſa diſcutere. Hoc eſt unū: cur de uita non poſſumus quæri: neminem tenet. Bono loco res humanæ ſunt ſitæ: quia nemo niſi miſeria ſua poteſt eſſe miſer. Placet uiuere: ſi non placet. Licet eo reuerti: unde uenisti. Vt dolorē capitis leuares: ſanguinem ſæpe emiſiſti. Ad extenuandum corpus uena percutitur. Non opus eſt uaſto uulnere diuidere præcordia ſcalpello aperitur. Ad illam magnam libertatē uia: & puncto ſecuritas conſtat. Quid ergo

est quod facit nos pigros inertesq;? Nemo nostrum cogitauit quandoq; sibi in hoc domicilio exeundum: Sic ueteres inquilinos indulgentia loci:& consuetudo etiam inter iniurias detinet. Vis aduersus hoc corpus liber esse? tanq̃ migraturus habita. Propone tibi quandoq; hoc contubernio carendum:fortior eris ad necessitatem exeundi. Sed quemadmodum suus finis ueniet in mentem omnia sine fine concupiscentibus? Nullius rei meditatio tam necessaria est. Alia enim exercentur fortasse in superuacuum. Aduersus paupertatem præparatus est animus. Permansere diuitiæ ad contemptum doloris nos armauimus. Nunquam a nobis exiget huius uirtutis experimentum integri:ac sani fœlicitas corporis:ut fortiter amissorum desideria pateremur præcepimus nobis omnes quos amabamus superstites fortũa seruauit huius unius rei usum qui excitet dies ueniet. Non ẽ ꝙ existimes tantũ magnis uiris hoc robur fuisse:quo seruitutis humanæ claustra perrũperent. Non ẽ ꝙ iudices hæc fieri nisi a Catone non posse q quam ferro non emiserat animam manu extrahit:cum uilissimæ sortis homines ĩgenti impetu in tutũ euaserit. Cumq; cõmodo mori non licuisset:nec ad arbitrium suũ instrumenta mortis eligere:obuia quæq; rapuerũt: & quæ natura non erant noxia in sua tela fecerunt. Nuper in ludo bestiariorum unus e germanis:cum ad matutina spectacula pararetur:secessit ad exonerandũ corpus:nullũ enim aliud ei dabatur sine custode secretum:ibi lignum id quod ad emundanda obscæna adhærente spongia positum est:totũ in gulam farsit:& in præclusis faucibus spiritum emisit. Hoc fuit morti contumeliam facere:ita prorsus parũ unde & ; parũ decenter. Quid est stultius q̃ fastidiose mori? O uirum fortẽ:o dignũ cui fati daret electio:q̃ fortiter ille gladio usus esset:q̃ animosæ in profundam se altitudinem maris:aut abscisse rupis immisisset. Vndiq; destitutus ĩuenit:quẽadmodum & mortem sibi deberet & telum:ut scias ad moriendum nihil aliud in mora esse: q̃ uelle: existimet defectio hominis acerrimi ut cuiq; uisum erit:dum hoc cõstet:præferendam esse turpissimã mortem seruituti mundissimæ. Quoniam cœpi sordidis exemplis uti perseuerabo:plus a se quisq; exiget si uiderit hanc rem etiam a contemptissimis posse contemni. Catones:Scipionesq; & alior quos audire cũ admiratione consueuimus supra imitationem positos putauimus. Iam ego istam uirtutem habere tã multa exempla in ludo bestiario:q̃ in ducibus belli ciuilis ostendam. Cum aduehæret nuper inter custodias: quidam ad matutinum spectaculum missus tãq̃ summo præmente nutaret:caput usq; eo dimisit:donec radiis insereret:& tandiu se in sedili suo tenuit:donec ceruicem circũactus rotæ frangeret:eodem uehiculo quo ad pœnam ferebat ipsam pœnam effugit. Nihil obstat erumpere:& exire cupienti. In aperto nos natura custodit:cui permittit necessitas sua:circunspiciat exitum mollem:cui ad manum plura sunt per quæ sese efferat. Is delectum agat:& qua potissimum liberet consideret:cui difficilis occasio est: is proximam quamq; pro optima arripiat:sit licet inaudita sit noua. Non deerit ad mortem ingenium:cui non defuerit animus. Vides quemadmodum extrema quoq; mancipia:ubi illis stimulos adegit dolor:excitent:& intẽtissimas custodias fallant. ille uir magnus est:qui mortem sibi non tantũ imperauit:sed inuenit. Ex eodẽ tibi munere plura exempla promisi. Secundo Naumachiæ spectaculo unus e barbaris lanceam quã in aduersarios acceperat:totam iugulo suo mersit. Qua re inqt non omne tormentum: non omne ludibrium iamdudum effugio? Quare ego mortem armatus expecto? Tanto hoc speciosius spectaculum fuit: quanto honestius mori discũt homines q̃ occidere. Quid ergo ꝙ animi perditi noxiosi quoq; habent. Non habebunt illi quos aduersus hos casus instruxit longa meditatio:& magistra omniũ rerũ ratio. illa nos docet fati uarios esse accessus finem eundem. Nihil autem interest unde incipiat quod euenit. Eadem illa ratio monet:ut scilicet moriaris sine dolore. sin autẽ nõ potes:fac quẽadmodũ potes:& quicqd obuenerit ad uim afferendã tibi inuadas. Iniuriosum ẽ rapto uiuere. At cõtra pulcherrimũ mori rapto. Vale.

Epistola. lxxii. De consilio ex sententia uitæ captando. Et quomodo mors honesta res sit. Et de fortitudine animi. Et de profectu philosophi.

s Vbinde me de rebus singulis consulis:oblitus nos uasto mari diuidi:cum magna pars consilii sit in tẽpore:necesse est euenire:ut de qbusdã rebus ad te perferat tunc sententia mea cum iam contraria potior est. Consilio enim res aptant. Res nostræ ferunt:immo uoluunt. Ergo consilium nasci sub die debet:& hoc quoq; tardũ est nimis:sub manu quoq; quod aiunt consilium nascat : quemadmodum autem inueniat ostendam. Quotiens quid fugiendum sit:aut quid petendum uoles scire. Ad bonũ summum & propositum totius uitæ tuæ respice. illi enim consentire debet quicquid agimus. Non disponet singula:nisi cui iam uitæ suæ proposita est summa. Nemo q̃uis paratos habeat colores similitudinem reddet:nisi iam constet quid uelit pingere. Ideo peccamus:quia de partibus uitæ omnes deliberamus de toto nemo deliberat. Scire debet quid petat ille qui sagittam uult mittere: & tunc dirigere: ac moderari manu telum. Errant consilia nostra:quia non habent quo dirigant. Ignoranti quem portum petat: nullus suus uentus est. Necesse est ut multum in uita nostra casus possit:quia uiuimus casu qbusdam autem euenit:ut quædam scire se nesciant. Quemadmodũ quærimus sæpe eos cum quibus stamus. Ita plærũq; summi boni finem ignoramus appositum:nec multis uerbis:nec circuitu longo:quod sit summũ bonũ colligis. digito:ut ita dicam:demonstrandum est:nec in multa spargendum. quid enim ad rem pertinet ĩ particulas illud deducere cum possis dicere summum bonum est:quod honestum est? Et quod magis admireris:unum bonum est:quod honestum est. Cætera falsa & adulterina bona sunt. hoc si persuaseris tibi & uirtutem adamaueris:amare enim parum est:quicquid illi contigerit:id tibi qualecũq; aliis uidebit faustum fœlixq; erit:& torqueri si modo tacueris:ipso torquente securior:& ægrotare : si nõ maledixeris fortũæ:si non cesseris morbo. Omnia deniq; quæ cæteris uident mala:mansuescent: & in bonum abibunt. Si super illa eminueris:hoc liqueat nihil esse bonum:nisi honestum:& omnia incommoda suo iure

uocabuntur bona:quæ modo uirtus honestauerit. Multis uidemur maiora promittere q̃ recipit humana conditio:non imerito. ad corpus enim respiciunt. reuertanẗ ad animum iam homines deo metienẗ. Erige te Lucilli uirorū optime:& relinque istū ludū litteratorū philosophorum:qui rem magnificentissimam ad syllabas uocant:qui animū minuta docendo:& dimittunt & conterunt. Fies similis illis qui ista inuenerint:nō qui docent:& id agunt ut philosophia potius difficilis q̃ magna uideaẗ. Socrates qui totam philosophiā reuocauit ad mores:& hanc summā dixit esse sapientiā:bona malaq; distinguere. Sequære inqt illos:siqd apud te habeo auctoritatis. Vt sis beatus:& te alicui stultū uideri sine. Quisqs uolet tibi contumeliam facere:faciat & iniuriā:tu tamen nihil patieris si modo tecū erit uirtus. Si uis īquit beatus esse:si fide bona uir bonus. sine contēnat te aliquis:hoc nemo præstabit:nisi qui omnia bona exequauerit:qa nec bonū sine honesto est:& honestū in omnibus par est. Quid ergo? nihil interest inter præturam. Catonis & repulsam? Nihil interest utrū pharsalica acie Cato uincat an uincat? hoc eius bonū quod uictis partibus non potest uinci:par erat illi bono quo uictor rediret in patriā & cōponeret pacē. Quid ni par sit? Eadem enī uirtute:& mala fortūa uinciẗ:& ordinaẗ bona. Virtus aūt non potest maior aut minor fieri:unius staturæ est. Sed. C. Pōpeius amitet exercitū:sed illud pulcherrimū. R. P. Prætextū (optimates) & prima acies Pompeianaq; partiū Senatus ferens arma uno prælio profligabunẗ:& ram magni ruina imperii in totū dissiliet orbem. Aliqua pars eius in Aegypto:aliqua in Africa:aliqua in Hispania cadet. Nec hoc quidem misere. R. P. continget semel ruere. Omniā licet fiant & Iubā in regno suo:nō locorum noticia adiuuet: non populareū pro rege suo uirtus obstinatissima. Vticensiū quoq; fides malis fracta deficiat. & Scipionem in Africa nominis sui fortuna destituat. Olim prouisum est:ne quid Cato detrimenti caperet: uictus est tamen. Et hoc numera iter repulsas Catonis tā magno animo feret aliquid sibi ad uictoriā: q̃ ad præturam obstitisse. Quo die repulsus ē lusit. Qua nocte periturus fuit legit. eodē loco habuit prætura & uita excedere:omnia quæ acciderent ferenda esse persuaserat sibi. Quid ni ille mutationē. R. P. forti & æquo pateretur animo? Quid enim periculo mutationis exceptū? Non terra:nō cælū:nō totus hic rerū omniū contextus:q̄uis enim deo agente ducaẗ:non semper tenebit hunc ordinē:sed illū ex hoc cursu aliqs dies deiiciet. Certis eunt cuncta tēporibus:nasci debent crescere & extingui quæcunq; supra nos uides currere. & hæc quibus imixti atq; impositi sumus:uelut solidissimus carpētur atq; desinent. Nulli non senectus sua est. Inæqualibus ista spatiis in eodē natura dimittit. Quicquid est non erit:nec peribit:sed resolueẗ. Nobis solui perire est. Proxima enim intuemur. Ad ulteriora nō ꝓspicit mens hebes: & quæ se corpori addixit. alioquin fortius finē sui suorūq; patereẗ:si speraret omnia illa:sic uitā mortēq; per uices ire:& composita dissolui:dissoluta cōponi. In hoc operæ æternā artē cuncta temperātis dei ueiti. Itaq; ut cato cū æuum animo percurreret dicent:omne humanū genus. quod est:quodq; erit morte dānatū est. Oēs quæ usquaq̄q; rerū potiunẗ urbes quæq; alienorum imperiorū magna sunt:& decora:ubi fuerint aliquando quæreẗ:& uario exitu genere tolleneẗ. Alias destruent bella:alias desidia:paxq; ad inertiā uersa cōsumet:& magnis operibus exitiosa res luxus:oēs hos fertiles cāpos repentina maris inundatio abscondet:aut in subita cauernā confidentis soli lapsus adducet. Quid est ergo quare indigner:aut doleā si exiguo momento publica fata præcedo? Magnus animus deo pareat:& quicquid lex uniuersi iubet cūctatione patiatur. Aut in meliorē emittitur uitam lucidius rranquilliusq; inter diuina mansurus:aut certe sine ullo futurus incōmodo:suæ naturæ remiscebiẗ:& reuerteẗ in totū. Non est ergo mi Lucilli Marco Catoni maius bonū honesta uita q̃ mors honesta:quoniā nō itendiẗ uirtus. Idē esse dicebat Socrates ueritatem & uirtutē:quomodo illa non crescit:sic nec uirtus quidem habet numeros suos:plena est. Nō est itaq; ꝗ mireris: paria eē bona: & quæ ex proposito sumenda sunt:& quæ subita res tulit. Nā si hāc inæqualitatē receperis:& fortiter torquæri i bonis minoribus numeres:numerabis etiā in malis:& in fœlicē Socratem dices in carcere:infœlicē Catonem uulnera sua animosius q̃ fecerat retractantē. Calamitosissimū oium regulū fidei pœnas ēt hostibus seruare pendentē. At qui neme hoc dicere ne ex mollissimis quidē ausus est. Negant enim illū eē beatum: sed tamen negant miserū. Academici ueteres beatū quidē esse:etiam inter hos cruciatus fateneẗ: sed nō ad perfectū nec ad plenū:quod nullo modo recipi potest:nisi beatus ē:in summo bono nō ē: qđ summū bonum est supra se gradū nō habet si modo illi uirtus inest:si illa aduersa nō minuūt:sed māet etiā cū minuto corpore incolumis:manet aūt. Virtutē enim intelligo animosam & excelsam quā incitat qcquid infestat. Hūc animū quē sæpe induūt generosæ indolis iuuenes:quos alicuius honestæ rei pulchritudo ꝑcussit:ut oīa fortuita contēnant:profecto sapientia infundet:& tradet:persuadebit unū bonū esse quod honestum:hoc nō intendi nec remitti posse. nō magis q̃ si regulā qua rectū probari solet flectes. quicquid ex illa mutaueris iniuria est recti. Idē ergo de uirtute dicemus & hæc recta est:flexurā non recipit. rigidari quidē amplius nec intendi potest. hæc de oībus rebus iudicat:de hac nulla. si rectior ipsa fieri nō potest:nec quæ ab illa quidē fiunt:alia aliis rectiora sunt. Huic eni necesse est respōdeant:ita paria sunt. Quid ergo inquis iacere in cōuiuio & torquæri paria sunt:hoc mirū uideẗ tibi illud licet magis admireris iacere in cōuiuio malū est:torquæri in eculeo bonū. Si illud turpiter:hoc honeste fit. Bona ista aut mala nō efficit materia: sed uirtus. Hæc ubicunq; apparuerit:oīa eiusdem mēsuræ aut prætii sunt. In oculos nūc mihi manus intē dant ille:qui oium animos extimat ex suo:ꝗ dicā paria esse bona aduersa fortiter portantis:& ꝓspera honeste iudicantis:ꝗ dicā paria esse bona eius qui triūphat:& eius qui ante currū uehitur inuictus aio. Nō putant eni fieri quicqd facere nō possunt:& ex infirmitate sua de uirtute ferunt sententiam. Quid miraris si fueri:uulnerari:occidi:alligari iuuat? Aliquādo etiā libet. Luxurioso frugalitas pœna ē:pigro supplicii loco labor est:delicatis miseria est:cōtinentia industriis:desidioso studere torquæri est. Eodē modo hæc ad

quæ oẽs imbecilli sumus dura atq; intoleranda credimus obliti q̃ multis tormẽtũ sit uino carere:aut pri/
ma luce excitari.Non ista difficilia sunt natura:sed nos fluidi & enerues sumus. Magno animo de rebus
magnis iudicandũ est.Alioquin uidebit̃ illaꝝ uitiũ esse:quod nostrũ est.Sic quædã rectissima cũ in aquã
demissa sunt:speciẽ curui perfractiq; uiscentibus reddũt.Non tantũ qd uideas: sed quemadmodũ refert.
Animus noster ad uera prospicienda calligat.Da mihi adolescentẽ incorruptũ:& igenio uegetum : dicet
fortunatiorem sibi uideri:qui oĩa reꝝ aduersaꝝ onera rigida ceruice sustollat:q̃ qui supra fortunã extat.
Nõ miꝝ est in tranquillitate nõ cõcuti.illud mirare ibi extolli aliquẽ ubi oẽs deprimunt̃.ibi stare ubi oẽs
iacent.Quid est in tormentis?Quid in aliis quæ aduersa appellamus mali?Hoc ut opinor succidere mẽ/
tem:& incuruari & succũbere:quoꝝ nihil sapienti uiro potest euenire:stat rectus sub quolibet pondere:
nulla illũ res facit minorẽ:nihil illi eoꝝ quæ perferenda sunt displicet.Nã quicquid cadere in hominẽ po
test:in se cecidisse quærit̃.Vires suas nouit:scit se aptũ oneri ferendo.Non educo sapientẽ ex hominũ nu/
mero:nec dolores ab illo:sicut ab aliqua rupe nullũ sensum admittẽte submoueo.Memini ex duabus par
tibus esse cõpositũ illũ.Altera est irrationalis:hæc mordet̃.uritur:dolet.Altera rationalis: hæc incõcussas
opiniones habet:intrepida est & indomita.In hac positũ est summũ illud hominis bonũ anteq̃ impleatur
incerta mentis uolutatio est.Cũ uero perfectũ est:immota illa subtilitas est.Itaq; incohatus: & ad summa
procedẽs:cultorq; uirtuti:etiam si appropinquat perfecto bono:sed ei nõdũ summã manũ iposuit: ibi ite/
rim cessabit & remittet aliqd ex intentione mentis.Nondũ.n.incerta trãsgressus est:etiã nũc uersat̃ in lu/
brico.Beatus uero & uirtutis exactæ tũc se maxime amat:cũ fortissime expertus est:& metuenda cæteris.
si alicuius honesti officii præcia sunt nõ tantũ fert:sed amplexatur:multosq; audire mauult:tanto melior
quãto fœlicior:Venio nũc illo quo me uocat expectatio tua:ne extra naturã reꝝ uirtus nostra euagari ui/
deatur:& tremebit sapiens & dolebit:& expellescet.Hi eni omnes corporis sensus sunt. Vbi ergo calami/
tas?ubi illud malũ.Veꝝ est?illic scilicet si ista animũ distrahunt:si ad cõfessionẽ seruitutis adducunt:si illi
pœnitentiã sui faciunt.Sapiens quidẽ uincit fortunã uirtute.At multi professi sapientiam leuissimis non
nunq̃ nimis exterriti sunt.hoc loco nostrũ uitiũ est:qui a sapiente exigimus:& a proficiẽte .Suadeo adhuc
mihi ista quæ laudo:nõdũ ꝑsuadeo:etiã si ꝑsuasissem:nõdũ tã parata haberẽ:aut tã exercitata: ut ad om/
nes casus ꝑcurrerẽt.Queadmodũ lana quosdã colores semel ducit:quosdã nisi sæpius macerata ac recocta
nõ ꝑbibit.Si alias disciplinas igenia cũ accepere ꝓtinus præstãt.Hæc nisi alte descendit & diu sedit:& ani/
mum nõ colorauit:sed infecit:nihil ex his quæ ꝓmiserat præstat.Cito hoc potest tradi:& paucissimis uer
bis unũ bonũ esse uirtutẽ.Nullũ certe sine uirtute:& ipsam uirtutẽ in parte nostri meliore: idest rationali
positã.Quid erit hæc uirtus?Iudiciũ ueꝝ & imotũ.Ab hoc.n.impetus ueniet mentis:ab hoc oĩs spes quæ
impetũ mouet:rediget̃ ad nihilum.Huic iudicio cõsentaneũ erit:omnia quæ uirtute cõtracta sunt: & bo
na iudicare & inter se paria.Corpoꝝ autẽ bona corporibus quidẽ bona sunt:sed in totũ nõ sunt bona.His
quidẽ præciũ erit aliquod.Cæteꝝ dignitas non erit:magnis inter se interuallis distabunt:alia minora:alia
maiora erũt:& in ipsis sapientiam sectantibus:magna discrimina esse fateamur:necesse est alius iã intantũ
ꝓfecit:ut cõtra fortunã audeat attollere oculos:sed nõ pertinaciter.cædũt enim nimio splẽdore præstricti.
Alius iã intantũ ut possit cũ illa cõferre uultũ:si iam ꝑuenit ad summũ:& fiduciæ plenus est.Imꝑfecta ne/
cesse ẽ labant̃;& modo ꝓdeãt:modo sublabant̃:aut succidant.Sublabent̃ autẽ nisi ire & niti perseuerau/
rint:si quicq̃ ex studio:& fideli intẽtione laxauerint.Retro eundũ est.Nemo ꝓfectũ ibi inuenit: ubi reliq̃/
rat.Instemus itaq; & ꝑseueremus plus q̃ profligauimus restat.Sed magna pars ꝓfectus est uelle ꝓficere.
Huius rei cõscius mihi sum.Volo & tota mente uolo te quoq; instinctũ esse:ac magno ad pulcherrima ꝓ
perare ipetu uideo.Properemus ita demũ:uita beneficiũ erit.Alioquin mora ẽ:& quidẽ turpis inter fœda
uersantibus.Id agamus ut nostrũ omne tẽpus sit.Non erit aũt nisi prius nostri esse cœperimus nos.quan
do cõtinget contẽnere utrãq; fortunã.Quãdo cõtinget oĩbus oppressis affectibus:& sub arbitrium suum
adductis:hãc uocẽ emittere uici.Quæ uicerim quæris?Non persas nec extrema Medoꝝ:nec siquid ultra
Dachas bellicosum iacet.Sed auaritiã:sed ambitionẽ:sed metũ mortis q uictores gentiũ uicit.

Epistola.lxxiii.Quod exclusis occupationibus cõtinuato studio philosophandũ sit.Et ꝙ solius sapiẽtis
sit perpetuum gaudium.

Vod quæris a me liquæbat mihi:cũ rẽ edisserẽ per se:sed diu nõ retractaui memoriã meã. Itaq; nõ
q facile me sequitur qđ euenit libris situ cohærentibus hoc euenisse mihi sentio.Explicãdus est ani
mus:& quæcunq; apud illũ deposita sunt:subinde excuti debẽt:ut parata sint quotiẽs usus exege/
rit.Ergo hæc in præsentia differamus.Multũ eni operæ:multũ diligentiæ poscit. Cũ primũ lõgiorẽ eodẽ
loco sperauero morã:tũc istud in manus summã.Quædã enim sunt quæ possis:& incisio scribere:quædã
lectũ & ociũ:& secretũ desiderãt.Nihil minus his quoq; occupatis diebus agit̃ aliqd:& quidem totis.nũq̃
eni non succedẽt occupationes nouæ:serimus illas:itaq; ex una exeũt plures.Deinde sibi nobis dilatiõem
damus.Cũ hæc peregero toto animo incũbã:& si hãc rem molestã cõposuero:studio me dabo. Nõ cũ ua/
caueris philosophandũ est.oĩa alia negligentia sunt:ut huic assideamus:cui nullũ tẽpus satis magnũ ẽ:eti/
am si a pueritia usq; ad longissimos humani æui terminos uita producat̃.Nõ multũ refert: utrũ omittas
philosophiã:an intermittas:nõ eni ubi interrupta est manet:sed eoꝝ more:q̃ intenta dissiliunt:usq; ad ini
tia sua recurrit:quod a cõtinuatione discessit.Resistendũ est occupationibus: nec explicandæ sed submo/
uendæ sunt.Tempus quidẽ nullũ paꝝ idoneũ est studio salutari.At qui multi inter illa nõ studẽt:propter
quæ studendũ est incidet quod impediat:nõ quidẽ eũ cuius animus in omni negocio lætus atq; alacer ẽ.
Imperfectis adhuc intercidit̃ letitia.Sapiẽtis uero cõtexit̃ gaudiũ:nulla causa rumpit̃:nulla fortuna semp

& ubiq; est tranquillũ. non. n. ex alieno pendet: nec fauorẽ fortunæ: aut hominis expectat. domestica illi fœlicitas est: exiret ex animo si intraret: ibi nascitur: aliquando extrinsecus quo admoueaꝛ mortalitas interuenit: sed id leue: & quod summam cutẽ strigat: aliquo inquã incõmodo afflaꝛ animus: sed maximũ illius bonũ intus est fixũ. ita dico extrinsecus aliqua sunt incõmoda: uelut in corpore interdũ robusto: solidoq; eruptiones quædã pustularũ: & ulcuscula. Nullũ in alto malũ est. Hoc inquã ĩterest inter cõsumatæ sapientiæ uiꝝ: & aliũ procedẽtis: quod inter sanũ: & ex morbo graui ac diutino emergentẽ: cui sanitatis loco est leuior accessio: hic nisi attendit: subinde grauaꝛ: & in eadẽ reuoluiꝛ: Sapiẽs recidere non põt: nec incidere quidem amplius. Corpori enim ad tẽpus bona ualitudo est: quã etiã medicus si reddidit non præstat: sæpe ad eundem quẽ aduocauerat excitatur: semel in totũ sanatur. Dicam quomodo intelligas sanũ: si seipso contentus est: si cõsidit sibi: si scit oĩa uota mortaliũ: oĩa beneficia quæ danꝛ: petunturq;: nullũ in beata uita habere momentũ. Nã cui aliqd accidere potest id ĩpfectũ est: cui aliquid abscedere potest ĩpfectũ est: cuius perpetua letitia futura est: is suo gaudeat. Omnia autẽ quibus uulgus inhiat: ultro citroq; fluunt. Nihil dat fortuna mancipio. Sed hæc quoq; tunc fortuita delectant: cũ illa ratio temperauit ac miscuit. Hæc est quæ etiã externa cõmendet quoꝝ auidis usus ingratus est. Solebat Attalus hac imagie uti. Vidisti aliquãdo canẽ missa a domino frusta panis: aut carnis aperto oræ captantẽ: qcquid excipit ꝓtinus integrũ deuorat & semp ad spem uẽturi hiat. Idẽ euenit nobis expectãtibus qcquid fortuna ꝓiecit: id sine ulla uoluptate demittimus statim ad rapinam alterius erecti & attenti. Hoc sapienti nõ euenit: plenus est: & siqd obuenerit secure excipit: ac reponit: lætitia fruiꝛ maxima: cõtinua: sua. Habet aliquis bonã uoluntatẽ: habet ꝓfectũ. sed cui multũ desit a summo: hic deprimiꝛ alternis & extollitur: ac modo in cælũ eleuaꝛ: modo defertꝛ ad terrã. Imperitis ac rudibus nullus ꝓcipitationis finis est. in epicureũ illud chaos decidũt: inane sine termino est. Adhuc ergo genus tertiũ eoꝝ: qui sapientiæ alludũt: quã nõ quidẽ cõtigerũt: in conspectu tamen: & ut id ita dicã: sub ictu habẽt. Hi nõ cõcutiunꝛ: nec defluũt qdẽ nõdum in sicco: iã in portu sunt. Ergo cũ tã magna sint ĩter summos imosq; discrimia: cũ medios quoq; sequaꝛ fructus suus sequaꝛ igens periculũ ad deteriora redeundi: nõ debemus occupationibus indulgere: & excludendæ sunt si semel intrauerint in locũ suum. Alias substinẽt. Pricipiis illaꝝ obstemus: melius nõ incipient q̃ desinẽt. Vale.

Incipit liber undecimus. Epistola. lxxiiii. Quod nulli debent esse pricipibus gratiores: q̃ philosophiæ studẽtes. & de excellẽtissima boni uiri potentia.

ERrare mihi uidenꝛ: q existimãt philosophiæ fideliter deditos cõtumaces eẽ: ac refractarios: & cõtẽptores magistratuũ aut Regũ: eorũue p quos publica administrãꝛ. Ecõtrario. n. nulli aduersus illos gratiores sunt: nec ĩmerito. Nullis. n. plus ꝓstant: q̃ qbus frui tranqllo ocio licet. Itaq; hi qbus plus aditũ ad ꝓpositũ bene uiuẽdi cõfert securitas publica: necesse ẽ auctorẽ huius boni ut parentẽ colãt. Multo qdẽ magis q̃ illi ĩqeti & ĩ medio positi: qui multa prĩcipibus debẽt: sed multa & ĩputant: qbus nunq̃ tã plene occurrere illa liberalitas põt: ut cupiditates illoꝝ quæ crescunt dũ ĩplenꝛ exaciet. Quisqs ãt de excipiẽdo cogitat oblitus accepti est. Nec ullũ hẽt malũ cupiditas maius: q̃ q ĩgrata ẽ. Adiice nunc q numero orũ q in repu. uersanꝛ: quos uicat sed a qbus uincaꝛ aspicit & illis tã nõ iucundũ ẽ multos post se uidere: q̃ graue aliquẽ ante se. Hẽt hoc uitium oĩs ambitio nõ respicit: nec ambitio tantũ instabilis est: ueꝝ cupiditas oĩs: qa incipit semp a fine. At ille uir sincerus: ac purus: q reliqt & curiã & foꝝ: & omnẽ administrationẽ. R. P. ut ad ampliora secederet: diligit eos p quos ei facere hoc tuto licet: soluśq; illis gratuitũ testimoniũ reddit: & magnã rẽ nescientibus debet. Quẽadmodũ ꝓceptores suos: ac suscipit: quoꝝ beneficio in ius exit. Sic & is sub quoꝝ tutela potius exercet artes bõas. Veꝝ quoq; alios Rex uiribus suis ꝓtegit. Quis negat? Sed quẽadmodu Neptumno plus debere se iudicat ex his qui eadẽ trãquillitate usi sunt: qui plura & præciosiora illo mari uexit: & animosius a mercatore q̃ a uectore soluiꝛ uotũ: & ex ipsis mercatoribus effusius gratus est: q odores: aut purpuras: & auro pensanda portabat: q̃ qui uilissima quæq̃: & saburræ loco futura cõgesserat: Sic huius pacis beneficiũ ad omnes ꝑtinentis: altius ad eos ꝑuenit: qui illa bene utunꝛ. Multi eni sunt ex illis togatis qbus pax operosior bello est. An idẽ existimas pro pace debere eos: qui illã ebrietati: aut libidini impẽdunt: aut aliis uitiis quæ uel bello rũpenda sunt: nisi forte tã iniquum esse putas sapientẽ: ut mihi uiriũ se debere pro cõmunibus bonis iudicet: soli: lunæq; plurimũ debeo & nõ uni mihi oriunꝛ: anno tẽperantiq; annũ deo: priuatim obligatus sum: q̃uis nihil ad meũ honorẽ descripta sint. Et stulta auaritia mortaliũ. Possessionẽ: ꝓprietatẽq; discernit: nec quicq̃ suũ credit esse qđ publicum ẽ. At ille sapiẽs nihil iudicat suũ magis: q̃ cuius libet. illi cũ humano genere cõsortium ẽ: nec eni essent ita cõmunia: nisi pars illoꝝ ꝑtineret ad singulos: Socium efficit: etiã quod ex minima portione cõmune est. Adiice nunc q magna & uera bona nõ sic diuidũtur ut exiguum in singulos cadat: ad unumquẽq; tota ꝑueniunt: ex cõgiario tantum ferunt hoies q̃tum ĩ capita ꝓmissum ẽ. Epulum & uisceratio: & qcqd aliud manu capiꝛ: discedit in partes. At hæc ĩdiuidua bona pax & libertas: tã oĩum tota q̃ singuloꝝ sunt. Cogitat itaq; sapiens: per quẽ sibi hoꝝ usus fructusq; contingat: per quẽ nõ ad arma illum nec ad seruandas uigilias: nec ad tuẽda mœnia: & multiplex belli tributum publica uocet necessitas: agitq; gubernatori suo gr̃as. Hoc docet philosophia ꝓcipue bene debere beneficia: bene soluere. Interdũ ãt solutio est ipsa cõfessio. Cõfitebiꝛ ergo multum se debere ei cuius administratione ac ꝓuidentia cõtigit illi pingue ocium & arbitrium sui tẽporis: & ĩpturbata publicis occupationibus quies. O Melibœe deus nobis hæc ocia fecit. Nãq; erit mihi ille semper deus. Si illa quoq; ocia: multũ auctori suo debẽt quoꝝ munus hoc maximum ẽ ille boues errare meas ut cernis & ipm. Ludere quæ uellẽ calamo ꝓmisit agresti. Quãti æstimamus hoc ociũ: quod inter deos agitur: quod deos facit. Ita dico

Lucilli:& te in cælū cōpēdiario uoco. Solebat dicere Sextius Iouē plus nō posse:q̄ bonū uiꝝ. Plura Iuppi/
ter habet:quæ præstet hominibus. Sed inter duos bonos:nō est melior qui locupletior:nō magis q̄ inter
duos:qbus par scientia regendi gubernaculū est:meliorē dixeris cui maius speciosiusq; nauigiū est. Iuppi
ter quo antecedit uiꝝ bonū diutius bonus est. Sapiens nihilo se minoris existimat ꝙ uirtutes eius breuio
re spatio claudunt. Quēadmodum ex duabus sapiētibus qui senior decessit:nō est beatior eo cuius inter
pauciores annos terminata uirtus est. Sic deus nō uincit sapientē fœlicitate:etiā si uincat ætate. Nō est uir/
tus maior quia longior. Iuppiter oia habet. Sed nēpe aliis tradidit habenda. Ad ipsum hic unus usus perti
net ꝙ utendi oibus causa est. Sapiēs tā æquo animo:omnia apud alios uidet:cōtēnitq; q̄ Iuppiter:& hoc
se magis suspicit q̄ Iuppiter illis uti nō potest:sapiens nō uult. Credamus itaq; Sextio mōstranti pulcherri
mum iter:& clamanti:hac itur ad astra:hac secundū frugalitatē:hac secundū temperantiā:hac secūdū for/
titudinem. Non sunt dii fastidiosi:non inuidi:admittunt & ascendentibus manus porrigunt. Miraris
hominem ad deos ire:ad homines deus uenit:immo quod est proprius in homines uenit. Nulla sine deo
mens bona est. Semina in corporibus humanis diuina dispersa sunt:quæ si bonus cultor excipit similia
origini prodeunt:& paria his ex quibus orta sunt. Si malus non aliter q̄ humus sterilis:ac paulstris necat:
ac deinde creat purgamenta pro frugibus. Vale.

Epistola. lxxv. De ināi mœtu:& ex quibus causis oriaᵗ:& quibus purgetur remediis. Et ꝙ ea quæ uul/
gus habet pro eximiis bona non sunt. contra quæ oppositionem subiicit cum solutione.

Pistola tua delectauit me:& marcescentē excitauit:memoriā quoq; in eā quæ iam mihi segnis:ac
e lenta erat euocauit. Quid ni tu mi Lucilli:maximū putes instrumentū beatæ uitæ hanc persuasio
nem unū bonū esse:quod honestū est. Nā qui alia bona iudicat:in fortunæ uenit potestatem:aliēi
arbitrii fit. Qui omne bonū honesto circūscripsit:intra se fœlix est. hic amissis liberis mestis:hic solicitus
ægris:hic turpibus:& aliquā passis infamiā tristis. illū uidebis alienæ uxoris amore cruciari:illū suæ. nō de
erit quē repulsa distorqueat. Erūt quos ipse honor uexet. illa uero maxima est ex oi mortaliū populo tur
ba miseroꝝ:q̄ expectatio mortis exagitat undiq; impēdens. Nihil est eni unde nō subeat. Itaq; ut in hosti/
li regione uersantibus:huc & illuc circūspiciendū est:& ad omnē strepitū:circūagenda ceruix. nisi hic ti/
mor e pectore eiectus est:palpitantibus præcordiis uiuitur. Occurrent acti in exiliū:& euoluti bonis. Oc/
currēt:quod genus ægestatis grauissimū est:in diuitiis inopes. Occurrēt naufragi similiaue naufragis pas/
si:quos aut popularis ira:aut inuidia:pernicioꝝ optimis telū:inopinātes securosq; deiecit procellæ more
quæ in ipsa sereni fiducia solet emergere:aut fulminis subiti:ad cuius ictū etiā uicina tremuerūt. Nā ut il/
lic quisq; ab igne propior stetit percusso similis obstupuit:sic & in his per aliquā uim accidētibus uictū
calamitas opprimit. Cæteros metus:parēq; passis tristitiā facit:pati posse:omniū animos:mala aliena:ac
repētina solicitāt. Quēadmodū aues inanis fundæ sonus territat. Ita nos nō ad ictū tātū exagitamur:sed ad
crepitū. Non pōt ergo quisq̄ beatus esse:qui huic se opinioni credidit. Nō eni beatū est:nisi quod intrepi/
dum. Inter suspecta male uiuiᵗ. Quisq̧s se multū fortuitis dedit:īgentē sibi materiā perturbationis:& in/
explicabilē fecit. Vna hæc uia est ad tuta uadēti:& externa despicere:& hōesto contētum esse. Nā qui aliqd
uirtute melius putat:aut nullum præter illā bonum:ad hæc q a fortuna spargunᵗ sinum expandit:& so/
licitus missilia eius expectat. Hāc imaginē aio tuo propone:ludos facere fortunam:& in hunc mortalium
coetum:honores:diuitias:gratiā excutere:quoꝝ alia īter diripiētium manus scissa sunt:alia īfida societa/
te diuisa:alia magno detrimēto eoꝝ. In quos deuenerunt ꝑhensa. Ex quibus quædā aliud agentibus īcide
runt:quædā quia nimis captabanᵗ amissa:& dum auide rapiunᵗ expulsa sunt. Nulli uero ēt cui rapina fœ/
liciter cessit gaudium rapti durauit in posteꝝ. Itaq; prudētissimus qsq; cum primum īduci uidet munu/
scula a theatro fugit:& scit magno parua cōstare. Nemo manum conserit cum recedēte:nemo exeunte se/
rit. Circa ꝓmium rixa ē. Idē in his euenit quæ fortuna de sup iactat. Aestuamus miseri distriguimur:mul/
tas habere cupimus manus mō in nullā respicimus:nimis tarde nobis mitti uidenᵗ:quæ cupiditates no/
stras irritāt ad paucos puētura oibus expectata. Ire obuiā cadētibus cupimus:gaudemus siqd iuasimus:in
uadēdiq; aliquos spes uana delusit. Vilē prædā magno aliquo īcōmodo luimus:aut īde fallimur. Seceda/
mus itaq; ab istis ludis:& demus raptoribus locum:secedamus. illi spectēt bona ista pendentia:& ipsi ma
gis pēdeāt. Quicunq; beatum eē se cōstituet;unum eē bonum putet:qđ hōestum ē. Nā si ullum aliud ex/
stiat. Primum male de prouidētia iudicat;qa multa īcōmoda iustis uiris accidūt:& qcqd nobis dedit:bre/
ue ē & exiguum. Si cōpares mundi totius æuo:ex hac deploratione nasciᵗ ut īgrati diuioꝝ īterpretes si/
mus. Quærimur ꝙ nō semp:ꝙ & pauca nobis & īcerta:& abitura cōtigāt. Inde ē ꝙ nec uiuere:nec mori
uolumus. Vitæ nos odium tenet:tior mortis mutat oē cōsiliū:nec īplere nos ulla fœlicitas pōt. causa āt est
ꝙ nō puenimus ad illud bonū īmēsum & īsupabile:ubi necesse ē resistat uoluntas nostra:qa ultra summā
nō ē locus. Quæris quare uirtus nullo ægeat:præsentibus gaudet:non cōcupiscit absentia:nihil uero illi
magnum ē. qa satis ab hoc discere iudicio non pietas cōstabit:nō fides. multa utrāq; præstare cupienti pa/
tienda sunt. Ex his quæ mala uocātur:multa īpendenda. Ex his qbus īdulgemus tanq̄ bonis. Perit forti/
tudo:quæ periculum facere debet sui. perit magnanimitas quæ nō potest emiere:nisi oia uelut minuta
cōtempsit quæ pro maximis uulgus optat. perit gratia:& relatio gratiæ existimaᵗ labor:si quitq̄ prætio/
sius fide nouimus:si non optima spectamus. sed ut illa prætereā:aut ista bona nō sunt quæ uocanᵗur:aut
homo fœlicior deo est. quoniā quidē quæ parata sunt nobis:nō habet in usu deus. Nec enim libido ad illū
nec epulaꝝ leticia:nec opes:nec quicq̄ ex his hominē inescātibus:& uili uoluptate ducētibus pertinet. Er/
go aut īcredibile est bona deo deesse:aut hoc ipsum argumentū est bona non esse quæ deo desunt. Aduce

ꝙ multa quæ bona uideri uolūt:animalibus q̄ hominibus pleniora cōtingūt.illa cibo auidius utunt̄:uenere nō æquæ fatigant̄:uiriū illis maior ē:& æquabilior firmitas.Sequitur ut multa fœliciora sint hoīe.nā sine nequitia:sine fraudibus degūt:fruūtur uoluptatibus:quas & magis capiūt & ex facisi sine ullo pudoris & penitētiæ metu.Considera tu itaq̄:an id bonū uocandū sit:quo deus ab homine uincitur.Sūmū bonū in animo cōtineamus:obsolescit si ab optima nostri parte ad pessimā transit:& trāsfertur ad sensus qui agiliores sunt animalibus mutis.Nō est summa fœlicitas nostræ in carne ponenda.Bona illa sunt uera:quæ ratio dat solida:ac sempiterna:quæ cadere nō possunt nec decrescere qdē:aut minui.Cætera opinione bona sunt:& nomen quidē habēt cōmune cū ueris.Proprietas autē boni in illis nō est.Itaq̄ cōmoda uocent̄:& ut nostra lingna loquar producta.Cæteꝝ sciamus mācipia nostra eē nō partes & sint apud nos:sed ita ut meminerimus extra nos esse:ēt si apud nos sunt.Inter subiecta & humilia numerent̄:propter quæ nemo se attollere debeat.Quid eni est stultius:q̄ aliquē sibi placere eo ꝙ ipse non fecit?Oīa ista nobis accedāt:nō hæreant:ut si abducant̄ sine ulla nostri laceratiōe discedāt.Vtamur illis:nō gloriemur & utamur parce:tanq̄ depositis apud nos & abituris.Quisqs illa sine rōne possedit:nō diu tēuit:ipsa enim fœlicitas:nisi tēperet̄:præmit:fugacissimis bōis si credidit:cito deserit̄:& ut deserat̄.affligit̄.Paucis deponere fœlicitatē molliter licuit.Cæteri cū his īter quæ eminuere labunt̄:& illos degrauant illa quæ extulerant.Ideo adhibeat̄ prudentia:quæ modū illis ac parsimoniā imponat.Quoniā quidē licentia opes suas præcipitat:atq̄ urget:nec unq̄ in modica durarūt:nisi illa moderatrix ratio cōpescuit.Hoc multarū tibi urbiū ostendit euētus:quaꝝ quædā in ipso flore luxuriosa imperia ceciderūt:& quicquid uirtute partum erat:intemperantia corruit.Aduersus hos casus muniendi sumus.Nullus autē cōtra fortunā inexpugnabilis murus est.Intus instruamur:si pars illa tuta est.Pulsari homo pōt:capi nō pōt.Quid sit hoc īstrumētum scire desideras?Nihil idignetur sibi accidere:sciatq̄ illa ipsa quibus lædi uidet̄ ad cōseruationē uniuersi pertinere:& ex his esse quæ cursum mūdi officiūq̄ cōsumāt.Placeat homini quicqd deo placuit:ob hoc ipsum se suaq̄ miret̄:ꝙ nō pōt uinci:ꝙ mala ipsa sub se tenet:ꝙ ratione qua ualentius nihil ē casum dolorēq̄ & iniuriā subigit.Ama rationē:huius te amor cōtra durissima armabit.Catuloꝝ amor in uenabula impingit feras:quas feritas & incōsultus impetus præstat indomitas.Iuuenilia nōnunq̄ igenia cupido gloriæ in contēptū tā ferri q̄ igniū misit.Species quosdā atq̄ umbra uirtutis i mortē uolūtariā trudit.Quāto his oībus fortior ratio est:quāto cōstātior:tanto uehementius per metus ipsos & pericula exibit.Nihil agitis īquit:ꝙ negatis ullū esse aliud ab honesto bonū.Non faciet uos hæc munitio a fortuna tutos & īmunes.Dicitis eni inter bona esse liberos pios & bene moratā patriā & parētes bonos.horum pericula non potestis spectare securi:perturbabit uos obsidio patriæ:liberoꝝ mors:parentū seruitus.Quid aduersus hos pro uobis respōderi soleat:ponā.Deinde tunc adiiciā:quid præterea respondendū putē.Alia conditio est in his quæ ablata in locū suum aliqd icōmodi substituūt:tanq̄ bōa ualitudo uitiata in malā trāsfertur.Acies oculoꝝ extincta cæcitate nos afficit.Nō tantū uelocitas perit poplitibus incisis:sed debilitas pro illa subit.Hoc nō est periculū in his quæ paulo ante retulimus.Quare si amicū bonū amisi:nō ē mihi pro illo perfidia patienda:nec si bonos liberos extuli in illoꝝ locū impietas succedit.Deinde nō amicorum illis:aut liberoꝝ īteritus:sed corpoꝝ est.bonū āt uno modo perit:si in malum transit:quod natura nō patit̄:quia omnis uirtus:& omne opus uirtutis incorruptum manet.Deinde etiam si amici perierunt ēt si probati respondentesq̄ uoto patris liberi ē:quod illoꝝ expleat locum.Quid si quæris ꝙ illos quoq̄ bonos fecerat uirtus?Hæc nihil uacare patit̄ loci:totū animū tenet:desideriū omnium tollit:sola satis ē:Omniū eni bonoꝝ uis & origo in ipsa est.Quid refert an aqua decurrens intercipiatur atq̄ abeat:si fons ex quo fluxerat saluus est.Non dices uitā tristiorē:saluis liberis q̄ amissis:nec ordinatiorem:nec prudentiorem:nec honestiorem.ergo nec meliorē quidē.Nō facit electio amicoꝝ sapientiorē:non facit stultiorē detractio.ergo nec beatiorem:aut miseriorem.Quandiu uirtus salua fuerit:non senties quid abscesserit.Quid ergo?Non est beatior & amicorum:& liberorum turba succinctus.Quid ni nō sit?Sūmū eni bonum nec infringitur:nec augetur:in suo modo permanet.Vtcūq̄ fortuna se gessit:siue illi senectus longa contigit:siue citra senectutē finitus est.Eadē summi boni mensura est:q̄uis ætas diuersa sit:utrū maiorē aut minorem circulū scribas:ad spatiū eius pertinet:nō ad formā:licet alter diu manserit:alteꝝ statim obduxeris:& in eum ī quo scriptus est puluerē solueris:in eadem uterq̄ forma fuit.Quod rectū est:nec magnitudine existimatur:nec numero:nec tempore:nec magis produci q̄ contrai pōt.honestā uitā ex centum annoꝝ numero:inquantum uoles corripe:& in unum diē coge:æque honesta est.Modo latius uirtus funditur.Regna:urbes:prouincias tēperat:fert leges:colit amicitias:inter ꝓpinquos liberosq̄ dispensat officia.Modo arto fine circūdatur paupertatis:exilii:orbitatis.nō tamē minor est:si ex altiore fastigio in priuatū:ex regio in humilē subducitur:ex publico & spatioso iure in angustias domus uel anguli coit.Aeque magna est etiam si in se recessit undiq̄ inclusa.Nihilominus enim magni spiritus est:& erecti exactæ prudentiæ:indeclinabilis iustitiæ.ergo æque beata est.Beatum enim illud uno loco positū est:in ipsa mente stabile:grande tranquillum quod sine scientia diuinoꝝ humanorumq̄ non potest effici.Sequitur illud quod me responsuꝝ esse dicebam.Non affligitur sapiens liberorum amissione:non amicorum eodem enim animo fert illoꝝ mortem quo suam expectat.non magis hanc timet:q̄ illam dolet.uirtus eni conuenientia cōstat:omnia opera eius cum ipsa concordant & congruunt.hæc cōcordia perit:si animus quē excelsum esse oportet:luctui:aut desiderio submittitur.Inhonesta est omnis trepidatio & solicitudo:& i ullo actu pigricia.Honestum eni securum:& expeditum est:īteritum est:i procīctu stat.Quid ergo?Non aliquid perturbatiōi simile patietur?Non & color eius mutabitur:& uultus agitabitur:& artus re-

,frigeſcent:& quicquid aliud non ex imperio animi:ſed īconſulto quodã naturæ impetu geritur? Fateor.
.ſed manebit illi perſuaſio eadẽ:nihil illoꝝ malũ eẽ:nec dignũ:ad qđ mens ſana deficiat.Omnia quæ faci/
enda erunt:audacter facit & prompte.Hoc enim ſtultitiæ propriũ quis dixerit:ignaue & contumaciter fa
cere quæ fatiat:& alio corpus impellere:alio animũ:diſtrahiq; inter diuerſiſſimos motus.Nam propter il
la ipſa quibus extollit ſe:miraturq; contenta eſt:& ne illa q̃dem quibus gloriatur libenter facit.Si uero ali/
quod timetur malũ eo proinde dũ expectatur q̃ſi ueniſſet urgeť.& quicquid ne patiatur:timet: iam me/
tu patiť.Quemadmodũ in corporibus infirmis languorem ſigna præcurrũt.quædam enim ſegnitia eſt
neruis:& ſine ullo labore laſſitudo & oſcitatio:& horror mẽbra percurrens.Sic īfirmus animus:muto an
te q̃ opprimať malis quibus quatiť:præſumit illa:& ante tempus cadit.quid aũt dementius: q̃ angi futu/
ris:nec ſe tormento reſeruare:ſed accerſere ſibi miſerias:& admouere:quas optimũ eſt differre: ſi diſcute/
re non poſſis? Vis ſcire futuro neminem debere torquæri.Quicunq; audierit poſt quinquageſimũ annũ
ſibi patienda ſupplicia:non perturbať:niſi medium ſpatium tranſilierit:& ſe in illo ſæculo poſt futurã ſo/
licitudinem immiſerit.Eodem modo fit ut animos libenter ægros:& captantes cauſas doloris uetera atq;
oblitterata contriſtent:& quæ præterierunt:& quæ futura ſunt:abſunt.neutra ſentiamus.Non eſt autem
niſi ex eo quod ſentias dolor. Vale.

Epiſtola.lxxvi.ꝙ etiã in ſenectute diſcendũ ſit.Et ꝙ propriũ hominis bonũ ratio uel uirtus eſt.

Nimicitias mihi denuncias:ſi quicq̃ ex his quæ quotidie facio ignoraueris.Video q̃ ſimpliciter te
i cum uiuã.Hoc quoq; tibi cõmittã:philoſophũ audio.& q̃dem iã quintũ diẽ habeo:ex quo ī ſcho/
lam eo:& ab octaua hora diſputantẽ audio:bona inquis ætate.Quid ni bona? Quid autẽ ſtultius
eſt q̃ quæ diu nõ didiceris:nõ diſcere? Quid ergo idem faciam:quod troſſuli:& iuuenes? Bene mecũ agi/
tur:ſi hoc unũ ſenectutem meã decet.omnis ætatis homines hæc ſchola admittit:in hoc ſeneſcamus ut iu
uenes ſequamur.In theatrũ ſenex ibo:& in circũ deferar:& nullũ par ſine me depugnabit.ad philoſophũ
ire erubeſcam? Tandiu diſcendũ eſt:q̃diu neſcias:ſi prouerbio credimus:q̃diu uiuas.Ego tamẽ illic aliq̃d
doceo.Quæris quid doceam? Etiã ſeni eſſe diſcendum.Pudet aũt me generis humani quotiẽs ſcholas in
traui:præter ipſum theatrum Neapolitanoꝝ:ut ſcis:tranſeundũ eſt Metronatis domũ petẽtibus illud q̃
dem faꝫ eſt:& ingenti ſtudio quis ſcit pitãulus bonus iudicať.habet tubicem quoq; gratus:& præco cõ/
curſum.At in illo loco in quo uir bonus quæriť:in quo uir bonus naſciť: pauciſſimi ſedẽt.& hi plæriſq;
uideñť nihil boni negocii habere quod agunt:inepti:& inertes uocãtur.Mihi contigat iſte deriſus: æquo
animo audienda ſunt:imperitoꝝ conuitia:& ad honeſta uadendi contẽnendus eſt ipſe contemptus.Per
ge Lucilli:& propera tibi:ne tibi accidat ꝙ mihi:ut ſenex diſcas.immo ideo magis ꝑpera:quoniam id nũc
aggeſſus es:quod perdiſcere uix ſenex poſſis.Quãtũ inquis proficiam? Quãtũ tẽtaueris? quid expectas?
Nulli ſapere caſu obtigit pecunia ueniet ultro:honor offeretur:gratia & dignitas fortaſſe ingerentur tibi.
Virtus in te non incidet:ne leui quidem opera:aut paruo labore cognoſcitur:ſed eſt tanti laborare:omnia
bona ſemel occupantur.Vnum eſt enim bonum quod honeſtũ.In illis nihil iuenies ueri:nihil certi: quæ/
cunq; famæ placent.Quare hoc unũ ſit bonũ:quod honeſtum dicam.Quoniã paꝝ me executum priore
epiſtola iudicas:magiſq; hanc rem tibi laudatã:q̃ probatam putas:& ut in actũ quæ dicta ſunt cõtraham:
omnia bono ſuo conſtant.Vitem fertilitas cõmẽdat:& ſapor uinũ:& uelocitas ceruũ:q̃ fortia iumẽta dor/
ſo ſint quæris:quoꝝ hic unus eſt uſus:ſarcinas ferre.In cane ſagacitas.Prima eſt:ſi inueſtigare debet feras:
curſus:ſi conſequi:audacia:ſi mordere & inuadere.Idq; in quoq; optimum eſſe debet cui naſcitur:quo cẽ/
ſetur.In homine quid optimũ eſt? Ratio:hac antecedit animalia:deos ſequitur.Ratio ergo perfecta pro/
prium hominis bonum eſt:cætera illi cum animalibus ſatis communia ſunt.Valet & leones:formoſus ẽ:
& pauones.Velox eſt:& æqui.Non dico in his omnibus uincitur:non quæro quid in ſe maximum habe
at:ſed q̃d ſuũ:corpus habet & arbores:habet impetũ ac motum uoluntarium & beſtiæ & uermes:habẽt
uocem:ſed quanto clariorem canes? Acutiorem aquilæ? grauiorem tauri? Dulciorem:mobiliotemq; lu/
ſciniæ? Quid in homine proprium? Ratio:hæc recta & conſumata fœlicitatem hominis impleuit.Ergo
ſi omnis res:cum bonũ ſuum perfecit:laudabilis eſt:& ad finem naturæ ſuæ peruenit:homini autem ſuũ
bonum ratio eſt:ſi hanc perfecit laudabilis eſt:& finem naturæ ſuæ tetigit.Hæc ratio perfecta uirtus uo/
catur:eademq; honeſtũ eſt.Id itaq; unũ bonum eſt in homine:quod unum hominis eſt.Nunc enim non
quærimus quid ſit bonum:ſed quid ſit hominis bonum.Si nullum bonum aliud ẽ hominis q̃ ratio:hæc
erit eius unum bonum:ſed penſandum cum omnibus:ſi ſit aliquis malus īprobabitur puto: ſi bõus pu
to probabitur.Id ergo in homine primum ſolumq; eſt:quo & probatur & improbatur.Non dubitas an
hoc ſi bonũ:dubitas an ſolum bonum ſit? Siquis omnia alia habeat:ualitudinem:diuitias:imagines mul
tas frequens atriũ:ſed malus ex confeſſo ſit:īprobabis illum.Itẽ ſiquis nihil quidem illoꝝ quæ retuli ha/
beat:deficiat pecunia:clientum turba:nobilitate & auorum:proauorumq; feriæ:ſed ex confeſſo bonus ſit
probabis illum. Ergo hoc unum eſt bonũ hominis:quod qui habet:etiam ſi aliis deſtituať laudãdus eſt.
quod qui non habet in omnium aliorum copia damnatur:ac reiicitur.Quæ conditio rerum:eadem ho/
minum eſt.Nauis bona dicitur:non quæ præcioſis coloribus picta eſt:nec cui argenteum aut aureum ro
ſtrum eſt:nec cuius tutela ebore celata eſt:nec quæ fiſcis:atq; opibus regiis preſſa eſt:ſed ſtabilis & firma:
& iuncturis aquam excludentibus ſpiſſa ad ferendum incurſum maris:ſolida gubernaculo parens:uelox
& non ſentiens uentum.Gladium bonum dices : non cui deauratus eſt baltheus:nec cuius uagina gẽmis
diſtinguitur:ſed cui & ad ſecandum ſubtilis eſt acies:& mucro munimentũ omne rupturus:Regula non
q̃ formoſa:ſed q̃ recta ſit quæriť.Eo quicq; laudatur cui cõparatur quod illi propriũ eſt.Ergo in homine

quoq; nihil ad rem pertinet quãtum aret:quãtum fœneret:a q̃ multis salutetur:q̃ præcioso incũbat lecto q̃ perlucido poculo bibat:sed q̃ bonus sit.bonus autem est si ratio explicita ẽ:& recta:& ad naturæ suæ uoluntatem accõmodata.hæc uocatur uirtus:hoc est honestum & unicum hominis bonum.Nam cum sola ratio perficiat hominẽ:sola ratio perfecta beatum facit.hoc autem unum bonũ est:quo uno beatus efficitur.Dicimus etiam illa bona esse:quæ a uirtute perfecta contractaq; sunt:idest opa eius omnia: sed ideo ipsa unũ bonũ ẽ:quia nullum sine illa est.Si omne in animo bonum ẽ:quicquid illum confirmat:extollit amplificat bonum est.Validiorem autẽ animum & excelsiorẽ & ampliorem facit uirtus.Nam cætera quæ cupiditates nostras irritant deprimunt quoq; animũ:& labefaciunt:& cum uidentur attolere inflãt ac multa uanitate deludunt.Ergo id unũ bonum ẽ quo melior animus efficitur.Omnes actiones totius uitæ:honesti ac turpis respectu tẽperant.Ad hoc faciendi & nõ faciendi ratio dirigitur.Quid sit hoc dicam.Vir bonus quod honeste se facturũ putauerit:faciet etiam sine pecunia:si laboriosum erit:faciet etiã si dãnosum erit:etiam si periculosum erit.Rursus quod turpe erit:nõ faciet:etiam si pecuniã afferret:etiã si uoluptatẽ:etiã si potentiam.Ab honesto nulla re deterrebitur:ad turpia nulla inuitabit.Ergo si honestum utiq; secuturus ẽ:turpe utiq; uitaturus:& in omni actu uitæ spectaturus.Hæc duo nec aliud bonũ nisi honestum:nec aliud malum q̃ turpe.Si una indeprauata uirtus est:& sola permanet tenoris sui.Vnũ ẽ bonũ uirtus cui iã accidere ne sit bonũ nõ potest:mutationis periculũ effugit.Stultitia ad sapientiã erepit.Sapientia in stultitiam nõ reuoluitur.Dixi si forte meministi concupita uulgo:& formidata: inconsulto impetu plærosq; calcasse.Inuentus est:q flammis imponeret manũ:cuius risum nõ interrũperet tortor qui in funere liberorũ lachrymã nõ mitteret:qui morti intrepidus occurreret.Amor:ira:& nimia cupiditas picula deposcerũt.Quod potest breuis obstinatio animi aliquo stimulo excitata: quãtomagis uirtus quæ non ẽ ex ĩpetu:nec subito:sed æqualiter ualet:cui ppetuũ robur ẽ.Sequitur ut quæ ab incõsultis sæpe contẽnuntur:a sapiẽtibus semper ea:nec bona sint:nec mala.Vnũ ergo bonum ipsa uirtus ẽ: quæ inter hanc fortunã & illam superba incedit cũ magno utriusq; contẽptu.Si hanc opinionẽ receperis aliqđ bonum eẽ:præter honestum:nulla non uirtus laborabit.nulla enim obtineri poterit:si quicq̃ extra se respexerit.Quod si ẽ rationi repugnat ex qua uirtutes sunt:& ueritati:quæ sine ratione non ẽ.Quæcunq; autem opinio ueritati repugnat:falsa ẽ.Virũ bonum concedas necesse ẽ:summæ pietatis erga deos esse.Itaq; quicquid ei acciderit:æquo animo sustinebit.sciet enim id accidisse lege diuina:qua uniuersa procedunt. Quod si ẽ unũ illi bonũ erit quod honestum.In hoc enim positum:& parere dis:nec excãdescere ad subita:nec deplorare sortem suam:sed patienter excipere fatum:& facere imperata.Si ullum aliud ẽ bonum q̃ honestum:sequitur nos auiditas uitæ:auiditas rerum:uitam instruentium:quod est intolerabile:ĩfinitũ:uagum.Solum ergo bonum ẽ honestum cui modus ẽ.Diximus futuram hominis fœliciorẽ uitã q̃ deorum:si ea bona sunt:quorũ nullũ in usu eorũ ẽ:tanq̃ pecunia: honores. Adieci nunc quod si modo solutæ corporibus animæ manent:fœlicior illis status restat:q̃ ẽ dum uersant in corpore.Atq; si ista bona sunt: quibus per corpora utimur emissis erit peius:quod contra fidem est:fœliciores esse liberis: & in uniuersum datis clausas & obsessas.Illud quoq; dixeram:si bona sunt ea:quæ tam homini contingunt: q̃ mutis animalibus:& muta animalia beatam uitã actura:quod fieri nullo modo põt.Omnia pro honesto patienda sunt:quod non esset faciendum:si esset ullum aliud bonum:q̃ honestum.Hoc quãuis latius executus essem priore epistola perstrinxi:& breuiter percurri.Nunq̃ autẽ uera opinio talis uidebitur:nisi animum eleues:& teipse interroges:si res exegerit:ut pro patria moriaris:& salutem omniũ ciuium tua morte redimas:an porrecturus sis ceruicem:nõ tantũ patienter:sed etiam libenter.si hoc facturus es:nullũ aliud bonum ẽ.Omnia enim ita relinquis:ut hoc habeas.Vide quanta uis honesti sit.Pro republica morieris: etiã si statim facturus hoc eris:cum scieris tibi hoc esse faciẽdum.Interdum ex re pulcherrima magnum gaudium etiam si exiguo tempore ac breui capitur:& quamuis fructus operis pacti nullus ad defunctum exemptumq; rebus humanis pertineat.ipsa tamen contemplatio futuri operis iuuat: & uir fortis & iustus cum mortis suæ præmia ante se posuit:libertatem patriæ:salutem omnium pro quibus dependit animã in summa uoluptate est:& periculo suo fruitur.Sed ille quoq; cui etiam gaudium hoc eripitur: quod tractatio operis maxime & ultime præstat:nihil cũctatus desiliet in mortem:facere recte pieq; cõtẽtus.Oppone etiam illi nunc multa quæ dehortentur:dic fatum tuũ matura sequætur obliuio & parũ grata existimatio ciuium.Respondet tibi:ista omnia extra opus meum sunt.ego ipsum contemptor:hoc eẽ honestum scio.Itaq; quocunq; ducit:ac uocat uenio.Hoc ergo unum bonum est:quod non tantum perfectus animus:sed generosus quoq;:& Indolis bonæ sentit.Cætera leuia sunt mutabilia: itaq; solicite possidentur:etiam si fauente fortuna in unum congesta sunt.dominis suis incumbunt grauia:& illos semper præmunt:aliquando & illidunt.Nemo ex istis quos purpuratos uides:fœlix est:non magis quam ex illis quibus sæptrum & chlamidem in scæna fabulæ assignant.Cum præsente populo lati incesserunt: & conturnati simul exierunt:excalceantur:& ad staturam suam redeunt: Nemo istorum quos diuitiæ honoresq; in altiore fastigio ponunt magnus est.Quare ergo magnus uidetur? cum basi illum sua meritis.magnus non est pumilio licet in monte constiterit.Colossus magnitudinem suam seruabit:etiam si steterit in puteo.Hoc laboramus errore:sic nobis imponitur:quod neminem existimamus eo quo est: sed adiicimus illi & ea quibus adornatus est.Atqui cum uoles ueram hominis existimationem inire: & scire qualis sit nudum inspice: ponat patrimonium: ponat honores & alia fortunæ mendacia:corpus ipsum exuat:animum intuere qualis quantusque sit: alieno an suo magnus: si erectis oculis gladios micantes uidet: & si scit sua nihil interesse: utrum anima per hos an per iugulum exeat: beatum uoca.Si cum illi

denunciata sunt corporis tormenta:& quæ casu ueniunt:& quæ potẽtioris iniuria:si uincula:& exilia:& uanas humanaq; formidines mentium securus audit.& dicit non ulla laborum.O uirgo noua mi facies inopinaue surgit:omnia percepi atq; animo mecum ipse peregi.Tu hodie ista denuncias.ego semper denunciaui mihi:& hominem paraui ad humana præcogitati mali mollis ictus uenit.At stultis & fortunæ credentibus:omnis uidetur noua req; & inopinata facies.Magna aũt pars est apud imperitos mali nouitas.Hoc ut scias ea quæ putauerunt aspera:fortius cum assueuere patiũtur.Ideo sapiens assuescit futuris malis:& quæ alii diu patiendo leuia faciunt:hic leuia facit diu cogitando:Audimus aliquando uoces imperitoq; dicentium sciebã hoc mihi restare.Sapiẽs scit sibi oĩa restare.Quicq̃d factũ est:dicit sciebã. Vale.

Epistola.lxxvii.Exẽplis & rationibus docet non esse curandum de morte.

Vbito nobis hodie Alexandrinæ naues apparuerunt quæ præmitti solent:& nunciare secuturæ classis aduentum:tabellarias uocant:gratus illarum Campaniæ aspectus est.omnis in pilis puteolorum turba consistit & ex ipso genere uelorum.Alexandrinas quamuis in magna turba nauium intelligit.Solis enim licet suparum intendere quod in alto omnes habent naues.Nulla enĩ res æque adiuuat cursum:q̃ summa pars ueli:illinc maxime nauis urgetur.Itaq; quotiens uentus increbruit:maiorq; ẽ q̃ expedit antenna submittitur.minusq; habet uirium flatus:& ex humili cum intrauere capreas & promontorium:ex quo:alta procelloso speculatur uertice pallas.cæteræ uelo iubentur esse contentæ.Supaq; Alexandrinarum insigne indicium est.In hoc omnium discursu properantium ad littus:magnam ex pegricia mea sensi uoluptatem:ꝙ epistolas meorum accepturus non properaui scire:quis illic esset mearum rerum status:quid afferrent.Olim iam nec perit quicq̃ mihi nec acquiritur.Hoc etiam si senex non essem fuerat sentiendum.Nunc uero multomagis:quantulumcunq; haberem:tamen plus iam mihi superesset uiatici:q̃ uiæ.præsertim cum eam uiam sumus igressi:quam peragere non est necesse.Iter ĩperfectũ erit:si in media parte aut citra locum petitum steteris.Vita non est imperfecta:si honesta est.Vbicunq; desines si bene desines tota est.sæpe autem & fortiter desinendum est:& non ex maximis causis.Nam nec & maximæ sunt quæ nos tenent.Tullius Marcellinus quem optimæ noueras adolescens quietus:& cito senex.morbo & non ĩsanabili correptus:sed longo & molesto:& multa imperante:cœpit deliberare de morte.Conuocauit q̃plures amicos.Vnusquisq; aut quia timidus erat:id illi suadebat:quod sibi suasisset aut qa adulator & blandus id consilium dabat:quod deliberanti forte gratius suspicabatur.Amicus noster Stoicus homo egregius:& ut uerbis illum:quibus laudari dignus est laudem:uir fortis ac strenuus uidetur mihi maxime illum cohortatus.Sic enim cœpit.Noli enĩ mi marcellinæ torquæri tanq̃ de re magna deliberes.Non est res magna uiuere:omnes serui tui uiuunt:omnia animalia:magnum est honestæ mori prudenter:fortiter:cogita q̃diu iam idem facias.Cibus somnus.libido per hunc circulũ currit.Mori uelle:non tantũ prudens:aut fortis:aut miser:etiam fastidiosus potest.non opus erat illi suasore:sed adiutore.Serui parere nolebant:primũ detraxit illis metũ.& indicauit tũc familiam periculum adire:cũ incertũ esset:an mors domini uoluntaria fuisset.Alioquin tã mali exẽpli eẽt occidere dominũ:q̃ prohibere.Deinde ipsum Marcellinũ admonuit:non esse inhumanũ.quemadmodũ cœna peracta:reliquiæ circũstãtibus diuidunt:sic peracta uita aliquid porrigi his qui totius uitæ ministri fuissent erat Marcellinus facilis animi & liberalis ẽt cũ de suo fieret.Minutas itaq; sumulas distribuit flentibus seruis:& illos ultro consolatus est.Non fuit illi opus ferro:non sanguine:triduo abstinuit:& in ipso cubiculo poni tabernaculum iussit.Soliũ deinde illatum est:in quo diu iacuit:calida subinde suffusa paulatim defecit:ut aiebat non sine q̃dam uoluptate quam afferre solet leuis dissolutio animi inexperta nobis.quos aliquando animus liquit.In fabellam excessi non ingratam tibi.exitũ enim amici cognosces:nõ difficilẽ:nec miserum.q̃uis enĩ mortẽ sibi cõsciuerit tamen mollissime excessit:& uita elapsus est.Sed ne inutilis q̃dem hæc fabella fuerit.sæpe enĩ talia exẽpla necessitas exigit.Sæpe debemus mori:nec uolumus morimur nec uolumus.Nemo tã imperitus est:ut nesciat quando moriẽdũ:tamen cũ prope accesserit:tergiuersat:tremit:plorat.Nonne tibi uidet stultissimus omniũ q fleuit ꝙ ante mille annos nõ uixerat? Aeque stultus ẽ q flet ꝙ post mille annos nõ uiuet:Hæc paria sunt nõ eris:nõ fuisti.Vtrũq; tẽpus alienus est.In hoc punctũ cõiectus es quod ne extẽdas quousq; extẽdes.Quid fles?qd optas?perdis operã:desine fata deũ flecti sperare præcando.Rata & fixa sunt:& magna:atq; æterna necessitate ducuntur.Eo ibis quo omnia eunt.qd tibi noui est? Ad hãc legẽ natus es:hoc patri tuo occidit:hoc matri tuæ:hoc maioribus:hoc oĩbus ante te:hoc omnibus post te.Series inuicta:& nulla mutabilis ope illigat ac trahit cuncta.Quãtus te populus morituroq; sequæt:quãtus comitabit?Fortior ut opinor esses si multa milia tibi commorerent.Atqui multa milia & hominũ:& aialiũ hoc ipso momẽto quo tu mori dubitas?aiam uariis generibus emittũt.Tu ãt non putabas te aliquãdo ad id peruẽturũ ad qd semp ibas.Nullũ sine exitu iter est.Exẽpla nũc magnoq; uiroq; me tibi iudicas relaturq;:pueroq; referam.Lacon ille memoriæ tradit ĩpubes adhuc:qui captus clamabat:nõ seruiam in sua illa dorica lingua:& uerbis fidẽ ĩposuit.Vt primũ iussus ẽ fungi seruili & contumelioso ministerio (Afferre enim uas obscœnũ iubebat)illisum parieti caput rupit.Tam prope libertas est:& seruit aliquis.Ita nõ sic perire filium tuũ malles:q̃ per inertiam senem fieri.Quid ergo est cur perturberis:si mori fortiter ẽt puerile est?Puto nolle te sequi.duceris.Fac tui iuris quod alienũ est:nõ sumes pueri spiritum:ut dicas non seruiã infœlix seruis hominibus:seruis rebus:seruis uitæ.Nam uita si moriendi uirtus abest:seruitus est.Et quid habes propter quod expectes:uoluptates ipsas quæ te morantur ac retinẽt cõsumpsisti.Nulla tibi noua est:nulla nõ iam odioso ipsa satietate.Quis uini:quis mulsi est sapor?scis.nihil iterest:cẽtũ per uesicã tuã:an mille amphoræ trãseant:saccus est.Quid sapiat ostreum?quid mulus optimæ nostu?

Nihil tibi luxuria tua in futuros annos intactū seruauit. Atqui hæc sunt a qbus inuitus diuelleris. Quid ē aliud quod tibi eripi doleas: amicos & patriam? tanti enim illā putas: ut tardius cœnes. Solē q; si possem ex tingueres. Quid enim inq̄ fecisti luce dignū? Cōfitere non curiæ te: non fori: non ipsius naturæ desiderio tardiorē ad moriēdū fieri. Inuitus relinquis macellū: in quo nihil reliquisti mortē times. At quomodo il lā media oblectatione cōtēnis Viuere uis scis enim mori times. Quid porro ista uita: nō mors est: Cæsar cum illū transeuntē per latinā uiā unus ex custodiaꝝ agmine demissa usq; in pectus uetere barba rogaret mortem, nūc enim inquid uiuis. Hoc istis respondendū ē quibus successura mors est: mori times, nunc enim uiuis. Sed ego inquit uiuere uolo qui multa honeste facio. Inuitus relinquo officia uitæ: quibus fideliter & cū industria fungor: qd tu nescis unū esse ex uitæ officiis & mori? nullū officium relinquis: non enim certus numerus quem debeas explere finitur. Nulla uita est non breuis. Nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris & Sattenæ breuis est: quæ inscribi monumento suo iussit. Annis se nonagintanouem uixisse. Vides aliquem gloriari senectute longa. Quis illam ferre potuisset: si contigisset centesimum implere? Quomodo fabula: sic uita: non q̄diu: sed q̄ bene acta sit refert. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas: quocunq; uoles: desine tantum bonam clausulam impone. Vale.

Epistola. lxxviii. Quod multum ad bonam ualitudinem amicorum præsentia: & mollis exercitatio ꝑ sunt. Et de tribus incommodis infirmitatis: & eorum remediis.

u Exari te distillationibus crebris ac febriculis: quæ longas destillationes: & in consuetudinē adductas sequunť: eo molestius mihi est: qa expertus sum: hoc gēus ualitudinis: qđ inter initia cōtēpsi. Poterar adhuc adolescentia iniurias ferre: & se aduersus morbos contumaciter gerere. Deinde succubui & eo perductus sum: ur ipse distillarem: ad summam aciem deductus. Sæpe impetum feci ab rumpendæ uitæ patris me indulgentissimi senectus retinuit cogitaui enim non q̄ fortiter mori possem: sed q̄ fortiter ille desiderare non posset. Itaq; imperaui mihi ut uiuere: Aliquando enim & uiuere fortiter facere est. Quæ mihi tunc fuerint solatia dicā: si prius hoc dixerim hæc ipsa quibus acquiescebā: mediciæ uim habuisse. In remediū cædūt hōesta solatia: & quicquid animū erexit etiā corpori prodest. Studia mihi nostra ēt saluti fuerūt. Philosophiæ acceptū fero q; surrexi: q; cōualui: illi uitā debeo: & nihil illi minus debeo Multū mihi cōtulerūt ad bonā ualitudinē amici: quoꝝ adhortatiōibus: uigiliis sermonibus alleuabar. Nihil æquæ Lucilli uiroꝝ optime: ægꝝ reficit atq; adiuuat q̄ amicoꝝ affectus. Nihil æquæ expectationem mortis ac metum per surripit. Non iudicabam me cum illos superstites relinquærem mori. Putabā inq̄ me uicturum: non cum illis sed illos: non effundere mihi spiritū uidebar sed trahere. Hæc mihi dederunt uoluntatem adiuuandi me: & patiendi omne tormentum. Alioquin miserrimū est: cū animū moriēdi ꝑieceris nō habere uiuendi. Ad hæc ergo remedia te cōfer medicus tibi q̄ntū ambules: quātū exercearis mōstrabit. Ne indulgeas ocio: ad qđ uergit iners ualitudo: ut legas clarius & spiritū: cuius ac iter receptaculū laborat exerceas: ut nauiges: & uiscera molli iactatione concutias. Quibus cibis utaris? Vinū quando uirium causa aduoces: quando intermittas: ne irriret ac exasperet tussim. Ego tibi illud præcipio: quod nō tātū huius morbi sed totius uitæ remediū est. Contēni mortē nihil triste est: cū huius metum effugimus. Tria hæc in omni morbo grauia sunt. Metus mortis: dolor corporis: intermissio uoluptatū. De morte satis dictū est hoc unū dicā non morbi hunc esse: sed naturæ metū. Multoꝝ mortē distulit morbus: & saluti illis fuit uideri perire. Morieris. Non quia ægrotas: sed quia uiuis: ista te res & sanatū manet. Cum conualueris: non mortē: sed ualitudinē effugies. Ad illud nūc propriū incōmodū reuertamur. Magnos cruciatus habet morbus sed hos tolerabiles, interualla faciunt. Nam summi doloris intentio inuenit finem. Nemo potest ualde dolere & diu. Sic nos amicissima nostri natura disposuit: ut dolorem: aur tollerabilē: aut breuem faceret. Maximi dolores consistūt in macerrimis corporis partibus. Nerui: articuliq;: & quicquid aliud exile est: acerrime sæuit cū in arto uitia concepit. Sed cito hæ partes obstupescūt: & ipso dolore sensum doloris amittūt: siue quia spiritus naturali prohibitus cursu & mutatus i peius: uim suam qua uiget admōetq; nos perdit: siue quia corruptus humor cum desiit habere quo fluat: ita se elidit i his quæ nimis impleuit: excutit sensum. Sic Podagra & Chiragra: & omnis uertebrarum dolor: & neruoꝝ iterquiescit: cum illa quæ torquæbat: hæbetat. Oium istoꝝ pria uermiatio uexat. Impetus mora extinguitur: & finis dolendi est obtorpuisse. dentiū dolor oculoꝝ aurium ob hocipsum acutissimus est: q; inter angustissima corporis nascitur non minus mehercule q̄ capitis ipsius. Sed si incitator est in alienationem soporemq; cōuertitur. Hoc itaq; solatium uasti doloris est: quod necesse est: desinas illum sentire si nimis senseris. illud autem est quo imperitos in uexatione corporis male habet: non assueuerunt animo esse contenti: multū illis cum corpore fuit. Ideo uir magnus & prudens animū deducit a corpore: & multum cum meliore ac diuina parte uersatur: cum hac quærula: & fragili quantum necesse est. Sed molestū est inquis carere uolupratibus assuetis: abstinere cibo: sitire: esurire: hæc prima abstinentia grauia sunt. Deide cupiditas relanguescit ipsis per se quæ cupimus fatigatis ac dificiētibus. Inde morosus ē stomachus. Inde quibus fuit auiditas cibi odiū est: desideria ipsa moriunť. Non est autem acerbum carere: eo q; cupere desieris. Adiice q; nullus intermittitur dolor: aut certe remittitur. Adiice q; licet & cauete futurum & obsidere imminenti remediis. Nullus enim non signa præmittit. Vtiq; qui ex soliro reuertitur. Tolerabilis est morbi patiētia: si contempseris id quod extremum minatur. Noli mala tua facere tibiipsi grauiora: & te quærelis onerare. Leuis est dolor: si nihil illi opinio adiecerit. Contra: te si exortari te cœperis: ac dicere nihil est: aut certe exiguū ē: duremus: iā desinet: leuem illū dū putas facies: oia ex opinione suspēsa sunt. Non ambitio tantū ad illam respicit: & luxuria: & auaritia: ad opinionem. dolemus. tam miser est quisq; q̄ credidit: detrahen-

das præteritoꝝ doloꝝ conquæstiones puto:& illa uerba.Nulli unq̃ fuit peius quos cruciatus quanta ma
la pertuli:nemo me surrecturꝝ putauit.Quotiens deploratus sum a meis?Quotiens relictus a medicis?
In eculeum impositi non sic distrahuntur:etiam si sunt uera ista transierunt.Quid iuuat præteritos do/
lores retractare:& miseꝝ esse:quia fueris?Quid ꝙ nemo non multũ malis suis adiicit:& sibiipsi mentit?
Deinde quod acerbũ fuit:retulisse iucundũ est.Naturale est mali sui fine gaudere.Circumcidenda ergo
duo sunt:& futuri timor:& ueteris incõmoda memoria:Hæc ad me iá non pertinet.Id nondũ ĩ ipsis po/
situs difficultatibus dicat:forsan & hæc olim meminisse iuuabit:toto contra illũ pugnet animo:uincet si
cesserit:uincet si se contra dolorem suũ intenderit.Nunc hoc plærięꝫ faciũt:attrahũt in se ruiná:cui obstan
dũ est.Illud quod præmit:quod impendit:quod urget si subducere te cœperis:sequæt & grauius incum
bet:si contra steteris:& obniti uolueris repellet.Athlete quantũ plagaꝝ ore:quantũ toto corpore excipiũt
ferũt tamen omne tormentũ gloriæ cupiditate.Nec tantũ quia pugnant ista patiunt:sed ut pugnẽt.Exer
citatio ista tormentũ est.Nos quoqꝫ euincamus oia quoꝝ pmiũ nõ corõa:nec palma: nec tubicẽ pdicatio
ni nostri nominis faciens silentiũ.Sed uirtus & firmitas animi & pax in cælũ parta:si semel in aliquo cer/
tamine debellata fortuna est.Doloré grauẽ sentio Quid ergo non sentis:si illũ muliebriter toleris?Quẽ
admodũ perniciosior est hostis fugientibus:sic omne fortuitũ incomodũ magis istat cædenti & aduerso
sed graue est.Quid?Nos ad hoc forte sumus:ut leuia portemus.Vtrũ uis longum esse morbum:an coar
ctatum & breuem si longus est:habet intercapediné:dat refectioni locum:multum temporis donat.Ne/
cesse est ut exurgat & desinat.Breuis morbus & præceps alterutꝝ faciet:aut extinguetur : aut extinguet.
Quid auté interest:non sit:an non sim?in utroqꝫ finis dolendi est.Illud quoqꝫ proderit ad alias cogitatio
nes aduertere animum:& a dolore discedere.Cogita quid honeste.quid fortiter feceris:bonas partes tecũ
ipse tracta:memoriam in ea quæ maxime miratus est sparge.Tunc tibi fortissimus quisqꝫ.& uictor dolo/
ris occurrat ille quidem uarices execandas.præberet:legere librum perseuerauit.ille qui non desiit ridere:
cum ob ipsum irati tortores:omnia instrumenta crudelitatis suæ experirentur.Nũ uincetur dolor ratio
ne qui uictus est risu?Quicquid nũc licet dicat distillationes:& uim continuæ tussim ægerentem uisceꝝ
partes:& febrem præcordia ipsa torrentẽ & sitim:& artus in diuersum articulis exeũtibus tortos plus est
flamma & eculeus:& lamina:& uulneribus ipsis intumescentibus:ꝙ illa renouaret & altius urgeret im/
pressum.Inter hæc tamen aliquis non gemuit.Paꝝ est non rogauit.Paꝝ est non respondit.Paꝝ est risit:&
qdem ex animo.Vis tu post hæc doloré deridere?Sed nihil inquis agere finit morbus:q de omnibus ab/
duxit officiis.Corpus tuum ualitudo tenet:nõ ẽt animũ.Itaqꝫ cursoris morat pedes:sutoris aut fabri ma/
nus impediet si animus esse tibi in usu solet.Suadebis:docebis:audies:dices:quæres:recordaberis.Quid
porro nihil agere te credis:si temperans æger sis:ostẽdens morbũ posse superari:uel certe sustineri.Est mi/
hi crede uirtuti ẽt in lectulo locus:non tantũ arma & acies dant argumẽta alacris animi idomitiqꝫ terro/
ribus:& in uestimẽtis uir fortis apparet.Habes quid agis:bene luctare cum morbo:si nihil te coegerit : si
nihil exhortauerit.Insigne prodis exemplum.O q̃ magna erat gloriæ materia si spectaremur ægri ipse te
expecta:ipse te lauda.Præterea sunt duo genera uoluptatũ.Alteꝝ corporales morbos inhibet:non tamen
tollit.Immo si ueꝝ existimes incitat magis.Iuuat bibere sitienté:gratior est esurientibus cibus.quicquid
ex abstinentia contingit auidius excipitur.Illas uero animi uoluptates:quæ maiores certioresqꝫ sunt : ne/
mo medicus ægro negat.has quisquis sequitur:& bene intelligit omnia sensuum blãdimẽta cõtenit.O I
fœlicẽ ægꝝ.Quaræ:quia non uino niuẽ diluit:quia nõ rigore potionis suæ quá capaci sypho miscuit re/
nouat fracta insuper glacie:quia non ostrea illi lucerna:in ipsa mensa aperiunt:quia circa cœnationẽ eius
non tumultus coquoꝝ est ipsos cũ obsoniis focos transferentium.Hoc enim iam luxuria commenta est:
ne quis intepescat cibus:nequid palato iam caloso paꝝ ferueat:cœná culia sequit.O infœlicem ægrũ edet.
quantũ coquat:non iacebit in conspectu aper:ut uilis caro a mẽsa relegatus:nec in repositorio eius pecto/
ra auiũ totas enim uidere fastidiũ est:cõgesta ponent.Quid tibi mali factum est?Cœnabis tanq̃ æger: im
mo aliquando tanq̃ sanus.Sed omnia ista perferemus facile:sorbitionem & aquá calidá:& quicquid aliud
intollerabile uidet delicatis:& luxu fluentibus magisqꝫ animo q̃ corpore morbidis:tantum mortem de/
sinamus horrere desinemus át:si fines bonoꝝ ac maloꝝ cognouerimus:Ita demũ nec uita tedio erit : nec
mors timori.Vitam enim occupare satietas sui non põt tot res uarias magnas diuinas percensentem.In
odiũ illá sui adducere solet iners ociũ.Reꝝ naturã peragranti nunq̃ in fastidiũ ueritas uẽiet:falsa satiabũt
Rursus si mors accedit & uocat:licet immatura sit:licet mediá præcidat ætatem:præceptus lõgissime fru
ctus est.Cognita ex illi ex magna parte natura:scit tẽpore honesta nõ crescere:His necesse est uideri oẽm
uitá breuẽ:qui illá uoluptatibus uanis:& ideo infinitis metiuntur.His te cogitatiõibus tecrea : & interim
epistolis nostris uacando ueniet aliquod tempus quod nos iteꝝ iũgat ac misceat:quantũlibet sit illud:lõ/
gũ faciat scientia utẽdi.Ná ut Possidonius ait:unus dies eruditoꝝ plus patet q̃ imperitoꝝ lõgissima ætas.
Interim hoc tene:hoc morde:aduersis non sucũbere:lætis non credere:oẽm fortunæ licentiam in oculis
habere:tanq̃ quicqd potest factura sit.Quicquid expectatũ est diu leuius accedit. Vale.

Epistola.lxxix.De Sylla Charybdi & Ætna:æquale in omnibus esse:ꝙ beatum facit:& quomodo glo/
ria sit umbra uirtutis.

e Xpecto epistolas tuas:quibus mihi indices circuitus Siciliæ totius quid tibi noui ostẽderit.& oia
de ipsa Charybdi certiora.Nam Syllam quidem saxum esse & quidẽ terribile nauigantibus opti/
me scio.Charybdis an respondeat fabulis perscribi mihi desidero:& si forte obseruaueris dignum est au/
tem ꝙ obserues fac nos certiores utrum uno tantum uento agatur in uertices:an omnis tempestas:atque

mare illud torquæat:& an uerum sitquicquid illo fero turbine arreptum ē per multa milia trahi condi/
tum:& circa tauro menia nō littus emergere.Si hoc mihi proscripseris:tunc audebo tibi mēdare.ut in ho
norē meū Aetnā quoq; ascēdas quā consumi:& sensim subsidere:ex hoc colligūt quidam : qđ aliquando
nauigantibus solebat ostendi.Potest hoc accidere:non quia mōtis altitudo descendit:sed qa ignis euanuit
& nimis uæhemens ac largus effertur.ob eam causam fumo quoq; per diem segnior. Neutrū autem in/
credibile est:nec montē qui deuoret quotidie minui:nec manere eundem:quia nō ipse ex se est:sed in ali/
qua inferna conceptus uale exæstuat : & alias pascit:in ipso monte non alimētū habet:sed uiā.In lycia re/
gio notissima est Ephestion incolæ uocant:perforatū pluribus locis solū.quod sine ullo nascentiū damno
ignis innoxius circuit.Læta itaq; regio est:& herbida nil flāmis adurentibus:sed tantū in remissa:ac lāgui
da refulgentibus.Sed reseruemus ista:tunc quæsituri:cum tu mihi scripseris quantū ab ipso ore mōtis ni
ues absint:quas ne æstas quidem soluit adeo tutæ sunt ab ignæ uicino.Non est autem q̧ istam curā ipu/
tes mihi.Morbo enim tuo daturus eras etiā si nemo quidem mādaret tibi.pudor obstet ætnam describi
tuo carmine dum hunc solemnē omnibus poetis locū attigas:quē quominus Ouidius tractaret.nihil ob
stitit quod iam Virgilius impleuerat.Nec seuerū qdem Corneliū uterq; deterruit.Omnibus p̄terea fœlici
ter is locutus se dedit:& qui præcesserant non præripuisse mihi uidentur quæ dici poterāt : sed aperuisse.
Sed multum interest utrū ad consumptā materiā:an ad subactā accedas.crescit:indies scientia:& inuenie/
dis inuenta nō obstāt.Præterea conditio optima ē ultimi parata uerba inuenit quæ instructa nouā faciem
habent nec illis manus inicit tanq̄ aliēis.sunt.n.publica iuriscōsulti negāt qcq̄ publicū usucapi: aut ego te
nō noui:aut ætna tibi saliuā mouet.Iam cupis grande aliqđ & par prioribus scribere:plus.n.sperare mode
stia tibi tua nō permittit:quæ tāta in te est ut uidearis mihi retracturus īgenii tui uires.si uincēdi periculū
sit:tanta tibi priorū reuerētia ē:Inter cætera hoc habet boni sapientia:nō potest uinci.nemo ab altero pōt
uinci:nisi dū ascēditur.dū ad summū pueneris paria sunt.nō ē incremēto locus status.Nunqđ sol suæ ma
gnitudini adiicit:Nūquid ultra q̄ solet & Luna procedit:Maria nō crescūt.Mundus eundē habitū ac mo
dū seruat.Extollere se quæ iustā magnitudinē impleuere nō possunt.Quicūq; fuerint sapiētes:pares erūt
& æquales habebit unusquisq; ex his proprias dotes.Alius erit affabilior:alius expeditior:alius prōptior ī
eloquēdo:alius facundior:illud de quo agit quod beatū facit:æquale est in omnibus.An Aetna tua possit
sublabi:& in se ruere.An hoc excelsum cacumen & conspicuum p uasti maris spatia detrahat assidua uis
ignū nescio.Virtutē nō flāma:nō ruina iferius adducet:hæc una maiestas deprimi nescit : ne proferri ul/
tra:nec referri potest.Sic huius ut cælestiū statura magnitudo ē.Ad hanc nos conemur educere: iam mul/
tum operis effectū ē.Immo si uerū fateri uolo.non multum:nec enim bonitas est pessimus eē meliorem.
Quis oculis glorietur:Quis suspicetur diē:cui sol p caliginem splēdet:licet contētus interim sit effugisse
tenebras:adhuc non fruitur bono lucis.Tunc animus noster habebit quod gratulet sibi:cū emissus his te
nebris:in quibus uolutat non tenui uisu clara prospexerit:sed totū diē admiserit.& redditus cælo suo fue
rit cum receperit locū quē occupauit sorte nascendi:sursum illū uocant initia sua.erit autē illic : etiā anteq̄
hac custodia exoluat:cū uitia disiecerit.purusq; ac leuis:in cogitationes emicuerit.Hoc nos agere Lucili
charissime.in hoc ire impetu toto.licet pauci sciant:licet nemo uiuat.Gloria umbra uirtutis est : etiam in
uitam comutabitur.Sed quemadmodum umbra aliquando antecedit : aliquando sequitur : uel a tergo
est.ita gloria aliquādo ante nos ē:uiscendāq; se præbet:aliquando in aduerso est.maiorq; quo serior ubi i/
uidia secesserit.Quādiu uidebatur furere Democritus uix recepit Socratē fama:q̄diu Catonē ciuitas igno
rauit respuit:nec intellexit:nisi cum perdidit Rutuli innocentia ac uirtus lateret:nisi accepisset iniuriam:
dū uiolatur effulsit:Nunqđ non sorti suæ gratias ægit:& exiliū suum complexus ē:de his loquor:quos il
lustrauit fortuna dū uexat:Quā multorū profectus non in notitiā euascere post ipsos:q̄ multos fama non
excepit:sed eruit:Vides Epicuum quē tantopere nō tantū eruditiores:sed hæc quocūq; imperitorū turba
miret.hic ignotus ipsis Athenis fuit circa quas delituerat.Multis itaq; iam annis Metrodoro suo supstes
in quadā epistola sua:cū amicitiā suā.Metrodori grata cōmemoratione cecinisset : hoc nouissime adiecit:
nil sibi & Metrodoro inter tanta bona nocuisse q̧ ipsos illa nobilis Græcia nō ignotos solū hūisset:sed pe
ne inauditos.Nunquid ergo nō postea q̄ esse desierat inuentus est:Nunqđ non opinio eius emituit: Hoc
Metrodorus quoq; in quadam epistola confitetur se & Epicurum non satis enituisse.sed post se:& Epicu
rum magnū paratuq; nomē habituros:& qui uoluissent per eadē ire uestigia.Nulla uirtus latet:& latuis/
se non ipsius est damnum.Veniet qui conditam:& seculi sui malignitate cōpressam dies publicet.Paucis
natus est:qui populum ætatis suæ cogitat.Multa annorum milia:multa populorū superuenient.Ad illa re/
spice:etiam si omnibus tecum uiuentibus silentium liuor induxerit.Venient qui sine offensa sine gratia iu/
dicēt:si qđ ē præciū uirtutis ex fama:nec hoc interit:ad nos qdem nihil pertinebit posterorum sermo:ta/
men etiam non hæc sentientes colet:ac frequentabit:Nulli nō uirtus & uiuo: & mortuo rettulit gratiam
si modo illam bona secutus est fide:si se non exornauit & pinxit:sed idem fuit. siue ex denuncio uideba/
tur:siue imparatus ac subito.Nihil simulatio proficit:paucis imponit leuiter extrinsecus iducta facies.Ve
ritas in omnem sui partē eadē est.Quæ decipiūt nihil habēt solidi.Tenue est mendacium:perlucet si dili/
genter inspexeris. Vale.

Epistola.lxxx.De exercendo in philosophia ingenio.Et q̧ uera libertas excusso metu mortis & pauper
tatis acquiritur.

h Odierno die non tantum meo beneficio mihi uaco.sed spectaculi q̧ oēs molestos ad speromachiā
auocauit.Nemo irrumpit nemo cogitationē meā impediet.quæ hac ipsa fiducia pcedit audacius

Non crepuit subinde hostium:non alleuabitur uelum. Licebit uno uadere quod magis necessarium ẽ p se emitti:& suam sequenti uiam. Nõ ergo sequor priores:facio sed permitto mihi inuenire aliquid & mutare & relinquære.non seruio illis & assentior. Magnum tamen uerbum dixi qui mihi silentium promittebã:& sine interpellatore secretum. Ecce ingens clamor ex stadio profertur:& me non excutit mihi: sed ĩ ipsius rei contentionem transfert. Cogito mecũ q̃ multi corpora exerceant.ingenia q̃ pauci. quãtus ad spectaculum non fidele & luxuriosum fiat concursus:quãta sit circa artes bonas solitudo. q̃ imbecilli animo sint quorum lacertos humerosq; miramur.illud maxime reuoluo mecum:si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest.qua & pugnos pariter & calces:non unius hominis ferant.qua solem ardentissimum in feruentissimo puluere sustinens aliquis:& sanguine suo madens diem ducat. Quanto facilius animus corroborari possit.ut fortunæ ictus inuictus excipiat:ut proiectus & conculcatus exurgat. Corpus enim multis eget rebus:ut ualeat. Animus ex se crescit seipse alit:se exercet.illi multo cibo : multa potione opus est:multo oleo:longa deniq; opera. Tibi continget uirtus sine apparatu:sine impensa quicquid facere te bonum tecum est. Quid tibi opus est:ut sis bonus? Velle. Quid autem melius potest uelle: q̃ eripere te huic seruituti:quæ omnes præmit? Quam mancipia quoq; conditionis extremæ:& in his sordibus nata:omni modo exuere conantur? Peculium suum quod parauerunt uentre fraudato pro capite numerant? Tu enim non concupisces quanticunq; ad libertatem peruenire:qui te in illa putes natũ. Quid ad arcam tuam respicis? Emi non potest. Itaq; in tabellas uanum conicitur nomen libertatis. quam nec qui emerunt:habent:nec qui uendiderunt. Tibi des oportet bonum istud a te petas. Libera te primum metu mortis illa primum nobis iugum imponit.deinde metu paupertatis:Si uis scire q̃ nihil in illa mali sit:cõpara inter se pauperum & diuitum uultus. Sæpius pauper:& fidelius ridet. Nulla sollicitudo in alto est: etiam siqua incidit cura:uelut nubes leuis transit : Horum qui fœlices uocantur : hilaritas ficta est : aut grauis:& suppurata tristitia.eo quidem grauior quia interdum non licet palam esse miseros:sed inter ærũnas cor ipsum excedentes:necesse est agere fœlicem. Sæpius hoc exemplo mihi utendum est:nec enim ullo efficacius exprimitur:hic humanæ uitæ mimus:qui nobis partes has quas male agamus assignat.ille q in scæna latius icedit:& hæc resupinus dicit. Ea impero Argis. Regna mihi liquit Pelops qua Põto ab Hellesp. atq; ab Ionio mari urgeť Isthmos:seruus est:quinq; modios accipit.& quinq; denarios.ille qui superbus atq; impotens:& fiducia uirium tumidus ait:q; nisi quieueris Menelae hac dextera occides:diurnum accipit:in centuculo dormit. Idem de istis licet omnibus dicas:quos supra capita hominum : supraq; turbam delicatos:lectica suspendit. Omnium istorum personata fœlicitas est.cõtemnes illos si dispoliaueris: equum empturus:solui iubes stratum detrahis uestimenta uenalibus:ne qua uitia corporis lateant hominem enim inuolutũ æstimas. Mãgones quicquid ẽ quod displiceat aliquo lenocinio abscundũt:Itaq; emẽtibus ornamenta ipsa suspecta sunt. Sine crus alligatũ:siue brachiũ aspicieres nudari iuberes:& ipsum corpus tibi ostendi. Vides illũ Scithiæ Sarmathiæue. Regem insigni capitis decorum: si uis illum æstimare: totũq; scire qualis sit:fasciã solue:multũ mali sub illa latet. Quid de aliis loquor? si perpẽdere te uoles:se pone pecuniam:domũ:dignitatẽ.intus teipsum considera:nõ q̃lis sis aliis credas. Vale.

Epistola.lxxxi.q; pp ingratitudinem non ẽ a beneficiis cessandũ. Et de cõpensatiõe iniuriæ & beneficii. Et q; nemo scit referre gratiã:nisi solus sapiẽs. Et de bono gratitudinis:& ingratitudinis malo.

qVæreris incidisse te in hominẽ ingratũ:si hoc nũc primũ:age aut fortunæ:aut diligentiæ tuæ gratias. Sed nihil facere hoc loco diligentia potest:nisi te malignũ. Nã si hoc periculũ uitare uolueris: non dabis beneficia. Ita ne apud aliũ pereant:apud te peribunt:non respondeant potius q̃ non dentur:& post malã segetẽ serendũ est. Sæpe quicquid perierat:assidua infœlicis soli sterilitate: unius anni restituit ubertas. Est tãti:ut gratũ inuenias experiri:& ingratos. Nemo habet tã certam in beneficiis manũ: ut nõ sæpe fallať:aberrẽt ut aliquãdo hæreant:post naufragiũ maria tentãť. Fœneratorẽ non fugat a foro coactor. Cito inerti ocio uita torpebit:si relinquendum est quicquid offendit. Te uero benigniorem hæc ipsa res faciet. Nã cuius rei euentus incertus est id ut aliquando procedat.sæpe tentandũ est. Sed de isto satis multa locuti sumus in his libris qui de beneficiis inscribunť.illud magis quærẽdũ uideť quod non satis ut existimo explicatũ est:an id qď ꝓfuit nobis:si postea nocuit parea fecerit:& nos debito soluerit. Adiice si uis:& illud multo plus postea nocuit:q̃ ante profuerat. Si rectã illã rigidi iudeis sententiam quæris:alteq; ab altero absoluet.& dicet:q̃uis iniuriæ ꝑpõderẽt tamẽ beneficiis doneť:qď ex iniuria supest:plus nocuit:sed primo profuit:itaq; habeať & temporis ratio. Iam illa manifestiora sunt:q̃ ut admoneri debeas: quærendum esse q̃ libenter profuerit:q̃ inuitus nocuerit:quoniam animo & beneficia & iniuriæ constãt. Nolui beneficiũ dare. Victus sum:aut uerecũdia:aut instantis pertinacia:aut spe. Eo animo quicquã debetur.quo datur:nec quãtũ sit:sed a quali profectũ uolũtate perpenditur. Nunc cõiectura tollať & illud beneficiũ fuit:& hoc qď modũ beneficii prioris excessit iniuria est. Vir bonus utroq; calculos sic ponit : ut se ipse circũscribat:beneficio adiicit:iniuriæ demit. Alter ille remissior iudex:quẽ esse me malo:iniuriæ obliuisci debebit:officii meminisse. Hoc inq̃ iustitiæ certe cõuenit:suũ cuiq; reddere:beneficio gr̃am: iniuriæ talionem:aut certe gr̃am malã. Verum erit istud:cum aliis iniuriã fecerit:alius beneficium dederit. Nam si. Idem est beneficio ius iniuriæ extinguiť. Nã cui etiã si merita nõ antecessissent:oportebat ignosci: post beneficia lædenti plus q̃ uenia debetur. Non pono utriq; par præciũ:pluris existimo beneficiũ : q̃ iniuriam. Non omnes grati sciunt beneficium debere. Potens etiam imprudens ac rudis & unus de turba utiq; dũ prope sibi est:reddere beneficiũ.& pensare ab accepto. Ignorat autẽ quãtum pro hoc debeat. Vni sapienti notum est quanti res quæq; taxandã sit. Nã ille de quo loquæbar modo stultus:etiã si bonæ uoluntatis est

aut minus q̄ debet:aut tempore:aut quo nō debet loco nō reddit id quod referēdum eſt effundit atq; abii
cit.Mira in q̄buſdā rebus uerbo℞ ꝓprietas eſt:& cōſuetudo ſermonis antiq:quædam efficaciſſimis & of/
ficia docentibus notis ſignat.Sic certe ſolemus loqui.Ille illi gratiam retulit.Referre eſt ultro quod debe/
as afferre.Non dicimus gratiam reddidit:reddunt enim:& qui repoſcuntur:& qui inuiti. & qui ubilibet
& qui per alium.non dicimus repoſuit beneficium:aut ſoluit.Nullū enim nobis placuit quod ære alieno
conuenit.Verbū referre eſt ad eū a quo acceperis referre:hæc uox ſignificat uoluntariā rōnem:qui retulit:
ipſe ſe appellauit.Sapiens omnia examinabit ſecum:quantū acceperit:a quo: quando: ubi: quemadmodū
Itaq; negamus quenq; ſcire gratiam referre niſi ſapientē:non magis q̄ beneficiū dare quiſq̄:niſi ſapiens hic
ſcilicet qui magis gaudet dato:q̄ alius accepto hoc aliquis inter illa numerat:quæ uidemur inopinata om
nibus dicere παράδοξα græci uocāt.& ait:Nemo ergo ſcit præter ſapientem referre gratiā:ergo nec q̄d
debet creditori ſuo reponere quiſq̄ ſcit alius.Nec cū emit aliquam rem præcium uenditori per ſoluere ſi/
ne nobis fiat inuidia.Scito idem dicere Epicurum.Metrodorus certe ait ſolum ſapientem ſcire gratias re
ferre.Deinde idem admiratur cum dicimus ſolus ſapiēs ſcit amare:ſolus ſapiens amicus eſt:atqui & amo
ris & amicitiæ pars eſt referre gratiam ſcire.Immo hoc magis uulgare eſt & in plures cadit q̄ uera amici/
tia.Deinde idem admiratur.quod dicimus fidem niſi in ſapientem non eſſe:tanq̄ non idem ipſe dicat: an
tibi uidetur fidem habere:qui referre gratiam neſcit.Deſinant itaq; infamare nos tanq̄ incredibilia iactan
tes & ſciant apud ſapientem eſſe ipſa honeſta:apud uulgum ſimulachra re℞ honeſta℞ & effigies. Nemo
referre gratiam ſcit:niſi ſapiens ſtultus quoq; utcunq; ſcit.& quemadmodum poteſt referat: Scientia illi
potius q̄ uoluntas deſit.Velle non diſcitur.Sapiens inter ſe omnia cōparabit.maius enim opus.aut minus
ſit:q̄uis idē ſcit:tempore loco:cauſa.Sæpe enim hoc non potuerunt diuitiæ in domū & infuſæ: quod op/
portunæ dati mille denarii:multum enim intereſt donaueris ac ſuccureris:ſeruauerit illum tua liberali/
tas:an inſtruxerit.ſæpe quod datur exiguum eſt quod ſequitur ex eo magnum:quantū autem exiſtimas i
tereſſe:utrū aliquis quod dederat:uel præſtiterit ſumpſerit an beneficium acceperit ut daret? Sed ne in ea
dem:quæ ſatis ſcrutati ſumus reuoluamur in hac cōparatione beneficii & iniuriæ:uir bonus iudicabit q
dem quod erit æquiſſimū:ſed beneficio fauebit:in hāc erit partem procliuior.Plurimū āt momēti perſo-
na ſolet afferre in rebus eiuſmodi:dediſti mihi beneficiū in ſeruo:iniuriā feciſti in patre ſeruaſti mihi filiū
ſed patrem abſtuliſti.Alia deinceps per quæ procedit omnis collatio proſequat̃ & ſi id puſillum erit: q̄d
interſit:diſſimulabit ēt ſi multū fuerit.Sed ſi id donari ſalua pietate ac fide poterit remittet.ſiſi ad ipſum
tota ꝑtinebit iniuria.Summa rei hæc eſt facilis erit in cōmutando:patiet̃ plus imputari ſibi: inuitus bene
ficiū p cōpenſationē iniuriæ ſoluet:in hāc partē inclinabit:ut uerget:ut cupiat debere grām cupiat referre.
Erat enim ſiquis beneficiū accipit libentius q̄ reddit. Quanto hilarior eſt qui ſoluit:q̄ qui mutuat̃ tanto
debet lætior eſſe qui ſe maximo ære alieno accepti beneficii exonerat:q̄ cui cū accipiēs maxime obligatur.
Nā in hoc quoq; fallunt̃ ingrati:q; creditori quidē præter ſortē extra ordinē numerāt beneficio℞ autem
uſum eſſe gratuitum putant & illa creſcunt mora tantoq; plus ſoluendū eſt:quāto tardius. Ingratus eſt q
beneficium reddit ſine uſura.Ita huius rei quoq; habetur ratio:cum conferentur accepta & expenſa.Om/
nia facienda ſunt:ut q̄ gratiſſimi ſimus noſtrum.n.hoc bonū eſt.Quēadmodū iuſticia nō ē:ut uulgo cre/
dit̃:ad alios pertinens magna pars eius in ſe reddit.Nemo nō cū alteri prodeſt:ſibi profuit.non eo nomīe
dico quo ualet adiuare adiutus.protegere defenſus:quod bonū exēplū circuitu ad facientem reuertitur: ſi/
cut mala exēpla recidūt in auctores:nec ulla miſeratio contingit his qui patiuntur iniurias quas poſſe fieri
faciendo docuerunt:ſed quod uirtutū omniū præciū in ipſis eſt:Non enim exercent̃ ad ꝓmium:recte facti
feciſſe merces eſt.Gratus ſum:non ut alius mihi libentius præſtet priori irritatus exēplo:ſed ut rem iucū
diſſimam:ac pulcherrimam faciam.Gratus ſum:non quia expedit:ſed quia iuuat. Hoc ut ſcias ita eſſe ſi
gratum eſſe non licebit niſi ut uidear ingratus.Si reddere beneficiū:nō aliter q̄ per ſpeciem iniuriæ pote/
ro æquiſſimo animo ad honeſtū cōſiliū per mediā infamiā tendā.Nemo enim mihi uidet̃ pluris æſtima/
re uirtutē.nemo illi magis eſſe deuotus:q̄ qui boni uiri famam perdidit:ne cōſcientiam perderet. Itaq; ut
dixi maiore tuo:q̄ alterius bono gratus illi enim uulgaris & quotidiana res contingit recipere:quod dede
rat tibi magna & ex beatiſſimo animi ſtatu profecta:gratū fuiſſe.Nam ſi malitia miſeros facit: uirtus bea
tos gratū autē eſſe uirtus eſt:rē uiſitatā reddiſti:inæſtimabilē cōſecutus es grati conſcientiam: quæ niſi in
animū diuinū fortunatūq; nō peruenit.In contrarium autē huic affectū ſumma iſœlicitas urget.Nemo ſi
bi gratus ē:miſer erit.Non differo illū ſtatim miſer eſt:Itaq; ingrati eſſe uitemus:non aliena cauſa: ſed no/
ſtra.Minimū ex nequitia:leuiſſimūq; ad alios redundat:quod peſſimum ex illa eſt & ut ita dicam:ſpiſſiſſi
mū doni remanet:& præmit habentē.Quēadmodū Attalus noſter dicere ſolebat.Malicia ipſa maximam
partem ueneni ſui bibit:illud aūt uenenū quod ſerpentes in alienā perniciē proferunt ſine ſua cōtinēt.non
eſt huic ſimile hoc habentibus peſſimū eſt.Torquet īgratus ſe:& macerat:odit quæ accepit: quia redditu
rus eſt:& extenuat.Iniurias uero dilatat atq; auget.Quid āt eo miſerius:cui beneficia excidunt:hærent in
iuriæ? At contra ſapientia exornat omne beneficium.ac ſibi ipſa commendat:& ſe aſſidua eius cōmemo/
ratione delectat.Malis una uoluptas eſt:& hæc breuis:dum accipiunt beneficia:ex quibus ſapienti longū
gaudium manet:ac perenne.Non enim illud accipere:ſed accepiſſe delectat:quod immortale eſt & aſſidu
um.illa contemnit:quibus læſus eſt.nec obliuiſcitur per negligentiam:ſed uolens.Non uertit omnia i pe
ius.nec quærit cui imputet caſum:& peccata hominum ad fortunam potius refert:non calumniatur uer/
ba:nec uultus:quicquid accidit:benigne interprætando leuat:nec offenſæ potius:q̄ officii meminit:quan
tum poteſt i priore ac meliore ſe memoria detinet:nec mutat animum aduerſus benemeritos.niſi multū

malefacta praecedunt & manifestum contuenti etiam distrimē est. Tum quoq; in hoc dūtaxat: ut talis sit post maiorē iniuriā, qualis ante beneficiū. Nam cum beneficio par iniuria est: aliquid in animo beniuolentiae remanet. Quēadmodū reus sententiis paribus absoluitur: & semper quicquid dubiū est: humanitas īclinat in melius. Sic animus sapientis: ubi paria maleficiis merita sunt desinet quidē debere: sed non desinet uelle debere. Et hoc facit. quod qui accepto quod praestiterant usuram uel hi remittūt: uel tabulas nouas soluunt. Nemo autem gratus esse potest: nisi contempserit ista propter quae uulgus insanit. Si referre uis gratiam: & in exilium eundū est: & effundendus sanguis: & suspicienda aegestas: & ipsa innocentia saepe maculanda: indignisq; obiicienda rumoribus nō paruo cōstat sibi homo gratus. Nihil charius aestimamus: q̄ beneficium quod diu petimus: nihil uilius cum accepimus. Quaeris quid sit: quod obliuionem nobis acceptorꝫ faciat? Cupiditas accipiendorꝫ. Cogitamus non quid imperatum: sed quid impetrandum sit Abstrahunt a recto diuitiae: honores potentiae: & caetera quae opinione nr̄a chara sunt: praecio suo uilia. Nescimus aestimare res de quibus non cum fama: sed cum reꝫ natura deliberandū est. Nihil habent ista magnificū quo mētes nostras in se trahāt: praeter hoc ꝙ mirari illa consueuimus. Nō enim qa concupiscenda sint laudantur: sed concupiscuntur quia laudata sunt. Et cum singulorum error publicū fecerit: singulorꝫ errorem facit publicus. Sed quemadmodum illa credimus: sic & haec fide populi credamus. Nihil esse grato animo honestius. Omnes hoc urbes, omnes etiā ex barbaricis regionibus gentes conclamabūt. In hoc bonis malisq; cōuenient. Erūt qui uoluptates laudēt. Erūt q labores malint. Erūt qui dolorē maximū malū dicāt. Erūt qui ne malū quidē appellēt. Diuitias aliqs ad summū bonū admittet: alius illas dicet malo uitae humanae reptas. Nihil esse eo locupletius cui qđ donet fortuna non inuenit. In tanta iudiciorꝫ diuersitate referendam bene merentibus gratiā omnes tibi: uno qđ aiunt orae affirmabunt. In hoc tam discors turba consentiet: cum interim iniurias pro beneficiis reddimus: Et prima causa cur quis ingratus sit: si satis gratus esse non potuit. Eo perductus est furor. ut periculosissima res sit beneficia in aliquē magna conferre. Nam quia putat non reddere turpe: nō uult esse cui reddat. Tibi habe quod accepisti: non repeto: nō exigo: profuisse tutū sit. Nullū est odiū perniciosius: q̄ me beneficii uiolari pudere. Vale.


Epistola. lxxxii. De inerti quiete uel ocio inducit de morte disputationē: ꝙ licet speciē habeat mali: non tamē ē bonū uel malū. Quā cōcertationē reprobās: īfert cōtra mortē nō uerbis: sed rebus pugnandū.

Esii iam de te esse solicitus. Quē inquis deorꝫ sponsorē accepisti? Eū. s. qui neminē fallit: animum recti ac boni amatorē. In tuto pars tui melior ē: potest tibi fortuna iniuriā facere. Quod ad rē magis pertinet non timeo ne tu facias tibi. i. qua ire coepisti: & in isto te uitae habitu compone placide non molliter. Malo mihi esse male q̄ molliter. Nunc sic accipe quemadmodum a populo solet dici: dure: aspere: laboriose: audire solemus. Sic quorumdam uitam laudari: quibus inuidetur molliter uiuit: hoc dicunt mollis est. Paulatim enim effoeminatur animus: atq; in similitudinem ocii sui & pigritiae ī qua iacet soluitur. Quid ergo: uiro non uel obrigescere satius est? Deinde mortem delicati timent: cui uitam suam fecerint similem. Multum interest inter ociū & conditiuum. Quid ergo inquis non satius est: uel sic iacere: q̄ in istis officiorum uerticibus uolutari? Vtraq; res detestabilis est & contractio & torpor. puto aeque q in odoribus iacet mortuus est: q̄ qui rapitur unco. Ociū sine litteris mors est & hoīs uiui sepultura. Quid deniq; prodest secessisse tanq̄ nos trans maria non solicitudinum causae prosequantur. Quae latebra est in quam non intret metus mortis? quae tam emunita & in altum subducta uitae quies: quam non dolor territet? Quocunq; te abdideris: mala humana circunstrepent multa extra sunt quae circūeunt nos: quae aut fallant: aut falli urgeant: multa intus quae in media solicitudine exaestuāt. Philosophia circundanda est ī expugnabilis murus: quem in fortuna multis machinis lacessitum non transit. In insuperabili loco stat aīus: qui externa deseruit: & arce se sua uendicat. īfra illum omne telum cadit. Non habet ut putamus fortuna longas manus. Neminem occupat nisi haerentem sibi. Itaq; quantum possumus ab illa resiliamus quod sola praestabit sui naturaeq; conditio. Si sciat quo iturus sit: unde ortus: quod illi bonum: quod malū sit: qd petat? quid deuitet? quae sit illa ratio quae appetenda aut fugienda discernat qua cupiditatum mansuescit insania timorum seuitia compescitur: Haec qdā putāt se ipsos etiam sine philosophia repressisse. Sed cū securos aliquis casus expertus est exprimitur sera confessio: magna uerba excidunt. Cū tortor poposcit manum: cū mors accessit propius possis dicere illi: Facile prouocabas mala absentia. Ecce dolor quem tolerabilem esse dicebas. Ecce mors contra quam multa animose locutus es. Sonant flagella: gladius micat. Nūc animus opus Eneas nūc pectore firmo. Faciet autem illud firmum assidua meditatio: si non uerba exercueris sed animū: si contra mortem te praeparaueris aduersus quā non exhortabitur: nec attollet qui cauillationibus tibi persuadere tentauerit mortem malū non esse. Libet enim mi Lucilli uirorꝫ optime ridere ineptias graecas quas nondum q̄uis mirer excussi. Zenō noster hac collectione utitur. Nullum malū gloriosum est. Mors autem gloriosa est. Mors ergo non est malum. Profecisti liberatus sum metu. Post haec non dubitabo porrigere ceruicem. Non uis seuerius loqui: nec morituro risum mouere. Non mehercule facile tibi dixerim. Vtrū ineptior fuerit qui se hac interrogatione iudicauit mortis metum extinguere an qui haec tanq̄ ad rem pertineret conatus est soluere. Nam & ipse interrogationem contrariam opposuit ex eo natam ꝙ mortem inter indifferentia ponimus: quae αδιαφορα graeci uocant. Nihil inquit indifferens gloriosum est. Mors autem gloriosum est. Ergo mors non est differens. haec interrogatio uides ubi obrepat. Mors non est gloriosa: fortiter autem mori gloriosum est: & cum dicis indifferens nihil gloriosum ē. concedo tibi ita ut dicam nihil gloriosum esse: nisi circa indifferentia: indifferentia esse dico: idest nec bona: nec mala. morbum dolorem paupertatem: exiliū: mortē. Nihil horum per se gloriosum ē nihil tamen

laudatur sine his. Laudatur enim pauper uoluntarius: non paupertas: sed quem non submittit non incuruat: Laudatur enim non exilium: sed qui hoc non doluit q̃uis iuisset. Laudatur nõ dolor sed ille quem nihil coegit dolor. Nemo mortem laudat: sed eum cuius mors ante abstulit animum q̃ cõturbauit. Omnia ista per se nõ sunt honesta nec gloriosa: sed quicquid ex illis uirtus adiit: tractauitq; honestũ ac gloriosum facit. Illa in medio sunt posita. Interest utrum malitia an uirtus manum admouerit. Mors enim illa quæ i Catone gloriosa est: in Bruto statim turpis est & erubescenda. Hic enim Brutus qui cum moriturus mortis moras quæreret: ad exonerandũ uentrẽ secessit: & uocatus ad mortẽ iussusq; præbere ceruicẽ: præbebo inquit ita ut uiuam. Quæ dementia est fugere cum retro ire non possis. Præbebo inquit ita ut uiuam pœnæ adiecit: uel sub Antõio. O hominem dignũ qui uitæ dederetur: Sed ut cœperã dicere. Vides ipsam mortem: nec malum esse nec bonum. Cato honestissime illa usus est: turpissime Brutus. Omnis res quod non habuit decus uirtute addita summit. Cubiculũ lucidũ dicimus: hoc idem obscurissimum ẽ nocte: dies illi lucem infundit: nos eripit. Sic istis quæ a nobis indifferentia ac media dicuntur: diuitiis: uiribus: formæ honoribus: regno. Et cõtra morti: exilio: malæ ualitudini: doloribus quæq; alia: aut minus: aut magis pertimuimus: aut malitia: aut uirtus dat boni uel mali nomẽ. Massa per se nec calida nec frigida est: in fornacẽ cõiecta cõcaluit. in aquã remissa refrixit: Mors honesta ẽ per illud quod honestũ ẽ: id est uirtus: & animus externa contẽnens. Sunt & eorum mi Lucilli quæ appellantur media grande discrimen. Non enĩ sic mors indifferens est quomodo utrum capillos pares habeas necne. Mors inter illa est: quæ mala q̃dem non sunt: habent tamen mali speciem. Sui amor est & permanendi conseruandiq; se insita uoluntas: atq; aspernatio dissolutionis: quia uidetur nobis multa bona eripere: & nos ex hac cui assueuimus rerum copia educere. Illa quoq; res morti nos alienat q; hæc iam nouimus. Illa ad quæ transituri sumus nescimus q̃lia sint: & horremus ignota. Naturalis præterea tenebrarum metus est in quas adductura mors creditur. Itaq; etiam si indifferens mors est: non tamen est quæ facile negligi possit. Magna exercitatione durandus est animus: ut conspectum eius accessumq; patiatur. Mors contẽni debet magis q̃ solet. multa enim de illa credimus: multorum ingeniis certatum est ad augendam eius infamiam: descriptus est carcer infernus & perpetua nocte oppressa regio: in qua ingens ianitor Orci ossa super recubans antro semesa cruento. Aeternum latrans exangues terreat umbras: Sed etiam cum persuaseris istas fabulas esse: nec quicq̃ defunctis superesse quod timeant: subit alius metus. Aeque enim timent ne apud inferos sint q̃ ne usq̃ his aduersantibus quæ nobis effundit longa persuasio. fortiter pati mortem: quid ni gloriosum sit? & inter maxima opera mentis humanæ quæ nunq̃ ad uirtutem exurget: si mortem malum esse crediderit. exurget si putauerit indifferens esse. Non recipit rerũ natura ut aliquis magno animo accedat ad id quod malum iudicat pigre ueniet. & cunctanter. Non ẽ autem gloriosum: quod ab inuito & tergiuersante fit: nihil facit uirtus: quia necesse est. Adiice nunc q; nihil fit honeste: nisi cui totus animus incubuit atq; affuit: cui nulla parte sui repugnauit. Vbi autem ad malum acceditur: aut peiorum metu fit: aut spe bonorum ad quæ peruenire tanti sit deuorata unius mali patiẽtia. Dissident inter se iudicia facientis. Hinc ẽ q; iubeat proposita perficere: illinc q; retrahat: & ab re suspecta ac periculosa fugiat. Igitur in diuersa distrahitur: Si hoc est perit gloria. Virtus enim concordi animo decreta peragit: non timet quod facit. Tu ne cede malis: sed cõtra audacior ito q̃ te tua fortuna sinet. Non ibis audacior: si mala illa esse credideris. Eximendum est hoc e pectore aliquando hæsitabit impetum morata ta suspitio retrudetur in id quod inuadendũ est. nostri quidem uideri uolunt Zenonis interrogationẽ uerã esse. Fallacẽ aũt alterã & falsam. quæ illi opponitur: Ego non redigo ista ad legẽ dialecticã: & ad illos artificii ueternosissimi nodos. Totum genus istud exturbãdũ iudico quo circũscribi sese qui interrogatur existimat: & ad cõfessionẽ perductus aliud respõdet. aliud putat pro ueritate. Simplicius agendũ est contra metũ fortius. Hæc ipsa quæ uoluuntur ab eis soluere malim: & expendere ut persuadeã: nõ ut imponã. In aciem ducturus exercitũ pro cõiugibus ac liberis mortem obiturum quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios totũ. R. P. bellum in unam trãsferentes domũ. Laconas tibi ostẽdo in ipsis thermopylarũ angustiis positos: nec uictoriã sperãt nec reditũ. Ille locus illis sepulchrũ futurus est. Quemadmodũ exhortaris ut totius gentis ruinã obiectis corporibus excipiãt & uita potius q̃ loco cedant. Dices quod malũ est. gloriosum non est. Mors gloriosa est. mors ergo non est malũ. O efficacem contentionem. Quis post hanc dubitet se ifestis ingerere mucronibus & stans mori. At ille leonidas q̃ fortiter illos allocutus est. sic inquit: Commilitones prandete tanq̃ apud inferos cœnaturi. Non in ore creuit cibus. non hæsit in faucibus: non elapsus ẽ manibus. Alacres & ad prandiũ illi processerãt & ad cœnã. Quid dux ille Romanus qui ad occupandũ locũ milites missos cum per igentem hostiũ exercitũ ituri essent sic allocutus est. Ire commilitones illo necesse est unde redire non est necesse. Vides q̃ simplex & imperiosa uirtus sit. Quẽ mortaliũ circũscriptiones uestræ fortiorẽ facere quẽ erectiorẽ possunt? Frangunt animum q̃ minus nunq̃ cõtrahẽdus est: & in minuta ac spinosa cogendus q̃ cũ aliq̃d grande cõponit: nõ trecentis sed omnibus mortalibus mortis timor detrahi debet. Quomodo illos doces malum non esse? Quomodo opiniones totius æui quibus protinus infantia imbuitur euinces. Quod auxiliũ inuenies? Quid dices imbecillitati humanæ? Quid dices quo inflãmati in media pericula irruant. Qua oratione hunc timendi cõsensum. quibus ingenii uiribus obnixã contra te persuasionem humãi generis auertis. Verba mihi captiosa componis: & interrogatiũculas nectis. magnis telis magna portenta feriuntur. Serpentem illũ in Africa sæuũ & romanis legionibus bello ipso terribiliorem frustra sagittis fundisq; petierunt. Ne pythio quidem uulnerabilis erat cum ingens magitudo pro uastitate corporis solida ferrum & quicquid humanæ torserant manus reiiceret. Molaribus demum saxis fracta est: & aduersus mortem totã munita iacularis

ſub utilitas reddit. Vale. Explicit liber undecimus.

Incipit duodecimus. Epiſtola.lxxxiii.De ſtatu ſenectutis ſuæ.De frugali conuerſatione ſua. Et de ebrietate primo aliquo℞:Deinde ſuam ponit ſententiam.



Ingulos tibi dies meos:& quidẽ totos indicari iubes.Bene de me iudicas ſi nihil eſſe in illis putas quod abſcondã.Sic certe uiuendũ eſt tanq̃ in conſpectu uiuamus:ſic cogitandũ tanq̃ aliquis inſpecturus intimum proſpicere poſſit & poteſt. Quid eni prodeſt homine aliqd eſſe ſecretũ?Nihil deo clauſum eſt.Intereſt animis noſtris & cogitatiõibus mediis iterue nit:ſic iteruenit dico tanq̃ aliqdo diſcedat.Faciam ergo quod iubes:& quid agã: & quo or dine libenter tibi ſcribã.Obſeruabo me ꝓtinus:& qđ eſt utiliſſimũ diem meũ recognoſcã. Hoc nos peſſimos facit:ꝙ nemo reſpicit uitã ſuã quid facturi ſimus cogitamus:& id raro quid fecerimus nõ cogitamus.Atqui cõſiliũ futuri ex præterito uenit hodiernus dies ſolidus ẽ:nemo ex illo qcq̃ mihi eri puit totus inter ſtratũ lectionem ꝗ diuiſus eſt.minimũ exercitationi corporis datum eſt. Et hoc nomine ago gratias ſenectuti.Non magno mihi conſtat:cũ me moui laſſus ſum.hic aũt eſt exercitationis etiã for tiſſimis finis.Progymnaſios meos ſi qris unus mihi ſufficit.Valerius puer ut ſcis mihi amabilis:ſed muta bitur:iam aliquem teneriorem quæro.Hic quidẽ ait nos eandẽ criſim habere:quia utriq3 dentes cadunt: ſed iam uix illum aſſequor currentẽ & inter pauciſſimos dies non potero.Vide quid exercitatio quotidia na proficiat cito magnũ interuallũ ſit inter duos diuerſo itinere euntes.Eodem tẽpore ille aſcẽdit:ego de ſcẽdo.Nec ignoras quanto ex his uelocius alte℞ ſiat.Mentitus ſum.Iam enim noſtra ætas non deſcendit: ſed cadit.Quomodo tamẽ hodiernũ certamẽ nobis ceſſerit:quæris? Quod raro curſoribus euenit dictã fecimus.Ab hac fatigatione magis q̃ exercitatione in frigidã deſcẽdi.hæc apud me uocatur pa℞ calida. Il le tantus pſycholutes:qui Kalẽdis ianuariis Euripũ ſalutabã:qui anno nouo.quẽadmodũ legere:ſcribere: dicere aliqđ ſic auſpicabar in uirginẽ deſilire.Primũ ad tyberim trãſtuli caſtra.Deinde ad hoc ſoliũ: qđ cũ ca fortiſſimus ſum:& omnia bona fide fiunt.Sol temperat.Non mihi multũ ad balneũ ſupereſt. Panis de inde ſiccus:& ſine menſa prandiũ:poſt quod non ſunt lauandæ manus.Dormio minimũ:conſuetudinem meam noſti:breuiſſimo ſomno utor:& quaſi interiungo:ſatis eſt mihi uigilare deſiſſe. Aliquando dor miſſe me ſcio:aliquando me ſuſpicor. Ecce Circenſium obſtrepit clamor:ſubita aliqua & immenſa uoce feriuntur aures meæ nec cogitationes meas excutiunt.nec intertũpi quidẽ.fremitũ patiẽtiſſime fero:mul tæ uoces:& in unum conſuſæ pro fluctu mihi ſunt:aut uento ſiluã uerberãte:& cæteris ſine itellectu ſonã tibus.Quid ergo eſt?Nunc cui animũ adiecerim dicam ſupereſt ergo mihi ex externo nunc cogitatio qđ ſibi uoluerint prudentiſſimi uiri:qui te℞ maximarum probationes leuiſſimas & perplexas fecerunt.quæ ut ſint ueræ:mendacio tamen ſimiles ſunt.Vult nos ab ebrietate deterrere Zenon uir maximus huius ſe ctæ fortiſſimæ ac ſanctiſſimæ cõditor.Audi ergo quẽadmodũ colligat.Vi℞ bonũ nõ futu℞ ebriũ. Ebrio ſecretũ ſermonẽ nemo cõmittit:uiro aũt bono cõmittit.ergo uir bonus ebrius non erit.Quẽadmodũ op poſita interrogatione ſimili derideat:attẽde.Satis enim eſt unã ponere e multis.Dormienti nemo ſecretũ ſermonem committit:uiro autẽ bono cõmittit.uir ergo bonus nõ dormit.Quo uno modo poteſt Poſſi donius.Zenonis noſtri cauſam agit:ſed nec ſic quidẽ ut exiſtimo agi poteſt. Ait enim ebriũ duobus mo dis dici.altero cũ aliquis uino grauis eſt & impos ſui.altero ſi ſolet ebrius fieri:& huic obnoxius eſt uitio. Nũc a Zenone dici:q ſoleat ebrius fieri:nõ qui ſit. Huic aũt neminẽ cõmiſſu℞ arcana quæ per uinũ eloq poſſit quod eſt falſum.Prima enim illa interrogatio cõplectitur eum qui eſt ebrius:nõ eum qui futurus ẽ. Plurimũ intereſſe concedes inter ebrioſum & ebriũ.poteſt & qui ebrius eſt:tunc primum eſſe: nec habere hoc uitium:& qui ebrioſus eſt ſæpe extra ebrietatem eſſe.Itaq3 id intelligo quod ſignificare iſto uerbo ſo let.Præſertim cũ ab homine diligentiã profeſſo proponatur & uerba examinante. Aduce nũc ꝙ ſi hoc in tellexit Zenon:& nos intelligere noluit ambiguitate uerbi:quæſiuit locum fraudi.quo faciendum nõ eſt: ubi ueritas q̃ritur.Sed ſi ſane hoc ſenſerit:qđ ſeqẽ falſum eſt:ei qui ſoleat ebrius fieri non cõmitti ſermonẽ ſecretũ.Cogita enim q̃ multis militibus:non ſemper ſobriis & Imperator & Tribunus & Centurio tacen da mandauerit.De illa.C.Cæſaris cæde illius dico qui ſuperato Pompeio.R.P.tenuit.tam creditum eſt ill li Tullio Cimbro q̃ Caſſio.Caſſius tota uita aquam bibit.Tullius Cimber & nimius erat i uino & Sorda lus in hanc rem locutus eſt ipſe.Ego inquit quempiam feram:qui uinum ferre nõ poſſum?Sibi quiſq3 nunc nomineteos:quibus ſcit & uinum male credi:& ſermonem bene. Vnum tamen exemplum: quod occur rit mihi referam ne intercidat.Inſtruenda eſt enim uita exemplis illuſtribus.Non ſemper cõfugiamus ad uetera.L.Piſo urbis cuſtos:ebrius ex quo ſemel factus fuit:maiorem partem noctis i conuiuio exhigebat Vſq3 in horam ſextam fere dormiebat:hoc eius erat matutinum.officium ſuum tamen quo tutela urbis continebatur diligentiſſimæ adminiſtrauit. Huic & diuus Auguſtus dedit ſecreta mãdata:cum illum ꝓ poneret Thraciæ:quam perdomuit.Et Tyberius proficiſcens in campaniam cum multa in urbe:& ſuſpe cta reliquæret:& iuſſa.puto ꝙ bene ceſſerat illi Piſonis ebrietas.Poſtea Coſſum fecit urbis præfectum Vi rum grauem:Moderatum:ſed merſum uino:& madentem:adeo ut ex Senatu aliquando in quem e con uiuio uenerat oppreſſus inexcitabili ſomno tolleretur. Huic tamen Tyberius multa ſua manu ſcripſit: quæ committẽda ne miniſtris quidem ſuis iudicabat.Nullum Coſſo aut priuatum ſecretum aut publi cum elapſum eſt.itaq3 declamationes iſtas de medio remoueamus:Non eſt animus in ſua poteſtate ebrie tate deuictus.Quemadmodum muſto dolia ipſa rumpuntur:& omne quod in imo iacet:in ſummã par tem uis caloris eiectat.Sic uino exæſtuante:quicquid in imo iacet abditum effertur: & prodit in medium Onerati mero:quemadmodum non continent cibum uino redundante: ita ne ſecretum quidem: quod

suum alienumq; est pariter effundunt. Sed q̄uis hoc soleat accidere: ita & illud solet: ut cum his quos sciamus libentius bibere de rebus necessariis deliberemus. Falsum est ergo hoc quod patrocinii loco ponitur ei qui soleat ebrius fieri: non cōmēdari tacitum. Quāto satius est aperte accusare ebrietatem : & uitia eius exponere: quæ etiam tolerabilis homo uitauerit ne dū perfectus & sapiens : cui satis est sitim extinguere: qui etiam si quando orta est hilaritas aliena causa producta longius: tamen citra ebrietatē restitit. Nam de illo uidebimus: an sapientis animus nimio turbetur uino: & faciat ebriis solita. Interim si hoc colligere uis uirꝰ bonū nō debere ebriū fieri. Cur syllogismis agis? dic q̄ turpe sit plus sibi ingerere q̄ capiat: & stomachi sui nō nosse mēsurā: q̄ multa ebrii faciāt: quibus sobrii erubescāt. Nihil aliud esse ebrietatē q̄ uolūtariā insaniā: extēde in plures dies illū ebrii habitū. Nunquid de furore dubitabis? Nunc quoq; nō ē minor: sed breuior. Refer Alexādri macedonis exemplū: qui Clytum charissimum sibi ac fidelissimum inter epulas trāsfodit: & intellecto facinore mori uoluit. Certe diruit omne uitiū ebrietas & incēdit & detegit: obstantē malis conatibus uerecūdiam remouet. Plures enim pudore peccādi: q̄ bona uolūtate ꝓhibitis abstinēt. At ubi animum possiderit nimia uis uini quicquid mali latebat: emergit. Non facit ebrietas: uitia sed protrahit. Tunc libidinosus quidem: ne cubiculum qdem expectat: sed cupiditatibus suis quantum petierint sine dilatione permitrit. Tunc impudicus morbum confitetur: ac publicat. Tūc petulās nō linguā nō manū cōtinet. Crescit īsolēti superbia: crudelitas sæuo: malignitas liuido: omne uitiū taxat & ꝓdit. Adiice illam ignorationē sui dubia: & paꝝ explanata uerba. Incertos oculos gradū errantē. Vertiginē capitis tecta ipsa mobilia uelut aliquo turbine circūagente: totā domū stomachi tormēta cū efferuescit meꝝ: ac uiscera ipsa distendit: tunc tamen utcunq; tolerabile est dū illis uis sua est: qui cū somno uitiat. & quæ ebrietas fuit cruditas facta est. Cogita quas clades ediderit publica ebrietas. Hæc acerrimas gentes bellicosasq; hostibus tradidit. Hæc multorum annorum pertinaci bello defensa mœnia patefecit. Hæc contumacissimos: & iugum recusantes in alienū redegit arbitriū. Hæc inuictos acie mero domuit. Alexādrū cuius mētionē modo feci: tot itinera: tot prælia: tot hyemes: per quas uicta tempoꝝ locorumq; difficultate trāsierat : tot flumina ex ignito cadētia: tot maria tutū dimiserunt. In tēperātia bibēdi: & ille Herculaneus ac fatalis scyphus condidit. Quæ gloria est capere multū: cū pœnes te palma fuerit: & propinationes tuas strati somno ac uomitātes recusauerint cū superstes toti cōuiuio fueris? cū oēs uiceris uirtute magnifica : & nemo uini tam capax fuerit: uinceris a dolio? Marchū Antoniū magnū uiꝝ & igenii nobilis: quæ alia res perdidit: & inextremos mores ac uitia nō romana traiecit: q̄ ebrietas? Nec minor uino exitiales urbi Cleopatræ amor. Hæc illum res: hostem. R. P. hæc hostibus suis imparē reddidit. Hæc crudelem fecit. Cū capita principū ciuitatis cœnanti referrentur. Cū inter apparatissimas epulas luxusq; regales ora ac manus proscriptorum recognosceret. Cū uino grauis sitiret tamen sanguinē intollerabile erat: q̧ ebrius fiebat : cum hoc faceret: quāto intolerabilius: q̧ hæc in ipsa ebrietate faciebat. Fere uiolētiā crudelitas seqtur : Violatur. n. exasperaturq; sanitas mētis quēadmodū difficiles faciunt oculos diutini morbi: ēt ad minimā radii solis offensionem: ita ebrietates continuæ efferat animos: Nā cū sæpe apud se nō sint consuetudine insaniæ durata. Vitia uino concepta: ēt sine illo ualēt. Dic ergo quare sapiens nō debeat ebrius fieri? deformitatē rei & iportunitatem ostēde: rebus nō uerbis: quod facilimum ē. Proba istas quæ uoluptates uocantur ubi transcenderint modū: pœnas esse. Nam si illud argumentaris: sapientē multo uino inebriari: & retinere rectum tenorē: ēt si temulētus sit: licet colligas: nec ueneno potato moritūꝝ: nec opio sumpto dormituꝝ: nec ellebo ro accepto quicquid in uisceribus hærebit eiectuꝝ: deiecturumq;. Sed si tentant pedes: lingua non cōstat. Quid est quare illū existimes in parte sobriū esse: in parte ebrium? Vale.

Epistola. lxxxiiii. De alternatione lectionis & stili: & quomodo alioꝝ dicta per transformationem nostra facere debemus.

i Tinera ista quæ segnicię mihi excutiūt & ualitudini meæ prodesse iudico & studiis. Quare ualitudinē adiuuent uides: cū pigrum me & negligentem corporis litterarum amor faciat aliena opera exerceo. Studio q̄re prosint idicabo. A lectionibus nō recessi. Sūt āt ut existimo necessariæ. Primū ne sim me uno cōtētus: deide ut cū ab aliis quæsita cognouero: tū & de inuētis iudicē & cogitē de inueniendis. Alit lectio ingeniū: & studio fatigatū nō sine studio tamen reficit. Nec scribere tātū nec tātū legere debemus: altera res contristabit: uires exhauriet. de stilo dico. Altera soluet ac diluet. Inuicē hoc & illo commutandū est: & alteꝝ altero tēperandū. Vt quicquid lectione collectum est stilus redigat in corpus. Apes ut aiunt: debemus imitari: quæ uagant: & flores ad mel faciendum idoneos carpunt. deide qcquid attulere disponunt ac per fauos digerunt. Et ut Virgilius noster ait: Liquentia mella stipant: & dulci distendunt nectare cellas. De illis non satis constat: utrū succū ex floribus ducāt: qui protinus mel fit: an quæ collegerūt in hūc saporē mixtura quadā & ꝓprietate sui species mutēt. Quibusdā. n. placet nō faciēdi mellis scientiā eē illis sed colligēdi. Aiunt inueneri apud Indos mel in arūdinū: foliis: quod aut ros illius cæli: aut ipsius arundinis hūor dulcis & pinguior gignat. In nostris quoq; herbis: uim eādē sed minus manifestā & notabilē poni q̄ ꝓsequat & ponat: & cōtrahat animal huic rei genitū. Quidā existimāt cōditura: & dispositiōe in hāc q̄litatē uerti quæ ex tenerrimis uirentiū florētiūq; decerpserint. Non sine quodā ut ita dicā fermento quo in unū diuersa coalescūt. Sed ne ad aliud q̄ de quo agitur adducar: nos quoq; has apes debemus imitari: & quæcunq; ex diuersa lectione congessimus sæperare. Melius enim distincta seruant. Deide adhibita ingenii nr̄i aura & facultate in unū saporem uaria illa libamēta cōfundere: ut etiam si apparuerit. Vnde sumptū sit aliud tamen esse q̄ unde sumptū sit appareat. Quod in corpore nostro uidemus: sine ulla opera nostra facere naturā. Alimēta quæ accepimus q̄diu in sua qualitate perdurāt & solida inatāt stomacho

onera ſunt. At cum ex eo quod erãt mutata ſunt tunc demum in uires & inſanguinẽ tranſeũt. Idem in his
qbus alunt̃ ingenia præſtemus ut quæcunq; hauſimus non patiamur integra eſſe nec aliena: ſed cõcoqua/
mus illa: alioquin in memoriã ibũt nõ ingeniũ. Aſſentiamus illis fideliter & noſtra faciamus: ut unum q/
dam fiat ex multis: ſicut unus numerus fit ex ſingulis cũ minores ſummas & diſſidẽtes cõputatio una cõ/
præhendit. Hoc faciat animus noſter: omnia quibus adiutus eſt abſcondat ipſum tantũ oſtendat qd' effe/
cit etiã ſi cuius in te cõparebit ſimilitudo quẽ admiratio tibi altius fixerit. ſimilem te eſſe uolo quomodo
filium non quomodo imaginẽ. imago res mortua eſt. Quid ergo? non intelligetur cuius imiteris oratio/
nem? cuius argumẽtationẽ? cuius ſentẽtias? Puto aliquando ne intelligi quidẽ poſſe: ſi eſt magni uiri. En
nii: nec. n. omnibus quæ ex quo uult exemplaria ſtruxit: formam ſuã impreſſit. ut i unitatem illã cõpetãt.
Nõ uides q̃ multorum uocibus chorus conſtat? Vnus tamen ex omnibus ſonus redditur. Aliqua illic acu
ta eſt: aliqua grauis: aliqua media. Accedũt uiris fœminæ. Interponuntur tibiæ. Singulorum illic latẽt uoces
omniũ apparẽt. De choro dico: quẽ ueteres philoſophi nouerant in comeſſatiõibus noſtris plus cantorũ
eſt q̃ in theatris olim ſpectatorum fuit: cũ oẽs uias ordo canẽtiũ impleuit & cauea uenatoribus cincta ẽ: & ex/
pulpito omne tibiarum genus organorũq; cõſonuit fit cõcentus ex diſſonis. Talem animũ noſtrũ eſſe uo/
lo: multæ in illo artes multa præcepta ſint: multaq; ætatũ exẽpla: ſed in unum cõſpirata. Quomodo iquis
hoc effici poterit? Aſſidua intentione: ſi nihil ægerimus. niſi rationi ceſſerimus ſuadẽti hanc ſi audire uo/
lueris dicet tibi. Relique iſta iãdudũ ad quæ diſcurritur. Relique diuitias aut piculũ poſſidẽtiũ: aut onus.
Relinque corporis: aut animi uoluptates molliunt & eneruãt. Relinque ambitũ tumida res eſt: uana: uẽ/
toſa: nullũ habet terminũ: tã ſolicita eſt ne quẽ ante ſe uideat: q̃ ne ſe poſt aliũ: laborat inuidia & quidẽ du/
plici: Vides aũt q̃ miſer ſit ſi is cui inuidet̃ inuidet. Intueris illas potentiũ domos: illa tumultuoſa rixa ſalu/
tantium limina multum habent contumeliarum: ut intres plus cum intraueris. Præteriti iſtos gradus di
uitũ: & magno aggeſtu ſuſpenſa ueſtibula non in prærupto tantum illic ſtabis: ſed in lubrico. Huc potius
te ad ſapientiam dirige: tranquilliſſimaſq; res eius: & ſimul ampliſſimas pete. Quæcunq; uidentur emine
re in rebus humanis quis puſilla ſint & comparatione humilimorum extent: per difficiles tamẽ & arduos
tramites adeuntur Confragoſa in faſtigiũ dignitatis uia eſt. At ſi conſcendere hũc uerticẽ libet: cui ſe for/
tuna ſubmiſit: oĩ qdẽ ſub te q̃ p excelciſſimis habent̃ pſpicies: Sed tamẽ uenies ad ſummã p planũ. Vale.

Epiſtola. lxxxv. de affectibus animi quos ſecundũ peripateticos dicit ſapientẽ tẽperare poſſe non uitare ſecundum uero ſtoicos etiam uitare & de beatæ uitæ perfectione.

p Eperceram tibi & quicquid nodoſi adhuc ſupererat: prætererã: cõtentus quaſi guſtũ tibi dare eo
rum quæ a noſtris dicunt̃: ut probetur uirtus: ad explendã beatã uitam ſola ſatis efficax. Iubes me
quicquid eſt interrogationũ aut noſtrarum: aut ad. traductionem noſtrã excogitatarum cõpræhendere.
Quod ſi facere uoluero: nõ erit epiſtola ſed liber. Illud totiens teſtor hoc me argumentorum genere non de/
lectari. Pudet in aciẽ deſcẽdere pro diis hominibuſq; ſuſceptã ſubula armatũ. Qui prudens eſt & tẽperans
eſt: qui tẽperans ẽ conſtans eſt: qui conſtãs ẽ imperturbatus ẽ: qui imperturbatus ẽ ſine triſtitia ẽ: qui ſine tri
ſtitia eſt beatus eſt: Ergo prudens beatus ẽ: & prudentia ad beatam uitam ſatis ẽ. Huic collectioni hoc mo
do peripatetici qdam reſpõdẽt: ut imperturbatũ & cõſtantẽ & ſine triſtitia ſic iterpretãt̃: tanq̃ impertubba/
tus dicat̃ qui raro perturbat̃ & modice: non qui nunq̃. Item ſine triſtitia eũ dici aiunt: qui non eſt obnoxi/
us triſtitiæ nec frequens nimiuſue in hoc uitio. Illud enim eſſet humanam uitam negare: alicuius animũ
immunẽ eſſe triſtitia: Sapientẽ nõ uinci mœrore cæterum tangi: & cætera in hunc modũ ſuæ ſectæ reſpon/
dentia non his tollunt affectus: ſed tẽperant. Quãtulũ autẽ ſapienti damus ſi imbecilliſſimis fortior eſt: &
mœſtiſſimis lætior & effrenatiſſimis moderatior: & humilis maior? Quis miret̃ uelocitatẽ ſuã laudans.
ad claudos debileſq; reſpiciẽs? Illa uel intactæ ſegetis per ſumma uolaret gramina. nec curſu teneras læſiſ/
ſet ariſtas. Vel mare per mediũ fluctu ſuſpẽſa tumẽti. Ferret iter: celeres nec tingeret æquore plãtas. Hæc ẽ
pernicitas per ſe æſtimata non quæ tardiſſimorum collatione laudatur. Quid ſi ſanum uoces leuiter febri ci
tantem: Nõ ẽ bona ualitudo mediocritas morbi. Sic inquit ſapiens imperturbatus dicit̃ quomodo Apy/
rina dicunt̃. nõ qbus nulla duritia eſt granorum: ſed qbus minor: falſum ẽ: Non. n. diminutionẽ malorum i
bono uiro intelligo: ſed euacuationẽ. Nulla debẽt eſſe nã parua. nõ ſi ulla ſunt creſcẽt: & interim ĩpedient.
Quomodo oculos maior: & perfecta ſuffuſio excecat: ſic modica turbat. Si das aliquos affectus ſapienti ĩ/
par erit illis ratio: & uelut torrente quodam auferet̃. præſertim cum illi non unum affectum: ſed uniuer/
ſum affectuũ cœtũ relinqs cũ quo colluctet̃. Sed oĩs plus põt q̃uis mediocriũ turba q̃ poſſet unius magni
uiolẽtia. Hẽt pecuniæ cupiditatẽ: ſed modicã. habet ambitionẽ: ſed nõ cõcitatã. hẽt iracũdiã: ſed placabilẽ.
hẽt in cõſtãtiã: ſed minus uagã ac mobilẽ. hẽt libidinẽ: nõ inſaniã. Melius cũ illo ageret̃: q unũ uitium inte
grum haberet: q̃ cũ eo qui leuiora quidẽ: ſed oĩa deinde nihil intereſt q̃ magnus ſit affectus: q̃tuſcunq; eſt
parere neſcit: cõſilium non accipit. Quẽadmodũ rationi nullum animal obtẽperat: nõ ferum: nõ domeſticũ
& mite Natura enim illorum eſt ſurda ſuadẽti: Sic nõ ſequunt̃ nõ audiũt affectus quãtulicũq; ſint. Tigres leo
neſq; nunq̃ feritatem ſuam exuũt. Aliquando ſubmittũt: & cũ minime expectaueris exaſpat̃ toruitas mi/
tigata. Nunq̃ bona fide uitia mãſueſcũt. Deinde ſi ratio proficit: ne incipient qdẽ affectus: ſi inuita ratione
cœperint: inuita perſeuerabunt. Facilius eſt. n. initia illorum prohibere: q̃ impetum regere. Falſa eſt itaq; iſta
mediocritas: & inutilis eodẽ loco habẽda quo ſiquis diceret modice in ſaniendũ: modice ægrotandũ. So
lida uirtus habet̃. Nõ recipiũt animi mala tẽperamẽtũ: facilius ſuſtuleris illa q̃ rexeris. Nunquid dubiũ ẽ
quin uitia mẽtis humanæ inueterata & dura: quæ morbos uocamus. immoderata ſint. ut auaritia: ut cru
delitas: ut impotentia: impietas. Ergo immoderati ſunt & affectus. Ab his enim ad illa tranſitur. Deinde

ſi das aliquid iuris triſticiæ:timori:cupiditati:cæteriſq; moribus paruis:non erunt in nr̃a poteſtate.Qua/
re:'quia extra non ſunt quibus irritant:Ita creſcunt prout magnas habuerint minore ſue cauſas quibus
concitent.maior erit timor:ſi plus quo exterreat aut propius aſpexerit acrior cupiditas quo illam amplio
ris rei ſpes euocauerit.Si in noſtra poteſtate non eſt an ſint affectus:ne illud quidem eſt quanti ſint: ſi ipſis
permiſiſti incipere cum cauſis ſuis creſcent:tantiq; erunt quanti fient.Adiice nũc ꝙ iſta q̃uis exigua ſunt in
maius excedunt.Nunq̃ pernicioſa ſeruant modũ:q̃uis leuia initia morboꝝ ſerpũt:& ægra corpora inter/
dum minima mergit acceſſio.Illud uero cuius dementiæ eſt credere quaꝝ reꝝ extra noſtrũ arbitriũ po/
ſita principia ſunt eaꝝ eſſe noſtri arbitrii terminos:'Quomodo ad id finiendũ ſatis ualeo ad quod prohi/
bendum parum ualui.Cum facilius ſit excludere q̃ admiſſa comprimere.Quidam ita diſtinxerunt:ut di/
cerent:temperans ac prudens poſitione quidem mẽtis & habitu tranquillus eſt:euentu uero non ẽ.Nam
quãtũ ad habitũ mẽtis ſuæ non perturbat nec contriſtat:nec timet:ſed multæ extrinſecus cauſæ incidunt
quæ illi perturbationẽ afferãt.Tale eſt ꝙ iracundum dicere uolũt qdẽ illũ nõ eẽ:iraſci tamẽ aliquãdo.& ti/
midũ non eſſe:timere aũt aliquãdo ideſt uitio timoris carere:affectu nõ carere.Quod ſi recipit uſu freq̃n/
ti timor tranſibit in uitiũ:& ira in animũ admiſſa habitũ illũ carẽtis animi retexet.Præterea ſi non contẽ/
nit uenientes extrinſecus cauſas:& aliquis timet:cum fortiter eundũ erit aduerſus tela ignes pro patriæ le
gibus libertate contanter exibit:& animo recedẽte.Nõ cadit autem in ſapiẽtem hæc diuerſitas mẽtis.Illud
præterea iudico obſeruandum:ne duo quæ ſeparatim probãda ſunt miſceamus: per ſe enim colligit unũ
bonũ eſſe quod honeſtum.Per ſe rurſus ad beatã uitã ſatis eſſe uirtutẽ.Si enim unum bonũ eſt quod ho/
neſtum eſt oẽs cõcedũt ad beate uiuẽdũ ſufficere uirtutẽ.Ecõtrario non remittet:ſi beatũ ſola uirtus facit
unum bonũ eſſe qđ honeſtũ eſt.Xenocrates & Speuſippus putãt beatũ uel ſola uirtute fieri poſſe: non ta/
men unũ bonũ eſſe quod honeſtũ eſt.Epicurus quoq; iudicat cũ uirtutẽ habeat beatũ eſſe:ſed ipſam uirtu
tem non ſatis eſſe ad beatã uitam:q̃a beatũ efficiat uoluptas quæ ex uirtute eſt non ipſa uirtus.Inepta diſti/
ctio.Idem enim negat nunq̃ uirtutẽ eſſe ſine uoluptate.Ita ſi ei ſemper iuncta eſt:atq; inſuperabilis:& ſola
ſatis eſt.Habet enim ſecum uoluptatẽ ſine qua nõ eſt:etiã cũ ſola ẽ.Illud ãt abſurdum ẽ quod dicit: beatũ
quidem futuꝝ uel ſola uirtute.non futuꝝ autem perfecte beatũ.Quod quẽadmodũ fieri poſſit nõ reperio.
Beata enĩ uita bonum in ſe perfectũ habet:& inexuperabile.Quod ſi eſt perfecta eſt beata ẽ. Si deoꝝ uita
nihil habet maius aut melius.Beata ãt uita diuina eſt.Nihil habet in quod amplius poſſit attolli.Præterea
ſi beata uita nullius eſt idigens.omnis beata uita perfecta eſt:eadẽq; eſt & beata & beatiſſima.Nũquid du
bitas qn beata uita ſummũ bonũ ſit:'Ergo ſi ſummũ bonũ hẽt:ſummæ beata ẽ.quemadmodum ſummũ
bonum adiectionem nõ recipit.Quid enim ſupra ſummum erit:'Ita nec beata quidem uita:ſine ſummo
bono eſt:quod ſi aliquis magis beatum induxeris:induces & multo magis:inumerabilia diſcrimina ſum
mi boni facies:cum ſummum bonum intelligã:quod ſupra ſe gradum nõ habet.ſi eſt aliq̃s minus beatus
q̃ alius:ſeq̃t ut hic alterius uitã beatioris magis cõcupiſcat q̃ ſuã.Beatus ãt nihil ſuæ p̃fert: Vtrum libet ex
his icredibile eſt.aut aliq̃d beato reſtare:ꝙ eſſe q̃ ꝙ eſt mallit:aut id illum nõ malle qđ illo melius ẽ. Vtiq;
enim quo prudentior eſt.Hoc magis ſe ad id quod eſt optimum extendet:& id omni modo conſequi cu/
piet.Quomodo ãt beatus eſt qui cupere etiã nunc poteſt:immo qui debet.Dicam quid ſit: ex quo ueniat
hic error.Neſciunt beatã uitã unã eſſe.In optimo illã ſtatu ponit q̃litas ſua:non magnitudo.Itaq; in æquo
eſt:& longa & breuis:diffuſa & anguſtior in multa loca multaſq; partes diſtributa nõ ĩ unum coacta.Qui
illã æſtimat numero & mẽſura & partibus:id illi quod habet eximium eripit. Quid ãt ĩ btã uita eximiũ
quod plena eſt:finis:ut puto edendi bibẽdiq; ſatietas eſt.hic plus edit:ille minus.Quid refert:'Vterq; iam
ſatur eſt:hic plus bibit:ille minus.Quid refert:'Vterq; non ſitit.Hic pluribus annis uixit:hic paucioribus
nihil intereſt:ſi tam illum multi anni beatum fecerunt q̃ hunc pauci.Ille quẽ tu minus beatum uocas: nõ
ẽ beatus:nõ põt nomen minui.Qui fortis ẽ:ſine timore eſt:q ſine timore eſt:ſine triſtitia eſt.q ſine triſtitia
ẽ beatus ẽ.Noſtroꝝ hæc interrogatio ẽ.Aduerſus hanc ſic reſpondere conant falſam nos rem & cõtrouer
ſioſam pro confeſſa iudicare eum qui fortis eſt ſine timore eſſe. Quid ergo inq̃t fortis imminentia mala
non timebit:'Iſtud dementis alienatiq; non fortis eſt.Ille uero inq̃t moderatiſſime timet:ſed in totum ex/
tra metum non ẽ.Qui hæc dicunt rurſus in diẽ reuoluunt:ut illis uirtutum loco ſint minora uitia.Nam
q timet q̃dem ſed rarius & minus non caret malicia:ſed leuiore uexat.At enĩ demẽtem puto. q mala im/
minentia non extimeſcit.Veꝝ ẽ qđ dicis.ſi mala ſunt:ſed ſi ſcit mala illa nõ eſſe:& unã tãtum turpitudinẽ
malum iudicat:debebit ſecure p̃icula aſpicere:& alia timẽda cõtẽnere.Aut ſi ſtulti & amẽtis ẽ mala non ti
mere.quo quis prudẽtior eſt:hoc timebit magis. Vt nobis inq̃t uidet.p̃bebit ſe p̃iculis.fortis minime:nõ
timebit illa:ſed uitabit.Cautio illum decet:timor nõ decet.Quid ergo inq̃t mortẽ:uicula: ignes: alia tela
fortunæ nõ timebit:'Nõ ſcit enim illa nõ eẽ mala ſed uideri.Oĩa iſta humãæ uitæ formidies putat.Deſcri
be captiuitatẽ:uerberat:cathenas:ægeſtatẽ.& mẽbroꝝ lacerationes:uel per morbum:uel p iniuriã:& q̃c/
quid aliud attuleris inter lymphaticos metuentes numerat.Iſta timidis timenda ſunt.An id æſtimas ma/
lum ad qđ aliquãdo nobis nr̃a ſponte ueniẽdum eſt:'Quæris q̃d ſit malum:'Cedere his quæ mala uocãt.
& illis libertatẽ ſuã dedere: p qua cuncta patiẽda ſunt.Perit libertas niſi illa cõtẽnimus quæ nobis iugũ i/
ponunt.Nũ dubitarẽt q̃d conueniret forti uiro:ſi ſcirent q̃d eſſet fortitudo.nõ eſt enim incõſulta temeri
tas:nec p̃iculoꝝ amor:nec formidabiliũ appetitio.ſciẽtia eſt diſtinguendi:q̃d ſit malum:& q̃d nõ ſit.Dili
gẽtiſſima in tutela ſui fortitudo ẽ.Et eadẽ patiẽtiſſima eoꝝ q̃bus falſa ſpecies maloꝝ ẽ. Quid ergo ſi fer/
rũ icentat ceruicibus uiri fortis:'ſi pars ſubinde alia atq; alia ſuffodit:ſi uiſcera ſua i ſinu ſuo uiderit:'ſi ex i
teruallo quo magis tormẽta ſentiat repetit:& per aſſicata uiſcera recẽs dimittit ſanguis nec timere: Iſtum

tu dices nec dolere.Iſte uero dolet.Senſum enim hominis nulla exuit uirtus:ſed nõ timet inuictus ex alto
dolores ſuos ſpectat.Quæris qs tũc illi aius ſit?q ægrũ amicũ adhortãtibus:qđ malum ẽ nocet:qđ nocet
deteriorem facit.dolor & paupertas deteriorem non faciunt:ergo mala non ſunt.Falſum eſt inquit quod
proponitis.non enim ſiquid nocet etiam deteriorem facit.Tempeſtas & procella nocet gubernatori non
tamen illum deteriorem facit.Quidã Stoici aduerſus hæc ita reſpondent.Deteriorẽ fieri gubernatorẽ tẽ/
peſtate ac procella:qua nõ poſſit id qđ propoſuit efficere:nec tenere curſum ſuum.deteriorem illũ in arte
ſua non fieri:in opere fieri.Quibus Peripateticus.Ergo inqt & deteriorẽ ſapiẽtẽ faciet paupertas dolor &
quicqd aliud tale fuerit.Virtutẽ.n.illi nõ eripiet:ſed opa eius ĩpediet.Hoc recte diceret : niſi diſſimilis eſ/
ſet gubernatoris cõditio & ſapiẽtis.Huic ergo propoſitũ ẽ in uita agẽda:nõ utiq; qđ tẽtat efficere: ſed oĩa
recte facere.Gubernatori propoſitũ eſt:utiq; naui in portũ pducere.Artes miniſtræ ſunt præſtare debent
quod promittũt.Sapiẽtia domina rectrixq; eſt.Artes ſeruiũt uitæ:ſapientia imperat.Ego aliter reſpõden/
dũ iudico.Nec artem gubernatoris deteriorẽ ulla tẽpeſtate fieri:nec ipſam adminiſtrationẽ artis guber/
nator tibi non fœlicitatẽ promiſit:ſed utilẽ operã:& nauis regendæ ſcientiã hoc eo magis apparet quo illi
magis aliqua fortuita uis obſtitit:qui hoc potuit dicere.Neptune nunq̃ nauẽ hãc niſi rectã uidebis arti ſa/
tiſfecit:tẽpeſtas nõ opus gubernatoris ĩpedit ſed ſucceſſum.Quid ergo ĩquit non nocet?gubernatori ea
res:quæ illũ tenere portũ uetat:quæ conatus eius irritos efficit:q aut refert illum:aut detinet & exarmat.
Nõ tanq̃ gubernatori:ſed tanq̃ nauigãti nocet.alioqn gubernatoris artẽ deo nõ ĩpedit ut offendat Tranql
lo.n.ut aiunt qlibet gubernator ẽ.nauigio iſta obſunt:nõ rectori eius qa rector ẽ:duas pſonas hẽt guber/
nator.alterã cũ oĩbus cõem qui eandẽ cõſcẽderũt nauẽ in qua ipſe quoq; uector ẽ.Alterã propriã:qua gu/
bernator eſt.Tẽpeſtas tanq̃ uectori nocet:nõ tanq̃ gubernatori.Deide gubernatoris ars alienũ bonum eſt
ad eos quos uehit pertinet.Quomodo medici ars ad eos quos curat.Cõe bonũ ẽ & eoꝝ: cũ quibus uiuit:
& propriũ ipſius.Itaq; gubernatori fortaſſe noceat:cuius miniſteriũ ab eo aliis pmiſſum tẽpeſtate impe/
dit.Sapiẽti nõ nocetur a paupertate:nõ a dolore:nõ ab aliis tẽpeſtatibus uitæ.Nõ.n.phibẽt opa eius oĩa:
ſed tãtũ ad alios ptinẽtia.Ipſe ſp ĩ actu ẽ:nõ in effectu.Tunc maxĩus cũ illi fortũa ſe oppoſuit:tunc ipſius ſa
pientiæ negociũ agit quã dixius & alienum bonum eẽ & ſuũ.Præterea nec aliis qdẽ tunc pdeſſe phibet:
cum illum aliquæ neceſſitates pmunt:Propter pauptatẽ prohibet docere quẽadmodũ ſit tractãda.R.P.
At illud docet quõ ſic tractanda pauptas.Per totã uitã opus eius extẽdit.Ita nulla fortuna nulla res actus
ſapiẽtis excludit.Id.n.ipſum agit:quo agere alia prohibet.Ad utroſq; caſus uitæ aptus eſt:bonoꝝ rector ẽ
maloꝝ uictor.Sic inq̃ ſe exercuit:ut uirtutẽ tam in ſecundis q̃ in aduerſis exhiberet nec materiam eius ſed
ipſam intueret.Itaq; nec paupertas illum:nec dolor:nec quicquid aliud quod imperitos auertit: & pcipi/
tes agit phibet.Tu illum pmi putas malis utitur.Nec ex ebore tantum Phidias ſciebat facere ſimulachra
faciebat ex ære:ſi marmor illi:ſi adhuc illi uiliorẽ materiã obtuliſſes feciſſet quale ex illa fieri optimũ poſ/
ſet.Sic ſapiẽs uirtutẽ ſi licebit in diuitiis explicabit:ſi minus in paupertate:ſi poterit ĩ patria:ſi minus ĩ exi/
lio:ſi poterit Imperator:ſi minus miles:ſi poterit integer:ſi minus debilis:quãcũq; fortunã acceperit aliqd
ex illa memorabile efficiet.Certi ſunt domitores feraꝝ qui ſeuiſſima etiam aĩalia & ad occurſum expauẽ
tia hominum cogunt pati ſub iugum.Nec aſperitate excuſſiſſe contenti.uſq; in contubernium mitigant
Leonibus manus magiſter inſertat:oſculat Tigrim ſuus cuſtos.Elephantẽ minius ethiops iubet ſubſide
re in genua:& ambulare per funẽ.Sic ſapiens artifex ex domandi mala:dolor:ægeſtas : ignominia carcer:
exilium ubiq; horrenda.Cum adhuc peruenere manſueta ſunt. Vale.

Incipit liber tertiuſdecimus. Epiſtola.lxxxvi.Exemplo Scipionis utens balneorum notat luxuriam
ſubiiciens de ſationibus & inſitionibus quædam oblectabilia ſenectuti.



N ipſa Scipiõis africani uilla iacẽs.Hæc tibi ſcribo: Adoratis manibus eius:& ara quã ſepul
chrum eẽ tãti uiri ſuſpicor aiam qdẽ eius in cælum:ex quo erat rediiſſe pſuadeo mihi : nõ
qa magnos exercitus duxit.Hos eni & Cãbyſes furioſus:ac furore fœliciter uſus : habuit.
Sed hoc egregiã eius moderationẽ:pietatẽq;:quã magis in illo admirabilẽ iudico. Cum re
liqt patriã:quã cũ defendit:aut Scipio romæ deeſſe debebãt:aut roma libertati.Nihil inqt
uolo derogare legibus:nihil iſtitutis:equum ĩter oẽs ciues ius ſit : Vtere ſine me beneficio
meo patria.Cauſa tibi libertatis fui.Tuus ſemp ero:& argumẽtum ex eo ſi plus q̃ tibi expedit creui.Quid
ni ego admirer hãc magnitudinẽ animi:qua in exilium uoluntarium ſeceſſit: & ciuitatẽ exonerauit. Eo
enim perducta res erat ut libertas Scipiõi:aut Scipio libertati faceret iniuriam.Neutrum fas erat.Itaq; lo/
cum dedit legibus:& ſe Liternum recepit.tam ſuũ exilium.R.P.iputaturus q̃ Hãnibali:uidi uillã ſtructã
lapide q̃drato.Muꝝ circundatum ſiluæ:turres quoq; in ppugnaculum uillæ utriq; ſurrectas.Ciſternam
ædif.ciis:ac uiridibus ſubditã:q̃ ſufficere ĩ uſum uel exercitus poſſet.Balneolũ anguſtũ:tenebricoſum ex
conſuetudine antiqua.maioribus noſtris non uidebat calidum niſi obſcuꝝ.Magna ergo me uoluptas ſu
biit contẽplantem mores Scipionis ac nr̃os.In hoc angulo ille carthaginis horror:cui roma debet:q; tan/
tũ ſemel capta eſt:Abluebat corpus:laboribus ruſticis feſſum.Exercebat eni opere ſe : terrãq; ut mos fuit
priſcis ipſe ſubigebat.Sub hoc illo tecto tã ſordido ſtetit.Hoc illum pauimẽtum tã uile ſuſtinuit. At nũc
qs eſt q ſic lauari ſuſtineat.Pauper ſibi uidet ac ſordidus.niſi parietes magnis & præcioſis orbibus refulſe
rint:niſi alexãdrina marmora numidicis cruſtis diſtincta ſunt:niſi illis undiq; opoſa:& ĩ picturæ modũ
uariata circũlitio ptexit:niſi uitro abſcõdit Camera:niſi thaſius lapis quõdam raꝝ ĩ aliquo ſpectaculũ tẽ
plo:piſcinas nr̃as circũdedit ĩ q̃s multa ſedatiõe corpora exanimata demittimus.Niſi aq̃ argẽtea epitoma
fuderint.Et adhuc plebeas fiſtulas loquor.Quid cum ad balnea libertinoꝝ peruene.o? Quãtũ ſtatuaꝝ

quantum columnarum eſt?Nihil ſuſtinentium:ſed in ornamentum poſitarum impenſæ cauſa.Quãtũ
aq̃ꝝ p gradus cũ fragore labẽtiũ.Eo delitiaꝝ peruenimus ut niſi gẽmas calcare nolimus.In hoc balneo.
Scipiõis minimæ ſunt rimæ magis q̃ feneſtræ muro lapideo exactæ:ut ſine iniuria munimẽti lumen ad/
mitterent.At nunc blattaria uocant balnea.Si qua non ita aptata ſunt:ut totius diei ſolẽ.feneſtris ampliſſi
mis recipiãt:niſi & lauant ſimul & colorant:niſi ex ſolio agros ac maria ꝓſpiciunt.Itaq; quæ concurſum
& admirationẽ habuerant cũ dedicarent in antiquoꝝ numeꝝ reiiciunt.cũ aliqd noui luxuria commen/
ta eſt quo ipſa ſe obrueret.At olim & pauca erant balnea nec ullo cultu exornata. Cur enim exornaretur
res quadratoria & in uſum nõ in oblectamẽtũ reperta:nõ ſuffundebat aqua nec recẽs ſemper uelut ex cali
do fonte currebat:nec referre credebant in q̃ plucida ſordes depõerent.Sed dii bõi q̃ iuuat illa balnea itra
re obſcura & gregali tectorio iducta:quæ ſcires catonẽ tibi ædilẽ:aut Fabiũ maximũ:aut corneliis aliquẽ
manu ſua temperaſſe:Nam hoc quoq; nobiliſſimi ædiles fingebant officio itrandi ea loca quæ populum
receptabant:exigendiq; mundicias & utilẽ ac ſalubrẽ tẽperaturã.Nõ hãc quæ nup inuenta eſt ſimilis icen
dio.Adeo qdem in conuictum in aliquo ſcelere ſeruum uiuũ lauari oporteat.Nihil mihi uidet iã itereſſe
ardeat balneũ an caleat.Quãtæ nunc aliquis ruſticatis dãnat Scipionẽ ꝙ nõ i caldariũ ſuum ſatis ſpeculari
bus diẽ admiſerat:ꝙ nõ in multa luce decoquæbat & ſpectabat ut in balneo cõcoq̃ret. O hoiem calami/
toſum neſcit uiuere nõ ſaccata aqua lauabat ſed ſæpe turbida.Et cũ plueret uehemẽtius pœne lutulẽta nec
multũ eius intereat an ſic lauaret.Veniebat.n.ut ſudorẽ illic ablueret nõ ut unguẽtũ.Quas nunc Quorũ/
dã uoces futuras credis nõ iuideo Scipioni.Vere in exilio uixit q ſic lauabat.nam ut aiunt q priſcos mores
urbis tradiderũt brachia:ac crura quotidie abluebãt:quæ.ſ.ſordes ope collegerãt.Cæteꝝ toti nundinis la
uabant.hoc loco dicet aliqs:mihi liquet immõdiſſimos fuiſſe.Quis putas illos ſoluiſſe militiã labore de
cebat uiꝝ poſtq̃ mũda balnea iuenta ſunt ſpurcitiores ſunt:deſcripturus iſamẽ:& nimis notabilẽ delitiis.
Oratius flaccus qd ait:Paſtillos ruffillus olet Dares nunc ruffillũ pinde eẽt ac ſi hircũ oleret.Gorgõii loco
eẽt.Quẽ idẽ Oratius ruffillo oppoſuit paꝝ ẽ ſumere unguẽtũ niſi bis die terq; renouet ne euaneſcat i cor/
pore.Quid ꝙ idẽ hoc odore tanq̃ ſuo gloriant?Hæc ſi tibi nimiũ triſtia uidebunt uillæ imputabis i q̃ di
dici ab Aegilao diligẽtiſſimo pr̃familiæ(Is.n.huius agri nũc poſſeſſor eſt).q̃uis uetus arbuſtũ poſſe tranſ/
ferri:hoc nobis ſenibus diſcere neceſſariũ eſt:quoꝝ nemo non oliuetũ alteꝝ alteri ponit. Quod ubi hoc
dico illũ arboꝝ & trimũ & q̃drimum faſtidiẽdi fructus autũno depõere te quoq; ꝓteget illa q̃ tarda uẽit
ſeris factura nepotibus umbra:ut ait Virgilius nr̃:q nõ qd ueriſſime:ſed q decentiſſime diceretur aſpexit.
nec agricolas docere uoluit:ſed legentes delectare.Nã ut omnia alia tranſeam:hoc qđ mihi hodie neceſſe
fuit depræhendere aſcribã.Vere Fabis ſatio ẽ tunc te quoq; medica putres accipiũt ſulci:& milio uenit an
nua cura.Annuo tpe iſta ponẽda ſunt:& an utriuſq; uerna ſit ſatio.hic exiſtimes licet.Iunius mẽſis ẽ quo
tibi ſcribo:iã ꝓcliuus in Iuliũ.Eodẽ die uidi fabã metẽtes:miliũ ſẽrẽtes.Ad oliuetũ reuertar:qđ uidi duo/
bus modis diſpoſitũ.Magnaꝝ arboꝝ trũcos circũciſis ramis:& ad unũ redactis pedẽ cũ rapto ſuo trãſtu/
lit amputatis radicibus:relicto tamẽ capite ipſo:ex quo ille pependerãt.hoc ſimo tinctũ in ſcrobẽ demiſit.
Deinde terrã nõ aggeſſit tãtũ:ſed calcauit & preſſit.Nec qcq̃ eẽ hac ut ait ſpiſſatione efficacius:uidelicet fri
gus excludit & uentũ.Minus præterea mouetur:& ob hoc naſcentes radices ꝓdere patit:ac ſolũ appȟen/
dere quas neceſſe eſt cereas adhuc:& præcario hærentes.Læuis quoq; reuellet agitatio Paꝝ aũt ualet arbo
ris anteq̃ obruat radix.Et omni eni materia:quæ nudata eſt:ut ait radices exeunt nouæ.nõ plures ãt ſup
terram eminere debet trũcus q̃ tres aut quatuor pedes.ſtatim enim ab imo ueſtiet.nec magna pars quem
admodũ in oliuetis ueteribus:arida & retorida erit.Alter ponẽdi modus hic fuit.Ramos fortes:nec cor/
ticis duri quales eſſe nouellaꝝ arboꝝ ſolent:eodẽ genere depoſuit:hi paulo tardius ſurgunt:ſed cũ tanq̃ a
planta proceſſerint:nihil habent in ſe:aut horridũ:aut triſte.Illud etiã uidi uitem ex arbuſto ſuo annoſam
transferri:huius capilamẽta quoq; ſi fieri poteſt colligẽda ſunt.deinde liberalius ſternenda uitis:ut etiã ex
corpore radiceſcat.Et uidi nõ tãtũ mẽſe Februario poſitas:ſed & iã Martio exacto:tenent:& cõplexæ ſunt
ſuas ulmos.Oẽs aũt iſtas arbores:quæ ut ita dicã:grãdis copiæ ſunt:ait aqua adiuuãdas ciſternina:q̃ ſi pro
deſt haberemus pluuiam in noſtra poteſtate.plura te docere non cogito:ne quẽadmodum Aegialus me
ſibi aduerſarium parauit:ſic ego parem te mihi. Vale.

Epiſtola.lxxxvii.Exemplo ſui & Catonis ad frugalitatem hortatur annectẽs cõtra Peripateticos diſpu/
tationem de fortuitis quæ bona non ſunt.

Aufragiũ anteq̃ nauẽ aſcenderẽ feci:quõ acciderit nõ adiicio:ne & hoc putes inter ſtoica paradoxa
n ponẽdũ:quoꝝ nullũ eẽ falſum:nec tam mirabile q̃ pria facie uidet:cũ uolueris approbabo.Immo
etiam ſi nolueris.Interim hoc me iter docuit:q̃ multa haberemus ſupuacua:& q̃ facili iudicio poſ
ſemus deponere:quæ ſi q̃do neceſſitas abſtulit:nõ ſentius ablata. Cũ pauciſſimis ſeruis quos unum cape
uehiculũ potuit ſine ullis rebus:niſi quæ corpore noſtro continebant.Ego & maxius meus biduũ iã beiſ
ſimũ agimus.Culcitra in terra iacet.ego in culcitra ex duabus pẽnulis:altera ſtragulũ:altera optoriũ facta
eſt.De prandio nihil detrahi potuit:paratũ fuit nõ magna hora:nunq̃ ſine Caricis nuſq̃ ſine pugillaribus.
ille ſi panẽ hẽo:pro pulmẽtario ſunt:ſi nõ pro pãe.Quotidie mihi ãnũ nouũ faciunt.quẽ ego fauſtũ & fœ
licẽ reddo:bõis cogitationibus:& animi magnitudine:quæ nunq̃ maior eſt:q̃ ubi aliena ſe poſuit & fecit
ſibi pacẽ nihil timendo:fecit ſibi diuitias nihil cõcupiſcẽdo.Vehiculũ in quo poſitus ſum ruſticũ eſt.Mul
tæ uiuere ſe ambulando teſtant.Mulio excalceat non pp æſtatẽ:uix me obtineo:ut hoc uehiculum nolim
uideri meũ.Durat adhuc puerſa recte uerecũdia:& quotiẽs in aliquẽ comitatũ lautiorẽ incidimus iuitus
erubeſco.Quod argumẽtũ ẽ iſta quæ ꝓbo:quæ laudo nõdũ hẽre certã fidem:& imobilem.Qui ſordido

uehiculo erubescit:præcioso gloriabit. Pa℞ adhuc profeci nondum audeo frugalitatē palā ferre : & nunc
curo opiniões uiato℞ cōtra totius generis humani opiniões mittēda uox erat. Insanitis:erratis stupetis ad
supuacua:neminē æstimari suo:cū ad patrimoniū uētū est diligētissimi cōputatores:sic rationē pōitis sin
gulo℞:qbus aut pecuniā credituri estis:aut beneficia. Nā hæc quoq iā expēsa fertis late possidet: sed mul/
tum debet:habet domum formosam:sed alienis nummis paratam familiam nemo cito speciosiorem p/
ducit:sed nominibus nō respōdet:Si creditori soluerit nihil illi supererit. Idē in reliqs quoq facete debebi
tis excutere quantū pprii qsq habeat. diuitē illū putas:qa aurea supellex etiā in uia eū seqt:qa in omnibus
prouinciis arat:qa magnus kalendarii liber uoluitur:quia tantum suburbanis agris possidet: quantum in
uidiose desertis Apuliæ possideret. Cum oīa dixeris pauper est. Quare? quia debet . Quātū inqs? Oīa nisi
forte iudices interesse:ut℞ aliquis ab homine:an a fortuna mutuū sumpserit. Quid ad rem pertinēt mu/
læ saginatæ unius omnis coloris? Quid ista uehicula celata. Instrati ostro lapides pictisq tapetis? aurea pe
ctoribus demissa monilia pendent. Tecti auro fuluum mandunt sub dentibus aurum. Ista nec meliorem
facere possunt dominū:nec mulā. Marcus Cato Censorius:quē tā necessariū. P. R. fuit nasci : q̄ Scipionem
Alter enī cum hostibus nostris bellū:alter cum moribus gessit. Canterio uehebat hyppoperis qdē iposi/
tis:ut secum talia portaret. O q̄ cuperē illi nunc occurrere aliquē ex his trossulis i uia diuitibus:cursores &
numidas & multū ante se pulueris agētē:hic sine dubio cultior comitatiorq q̄. M. Cato uideret. Hic q in
ter illos apparatus delicatus cum maxie dubitat ut℞ se ad glaudiū locet an ad cultrū :O quātū erat sæculi
deus Imperatorem triumphalē Cēsoriū & qd super oīa hæc elt:Catonē uno caballo esse cōtentū & ne to/
to qdem:partem enī sarcinæ ab utroq latere dependentes occupabāt. Ita nō oibus obesis in annis:& a stur
conibus:& tollutaris præferens illū unicū equū ab ipso Catone defrictū. Video nō futu℞ finē in ista ma/
teria ullū:nisi quē ipe mihi fecero. Hic itaq cōticescā quantū ad ista quæ sine dubio talia diuinauit futura
qualia nunc sunt qui primus appellauit ipedimenta:nunc uolo adhuc paucissimas iterrogatiões nostro℞
tibi reddere ad uirtutē ptinētes q̄ satisfacere beatæ uitæ cōtēdimus. Quod bonum est bonos facit . Nā & i
arte musica qd' bonum ē:bonum facit musicū:fortuita bonū nō faciut:ergo nō sunt bōa : Aduersus hæc
sic respondet Peripatetici. Vt quod primum proponimus falsum esse dicant. Ab eo iquiunt quod est bo/
num:non utiq fiunt boni. In musica ē aliqd bonum tanq̄ tibia:aut chorda:aut organū aliqd' aptatum ad
usum canēdi nihil tamē ho℞ facit musicū. Hic respōdemus:Nō itelligitis quomodo posuerimus qd' bo
nū ē i musica. Nō. n. id dicimus qd' istruit musicū:sed qd' facit. Tu ad supellectilē artis nō ad artē uenis. Si
qd āt in ipsa arte musica bonū est:id utiq musicū faciet. Etiā nūc facere me his planius uolo. Bonū in arte
musica duobus modis dicit:Alter quo effectus musici adiuuat. Altero quo ars:ad effectū pertinent istru/
mēta tibiæ:& organa:& chordæ:ad artē ipsam nō ptinent. Est enī artifex etiā sine istis. Vti forsitam non
pōt arte. hæc nō est utiq duplex in homine. id enī bonū & hominis & uitæ:quod cōtēptissimo cuiq con/
tingere ac turpissimo pōt bonum nō est. Opes āt:& lenoni:& lanistæ contingunt. ergo nō sunt bona : Fal/
sum est inqunt qd' pponitis. Nā & in grāmatica:& in arte medēdi:aut gubernādi:humilimis quibusq ui
demus bona cōtingere:sed istæ artes non sunt magnitudine animi professæ nec consurgunt in altum:nec
fortuita fastidiūt. uirtus extollit hoiem & sup chara mortalibus collocat:nec ea quæ bōa:nec quæ ea mala
uocantur. Aut cupit nimis:aut expauescit. Celidon unus ex Cleopatræ nobilibus , patrimonium grande
possedit:nup natalis tam iprobæ linguæ q̄ impuræ:in cuius ore fœminæ purgabantur:& multorum hæ
res fuit:& multos habuit hæredes. Quid ergo utrum illum pecunia ipurum effecit:an ipse pecuniā ispur/
cauit:quæ sic in quosdā hoies quō denarius in cloacham cadit. Virtus super ista consistit suo ære censetur.
Nihil ex istis quomodo libet icurrētibus bono iudicat:Medicina & gubernatio non interdicit sibi ac suis
admirationem taliū re℞. Qui nō est uir bonus pōt nihilominus medicus eē pōt:gubernator: pōt grāma/
ticus tā mehercules eē q cocus. Cui cōtingit habere rē nō quælibet:hūc non qlibet dixeris. Qualia quisq
habet talis est. Fiscus tanti:est quātū habet:imo in accessionē eius uenit qd habet. Quis pleno sacculo ullū
præciū ponit nisi qd' pecuniæ in eo cōditæ numerus effecit. Idē euenit magno℞ dominis patrimonio℞:
accessiones illo℞:& appēdices sunt. Quare ergo sapiens magnus est? qa magnū animum habet. Verum ē
ergo qd' cōtēptissimo cuiq cōtingit bonū nō esse. Itaq idolētiam nunq̄ bonū dicā. Habet illā cicada : ha/
bet pulex:ne qdem qete & molestia uacare bonū ē. Quid est ociosus uerme? Quæris quæ res sapiētem fa/
ciat? quæ deum? Des oportet illi diuinum aliqd cæleste magnificum . Non in oēs bonum cadit nec quē
libet possessorē patitur. Vide & quid quæq ferat regio:quid quæq recuset. Hic segetes. illic ueniunt fœli
cius uuæ. Arborei fœtus alibi atq iniussa uirescunt. Gramina:nonne uides croceos ut molus odores . In/
dia mittit ebur:moles sua thura sabei. At calibes nudi ferrū. Ista in regiones descripta sunt:ut necessarium
esset mortalibus inter ipsos cōmerciū:si inuicē alius aliquid ab alio peteret. Sūmū illud bonū habet:& ip/
sum suā sedē:nā non nascitur ubi ebur:nec ubi ferrum. Quis sit summi boni locus quæris? Animus. Hic
nisi purus & sanctus est:deū non capit:bonū ex malo non fit:diuitiæ fiunt. Fiunt aūt ex auaritia . Diuitiæ
ergo nō sunt bonæ. Nō est inquit:ue℞ bonū:bonū ex malo non nasci. Ex sacrilegio enim & furto pecunia
nascit. Itaq malum qdem est sacrilegiū & furtū. Sed ideo quia plura mala facit q̄ bona. dat. n. luc℞: sed cū
metu:solicitudie tormentis & animi & corporis. Quisquis hoc dicit:necesse est recipiat sacrilegium sicut
malum sit:quia multa mala facit. Ita bonū quoq ex alia parte esse. quia aliquid bōi facit:quo qd fieri por
tētuosius pōt q̄ sacrilegiū:furtū:adulteriū:inter bona haberi prorsus persuasimus:q̄ multi furto nō erube
scūt:q̄ multi adulterio gloriantur. Nā sacrilegia minuta puniunt:magna in triumphis ferunt. Adiice nūc
q sacrilegium si oino bonū est ex aliqua pte ēt honestū erit:& recte factū uocabit. Nostra. n. actio ē q nul

lius mortaliū cogitatio recipit. Ergo bona ex malo nasci non possunt. Nā sicut dicitis ob hoc unum sacrilegiū malū est: quia multū mali affert. Si remiseritis illi supplicia: si securitatem spoponderitis ex toto bonū erit. Atqui maximū scelerꝫ suppliciū in ipsis est. Erras in q̃ si illa ad carnificē: aut carcerē differes statī puniunt̃ cū facta sunt immo dū fiunt. Nō nascit̃ itaq̧ ex bono malū: nō magis q̃ ficus ex olea: ad semen nata respondēt bona denegare nō possunt. quēadmodum ex turpi honestū nō nascit̃: ita nec ex malo qdem bonū. Nā idē ē honestū & bonū. Quidā ex nostris aduersus hoc sic respondēt. Putemus pecuniā bonū esse undecunq̧ sumptā. non tamē ideo ex sacrilegio pecunia est: etiā si ex sacrilegio sumit. Hoc sic intellige: In eadē urna & aurꝫ est: & uipa: si aurꝫ ex urna sustuleris: quia illic & uipera est: non ideo inq̃ mihi urna aurū dat: quia uiperā habet: sed aurꝫ dat: cū & uiperā habeat. Eodem modo ex sacrilegio lucrū fit. nō quia turpe & sceleratum est sacrilegium: sed quia & lucrū habet. quemadmodū in illa urna uipa malū est nō aurꝫ qđ cū uipa iacet. Sic in sacrilegio malū est scelus: nō lucrū. Quibus opponitur dissimillia eni eius utriusq̧ rei conditio est. Illic aurꝫ possum sine uipera tollere. Illic lucrum sine sacrilegio facere nō possum. Lucrū illud nō ē appositū sceleri: sed imixtū: qđ dū cōseq uolumus: in multa mala īcidimus. id bonū nō est. dū diuitias aūt cōsequi uolumus: in multa mala icidimus: ergo bonū non sunt diuitiæ. Duas inquit significatiōes habet præpositio nostra. Vnā dū diuitias conseq uolumus in multa nos mala incidere. In multa aūt mala incidimus & dū uirtutem conseq uolumus. Aliqs dū nauigat studii causa naufragiū fecit: aliqs captus est. Altera significatio talis ē p qđ in mala icidimus bonū nō est. Huic propositiōi non erit consequēs per diuitias nos aut uoluptates in mala īcidere. Aut si p diuitias in multa mala īcidimus: nō tātū bonū diuitiæ nō sunt: sed malū sunt. Vos āt tantū illas dicitis bonum nō eē. Præterea inqt cōtenditis diuitias habere aliqd usus iter cōmoda illas numeratis: atq̧ eadem rōne īcōmodū qdem erunt. per illas eni icommoda multa nobis eueniūt. His qdam hoc respōdent. Erratis q icommoda diuitiis īputatis. Illæ neminem lædunt: at sua nocet cuiq̧ stultitia aut aliena neqtia. Sic quēadmodū gladius neminē occidit: & occidētis telū est. Nō ideo diuitiæ tibi nocēt: si pp diuitias tibi nocet̃. Possidōius ut ego existīo melius. Qui ait diuitias eē causam malorꝫ nō qa ipsæ faciunt aliqd: sed qa facturos irritant. Alia est. n. cā efficiēs: quæ protinus necesse est noceat. Alia præcedens. Hāc præcedentē cām diuitiæ habent: īflant aīos supbiā pariū: īuidiā cōtrahunt & usq̧ eo mentem alienant: ut fama pecuniæ nos ēt nocitura delectet. Bona autem oīa culpa carere decet: pura sunt: nō corrumpunt aīos: nō solicitāt: extollunt qdē & dilatāt. Sed sine timore quæ bona sunt fiduciā faciunt diuitiæ audaciā. Quæ bona sunt magnitudinē animi dāt: diuitiæ īsolētiā: Nihil āt aliud est īsolentia q̃ species magnitudinis falsæ. Isto mō inqt ēt malum sunt diuitiæ. Nec tātum bonum nō sunt: sed etiā malum: essent malum si ipsæ nocerēt. si ut dixi haberēt efficiētē cām. Nunc præcedentē habēt: & qdem nō irritātē tātum aīos: sed attrahentem. Speciē. n. ostēdunt boni uerisimilē ac plerisq̧ credibilē. habet uirtus quoq̧ præcedentē cām ad inuidiā. Multis. n. pp sapiētiam: pp iusticiā īuidet̃: Sed nec ex se hanc causam habet nec uerisimilē. Contra. n. uerisimilior illa species hominū animus obiicit̃ a uirtute: quæ illos in amorē & admirationē uocet. Possidonius sic interrogandū ait. Quæ neq̧ magnitudinē aīo dant nec fiduciam: nec securitatem: nō sunt bona. Diuitiæ aūt & bona ualitudo: & similia his: nihil horꝫ faciunt: ergo nō sunt bona. hanc īterrogationē magis ēt nunc hoc modo ītendit: Quæ neq̧ magnitudinē aīo dant: nec fiduciā nec securitatē. Contra āt īsolentiam: timorē: arrogātiā creāt mala sunt. A fortuitis āt in hoc īpellimur. ergo non sunt bona. Hac inqt ratione nec cōmoda qdem ista erunt. Alia ē cōmodorꝫ cōditio: alia bonorum Cōmodum ē qđ plus usus habet q̃ molestiæ: bonum sincerꝫ eē debet: & ab omni parte īnoxium. Nō ē id bonum qđ plus ꝑdest: sed qđ tātum ꝑdest. Præterea cōmodū & ad aīalia pertinet: & ad īperfectos homines: & ad stultos. Itaq̧ pōt eē eis īcōmodum mixtū: sed cōmodū dr̃ a maiore sui parte æstiatū: bonum ad unum sapiētē ptinet: īuiolatum eē oportet bonum aīum habere: unus tibi nodus sed herculaneus restat. Ex malis bonum nō fit. Ex multis pauptatibus diuitiæ fiunt. ergo diuitiæ bonum nō sunt. Hāc īterrogationē nostri non agnoscunt Peripatectici & fingunt illā & soluunt. Ait āt Possidonius. Hoc sophisma per oēs dialecticorꝫ scolas iactatū. sic ab Antipatro refelli. Pauptas nō per possessionē dicit̃ sed p detractionē. uelut antiq dixerunt orbationē Græci ϛερησιν dicunt: nō q̧ habeat dicta: sed q̧ non habeat. Itaq̧ ex multis manibus nihil īpleri potest. Diuitias multæ res faciunt: non multæ inopiæ. Aliter inqt q̃ debes paupertatē itelligis. Paupertas ē. n. nō q̃ pauca possidet: sed q̃ multa nō possidet. Ita non ab eo dr̃ qđ hēt: sed ab eo quod ei deest: Quod uolo exprimere facilius si latinum uerbum esset: quo Amynapicia significaret̃. Hāc paupertati antipater assignat. Ego nō uideo quid aliud sit paupertas q̃ parui possessio: De isto uidebimus: si quando ualde uacabit: quæ sit diuitiarum: quæ paupertatis substantia. Sed tunc quoq̧ cōsiderabimus: nunqd satius sit paupertatē pmulcere diuitiis: demere supciliū: q̃ litigare de uerbis: quasi iam de rebus iudicatum sit. Putemus nos ad contentionē uocatos. Lex de abolēdis diuinis fert̃. His īterrogationibus suasuri: aut dissuasuri sumus: his effecturi ut Po. Ro. paupertatē fundamētum & cām iperii sui requirat ac laudet: diuitias autem suas timeat: ut cogitet se apud uictos has repperisse hunc ambitum & largitiōes: & tumultus ī urbem sanctissimā & tempatissimā irruisse: nimis luxuriose ostentari gentiū spolia. Quod unus populus eripuit omnibus facilius ab omnibus uni eripi posse. Hanc satius ē suadere & expugnare affectus non circunscribere. Si possumus fortius loquamur: si minus apertius. Vale.

Epistola. lxxxviii. De artibus liberalibus: ubi docet de his singulis quemadmodum ad uirtutem non perducant: sed præparant.

d E liberalibus studiis qd sentiam scire desideras. Nullū suspicio: nullum ī bonis numero quod ad æs exit: meritoria artificia sunt hactēus utilia si præparēt īgenium. nō detineant. Tādiu eni ī istis

imm orandū est:q̄diu nihil animus agere maius pōt.Rudimenta sunt nostra nō opa.Quare liberalia stu
dia dicta sunt uides:qa homine libero digna sunt. Cæterog̃ unū studiū uere liberale ē:quod liberg̃ facit.
Hoc est sapientiæ:sublime:forte:magnanimū.Cætera pusilla & puerilia sunt.An tu qcq̄ in istis credis eē
boni:quog̃ professores turpissimos oium ac flagitiosissimos cernis.Nō discere debemus ista:sed didisce
re.Quidā illud de liberalibus studiis quærendū iudicauerūt:an uirg̃ bonū facerēt:sed nec promittūt qdē:
nec huius rei scientiā affectant.Grāmaticus circa curā sermonis uersat:& si latius euagari uult circa histō
rias iā ut longissime fines suos proferat circa carmina.Quid hog̃ ad uirtutē uiā sternit?Syllabarum enar
ratio & uerbog̃ diligētia. & fabulag̃ memoria:& uersuū lex ac modificatio.Quid ex his metum demit:
cupiditatē eximit:libidinē refrenat?Ad Geometriā transeamus & ad musicā.Nihil apud illas iuenies qd̄
uetet timere:uetet cupere.quisquis hæc ignorat:alia frustra scit.Videndū utrū doceant isti uirtuē an nō.
si nō docent:nec tradunt qdē.si docent philosophi sunt. Vis scire q̄ nō ad docendā uirtutem consederint?
Aspice q̄ dissimilia inter se oium studia sint:atqui similitudo esset idē docētiū:nisi forte tibi Homeg̃ phi
losophū fuisse persuadent:cū his ipsis qbus colligunt negent.Nā modo stoicū illum faciunt: uirtuē solā
ꝓbantē:& uoluptates refugiētē.& ab honesto ne imortalitas qdē præcio recedentē.modo Epicureū lau
dantē statum quietæ ciuitatis:ut iter cōuiuia:cantusq̄ uitā exigentis:modo peripateticum:bonog̃ tria ge
nera inducentē.mō academicum oia icerta dicentem. Apparet nihil hog̃ esse in illo:quia oia sunt.Ista eni
iter se dissident.Demus illis Homeg̃ fuisse philosophum:nēpe sapiens factus anteq̄ ulla carmina cogno
sceret. Ergo illa discamus.quæ Homeg̃ fecere sapiētē:hoc qdem me quærere uerg̃:ætate fuerit maior Ho
merus an Hesiodus:nō magis ad rē pertinet q̄ scire an minor Hecuba fuerit:q̄ Helena:q̄ tam male tulerit
ætatē.Quid inq̄ annos Patrocli & Achillis iquirere: ad rem æstimas ptinere?quæris ubi errauerit Vlys
ses potius q̄ efficias ne nos semp erremus.Nō uacat audire utrum iter Italiā & Siciliā iactatus sit:an extra
notum nobis orbē.Neq̄ enī potuit in tā angusto mari pati tam longos errores:tempestates:nos aī quoti
die iactant:& nequitia in oia Vlyssis mala ipellit.Nō deest forma quæ solicitet oculos:nō hostis:hic mon
stra effera:& humano cruore gaudētia.Hinc isidiose blandimenta aurium: hinc naufragia:& tot uarieta
tes malog̃.Hoc me doce quomodo patriā amē:quomodo uxorē:quomodo patrē:quomodo ad hæc tā
honesta uel naufragus nauigē.Quid inquiris an Penolope impudica fuerit.An uerbo seculo suo dederit.
An Vlysse illum esse:quē uidebat anteq̄ sciret suspicata sit.Doce me quid sit pudicitia & quātum in ea bo
num:in corpore in aio positum sit.Ad musicā transeo.Doces me quomodo inter se acute & uoces graues
cōsonēt:quomodo neruog̃ disparē reddētiū sonū fiat cōcordia.Fac potius quomodo animus secū meus
cōsonet:ne cōsilia mea discrepēt:mōstras mihi qui sint modi flebiles.Mōstra potius quomodo inter ad
uersa nō emittā flebilē uocē.metiri me Geometria docet latifundia potius q̄ doceat quomodo metiar:q̄
tum homini satis sit.Numerare docet me Arithmetica:& auaritiæ accōmodat digitos potius q̄ doceat ni
hil ad rem pertinere istas cōputationes:Nō esse fœliciorē cuius patrimoniū tabularius laxat.imo q̄ super
uacua possideat:quin ifœlicissimus est futurus.si quātum habeat per se cōputare cogetur.Quid mihi ꝓ
dest scire agellum in partes diuidere:si nescio cū fratre diuidere? Quid prodest colligere subtiliter pedes
iugeri:& cōpræhendere ēt:si quid decēpedā effugit:si tristē me facit uicinus potens:& aliquid ex meo ab
radens.Doces quomodo nihil perdā ex finibus meis.At ego discere uolo quomodo totos hilaris. amittā
Paterno agro:& auito inquit expellor.Quid ante auum tuū qs agg̃ istum tenuit?cuius nō dico hominis:
sed populi fuerit expedire nō potes.Nō dominus istū sed colonus itrasti.Cuius colonus es?si bene tecum
agit hæredis.Negāt iurisc ōsulti quicq̄ publicū usucapi.Publicū est & qdem generis humani.O egregiā ar
tem:scis rotūda metiri:in q̄dratū redigis:quācunq̄ accepis formā.Interualla sydeg̃ dicis.nihil ē q̄ in mē
surā tuā nō cadat.si artifex es metire hois aium:dic q̄ magnus sit q̄ pusillus sit.Scis quæ recta sit linea . qd
tibi ꝓdest:si qd in uita rectū sit ignoras.uenio nunc ad illū q cælestiū noticia gloriat. Frigida Saturni sese
quo stella receptet.Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes.Hoc scire qd ꝓderit:ut solicitus sim:cum Sa
turnus & Mars ex cōtrario stabūt.aut cū Mercurius uespertinum faciet occasum uidēte saturno: potius q̄
hoc discā ubicunq̄ ista sunt ꝓpicia eē:nec posse mutari.Agit illa cōtiuus ordo fatog̃:& imutabilis cursus:
ꝑ statuas uices temeāt:& effectus reg̃ oium aut mouēt:aut notāt.Sed siue qcqd euenit faciūt qd imutabi
lis rei noticia ꝓficiet:siue significāt.qd refert ꝓuidere qd̄ effugere non possis?scias ista:aut nescias:fient.Si
uero solē ad rapidū stellasq̄ sequētes ordie ꝓspicies:nunq̄ te crastina fallet hora:nec insidiis noctis capiere
serenæ.Satis abundeq̄ ꝓuisum est:ut ab isidiis tutus eēm.Nunqd me crastia nō fallit hora:fallit enī quod
nesciēti euenit. Ego qd futug̃ sit nescio:qd fieri possit scio.Ex hoc nihil despabo:totū expecto:siqd remit
tit̄ bōi cōsulo. Fallit me hora si parcit:sed ne siqdē fallit.Nā queadmodū scio oia accidere posse:sic scio &
nō utiq̄ causa:utiq̄ secūda expecto:malis paratus sum.feras me necesse ē nō per pscriptionē euntē.Nō enī
adducor ut in numeg̃ liberaliū artiū pictores recipiā:nō magis q̄ statuarios:aut marmorarios : aut cæte
ros luxuriæ ministros:æque luctatores & totā oleo:ac luto cōstatē sciētiā expello ex his studiis liberali
bus. Aut & unguētarios recipiā & coquos.& cæteris uoluptatibus nostris igenia accōmodātes sua.Quid
enī oro te:liberale habēt isti ieiuni uomitores:quog̃ corpora in sagina:aī in macie & ueterno sunt an libe
rale studiū istud esse iuuentuti nostræ credimus:q̄ maiores nostri rectā exercuerūt:hastilia iacere : sudem
torquere:equū agitare:arma tractare.Nihil liberos suos docebāt:qd discēdū esset iacentibus.sed nec hæc
nec ille docent:aluntue uirtutē.Quid.n.ꝓdest equum regere:& cursum eius freno tēperare affectibus aūt
effrenatissimis abstrahi.Quid.n.prodest multos uicere luctatione uel cestu:ab iracundia uinci. Quid er
go?Nihil nobis liberalia conferunt studia:ad alia multū:ad uirtutē nihil.Nam & hæc uiles ex ꝓfesso artes

quæ manu cõstant ad istrumenta uitæ plurimũ cõferunt:tamẽ ad uirtuté nõ pertinẽt. Quare ergo libera
libus studiis filios erudimus? nõ qa uirtutem dare possint:sed qa animum ad accipiendã uirtutẽ pparẽt:
quẽadmodum pria illa ut antiq uocabãt litteratura per quã pueris elementa tradunť:non docet liberales
artes sed mox pcipiendis locum parat. Sic liberales artes nõ pducunt aĩum ad uirtutẽ sed expediunt. Qua
tuor enĩ esse artiũ genera Possidonius ait:sunt uulgares & sordidæ:sunt ludicræ:sunt pueriles:sunt libera
les. Vulgares sunt opificum:q̃ manu cõstant:& ad istruendã uitã occupatæ sunt:in qbus nulla decoris:nul
la honesti simulatio est. Ludicræ sunt quæ ad uoluptatẽ auriũ atq; oculoꝝ tendunt. His annumeres licet
machinatores qui pegmata per se surgentia excogitãt:& tabulata tacite in subliẽ crescentia:& alias ex ino/
pinatis uarietates:aut dehiscẽtibus quæ cohærebant:aut his quæ distabãt sua spõte coeuntibus:aut his q̃
eminebant paulatim in se residentibus:his imperitoꝝ feriuntur oculi:oĩa subita:quia causas non nouere
mirantium. Pueriles sunt & aliquid habẽtes liberalibus simile:hæ artes q̃s εγκυκλιουσ græci:nostri has
liberales uocãt. Solæ autẽ liberales sunt imo ut dicã uerius liberæ qbus curæ uirtus est. Quemadmodum
inqt ẽ aliqua pars philosophiæ naturalis:aliq̃ moralis:aliq̃ rõnalis. Sic & hæc quoq; liberaliũ artiũ turba:
locũ sibi in philosophia uẽdicat cum uẽtum ẽ ad naturales quæstiões Geometriæ testimonio stať. Ergo
quã adiuuat pars eius ẽ. Multa adiuuãt nos:nec ideo partes nostræ sunt:imo si essent partes nõ adiuuarẽt.
Cibus adiutorium corporis ẽ:non tamen pars est. Aliqd nobis præstat Geometriæ ministeriũ. Sic philo/
sophiæ necessaria est:quomodo ipsi faber. Sed nec hic Geometriæ pars ẽ:nec illa philosophiæ. Præterea
utraq; fines suos habet. Sapiẽs aũt causas naturaliũ:& quærit & nouit:quoꝝ numeros mensurasq; Geo/
meter persequtur & supputat qua rõne constent cælestia:quæ illis sit uis:quæ ue natura. Sapiens scit cursus
& recursus:& quasdam obseruationes:per quas descẽdũt:& alleuanť:ac speciẽ iterdũ stantiũ præbẽt:cum
cælestibus stare nõ liceat. Colligit Mathematicus:quæ causa in speculo imagies exprimat. Sciet sapiens:il/
lud tibi Geometer põt dicere:quãtũ abesse debeat corpus ab imagine:& qualis forma speculi:q̃les imagi/
nes reddat. Magnũ esse solẽ philosophus probabit:quãtus sit Mathematicus:qui usu quodã & exercitatio
ne procedit. Sed ut procedat ipetranda illi quædã sunt pricipia. Non est aũt ars sui iuris cui præcariũ fun/
damentũ est:Philosophia nil ab alio petit:totum opus a solo excitat. Mathematica:ut ita dicã:superficia/
ria est:in alieno ædificat:accipit pria:quoꝝ beneficio ad ulteriora perueniat:si per se iret ad ueꝝ. Si totius
mundi naturam posset cõpræhendere:dicerẽ multũ collaturã mẽtibus nostris:quæ tractatu cælestiũ cre/
scunt:trahuntq; aliqd ex alio. Vna re cõsumať animus sciẽtia bonoꝝ ac maloꝝ imutabili:quæ soli philo/
sophiæ cõpetit. Nihil autẽ ulla ars alia de bonis ac malis quærit. Singulas habet circuire uirtutes. Fortitu/
do cõtẽptrix timẽdoꝝ ẽ. Terribilia:& sub iugũ libertatẽ nostrã mittẽtia despicit:prouocat:frãgit. Nunqd
ergo hãc liberalia studia corroborãt. Fides sanctissimũ humani pectoris bonũ est. Nulla necessitate ad fal/
lendũ cogiť:nullo corrũpiť præmio. Vre iquit cæde occide nõ prodã. Sed quo magis secreta quæret do/
lor:Hæc illa altius cõdet. nunqd liberalia studia hos animos facere possunt. Tẽperãtia uoluptatibus ipat:
alias odit atq; abigit:alias dispẽsat & ad sanũ modũ redigit. Nec unq̃ ad illas ꝓpter ipsas uenit:scit optimũ
esse modũ cupitoꝝ:nõ quãtũ uelis:sed quãtũ debeas sumere. Humanitas uetat supbum eẽ aduersus soci/
os. Vetat auaꝝ uerbis:rebus:affectibus:cõmunẽ se facilẽq; oĩbus præstat. Nullũ alienũ malũ putat:bonũ
autẽ suũ. ideo maxime quod alicui bono futuꝝ est amat. Nunqd liberalia studia hos mores præcipiunt?
Nõ magis q̃ simplicitatẽ:q̃ modestiã:ac moderationẽ:nõ magis q̃ frugalitatẽ:ac parsimoniã:non magis q̃
clemẽtiã:quæ alieno sanguini tanq̃ suo parcit:& scit homini nõ esse hoĩe prodige utẽdũ. cũ dicatis inqt si/
ne liberalibus studiis ad uirtutẽ nõ perueniri:quẽadmodũ negatis illa nihil cõferre uirtuti:quia nec sine
cibo ad uirtutẽ perueniť. cibus tamẽ ad uirtutẽ nõ pertinet. Ligna naui nihil cõferũt:quãuis nõ fiat nauis
nisi ex lignis. Nõ ẽ inq̃ cur aliqd putes eius adiutorio fieri:sine quo nõ põt fieri. Potest qdem ẽt illud dici:
sine liberalibus studiis ueniri ad sapientiã. Quamuis enĩ uirtus discenda sit:tamẽ nõ per hæc disciť. Quid
est autẽ quare existimẽ nõ futuꝝ esse sapientẽ eum q litteras nescit:cũ sapientia nõ sit in litteris. Res tradit
nõ uerba. Et nescio an certior memoria sit quæ nullũ extra se subsidiũ habet. Magna & speciosa res est sa/
pientia. Vacuo illi loco opus est. De diuinis humanisq; simul discendũ est. De præteritis:de futuris:de ca/
ducis:de æternis:de tẽpore. De quo uno uide q̃multa quæranť. Primum an ipsum sit aliqd. Deinde an ali
quid ante tẽpus sit an sine tẽpore:cũ mũdo cœpit. An etiã ante mũdũ:qa fuerit aliqd:fuerit & tempus. In/
numerabiles quæstiones sunt de aĩo tantũ. Vnde sit:q̃lis sit:quãdo esse icipiat:q̃diu sit:an aliũde alio trãse
at:& domicilia mutet:ad alias aĩalium formas:aliasq; cõiectus. An nõ amplius q̃ semel seruiat:& emissus
uageť in toto. Vtrũ corpus sit:an nõ sit. Quid sit facturus:cũ per nos aliqd facere desierit:quomodo liber/
tate sua usurus:cũ ex hac effugerit cauea. An obliuiscať prioꝝ:& illic nosse se icipiat. An de corpore abdu/
ctus in sublime secessit. Quãcũq; partẽ reꝝ humanaꝝ diuinarũq; cõpræhẽderis igenti copia quærẽdoꝝ
ac discendoꝝ fatigaberis. Hæc tã multa tam magna:ut habere possint libeꝝ hospitiũ:superuacua ex aĩo
tollenda sunt. Non dabit se in has angustias uirtus:latius spatiũ res magna desiderat. Expellanť oĩa:totũ
pectus illi uacet. At enĩ delectat artium notitia multaꝝ. Tantum itaq; ex illis retineamus:quantum neces/
sariũ sit. An tu existimas repræhendẽdum q superuacua usibus cõparat. Et præciosaꝝ reꝝ põpã in domo
explicat. Nõ putas eum q occupatus est in superuacua litteraꝝ supellectile plus scire uelle q̃ satis sit. Intem/
perantiæ genus est. Quid q; ista liberaliũ artium cõsecratio:molestos:uerbosos:itempestiuos:sibi placen/
tes facit. Et ideo non discentes necessaria:quia superuacua didicerũt. Quatuor milia librorum Didymus
grammaticus scripsit. Miserere. Si tam multa superuacua legisset. In his libris de patria Homeri quæri/
tur. In his de Aeneæ matre uera. In his libidinosior Anacreon:an ebriosior uixerit. In his an Sappho

pudica fuerit. Et alia quæ erant dediscenda si scires. I. nunc: & longá esse uitam nega. Sed ad nostros quoq; cú perueneris: ostendá multa securibus recidenda: magno ípédio tépoꝝ: magna alienaꝝ auriú molestia. Laudatio hæc cóstat. O hominé litteratú. Simus hoc circulo rusticiore cótéti. O uiꝝ bonú: itaq; ne é? Annales euoluá omniú gentium: & qs primú carmina scripserit quærá. Quátú téporis inter Orphea intersit & Homeꝝ. Cú fastos nó habeá cóputabo: & Aristarchi ineptias. Quibus aliena carmina compinxit recognoscam. Et ætaté in syllabis cóterá. Ita ne in Geometriæ puluere hærebo. Adeo mihi præceptú illud salutare excidit: tépori parce: hæc sciá & qd ignorem. Quid Apion grámaticus: q sub Caio Cæsare tota circulatus est græcia: & in nomé Homeri ab oíbus ciuitatibus adoptatus. Aiebat Homeꝝ utraq; materia cósumata: & Odyssea: & Iliade unú principiú adiecisse operi suo: quo bellú Troianú cóplexus est. Huius rei argumentú afferebat q duas litteras in primo uersu posuisset ex idustria libroꝝ suoꝝ numeꝝ cótinétes. Talia sciat oportet: q uult multa scire: nó cogitare: quátum téporis tibi afferat mala ualitudo: quantú occupatio publica: quátú occupatio priuata: quátum occupatio quotidiana: quátum somnus. Metire ætaté tuam: tá multa nó capit. De liberalibus studiis loquor. Philosophi quátum habét supuacui: quátú ab usu recedétis. Ipsi quoq; ad syllabaꝝ distinctiones: & coniunctionú ac propositionú proprietates descéderút: & inuidere grámaticis: inuidere Geometris qcqd in illoꝝ artibus supuacuum erat: trástulere í suá. Sic effectum est: ut diligétius loq scirent q uiuere. Audi quátum mali faciat nimia subtilitas: & q ífesta ueritati sit. Pythagoras ait de omni re in utráq; partem disputari posse ex æquo: & de hac ipsa: an oís res in utráq; parté disputabilis sit. Nausiphanes ait ex his quæ uidenť esse nihil magis esse q non eé. Parmenides ait ex his quæ uidenť nihil esse ab uniuerso. Zenon Heleates oía negocia de negocio deiecit: ait nihil esse. Circa eadé fere Phyrronei uersanť: & Megarici: & Cretici: & Academici q nouam íduxerunt scientiá: nihil scire. Hæc oía in ullú supuacuú studioꝝ liberaliú gregé conice. Illi mihi nó profuturá sciétiá tradunt. Hi spem oís scientiæ eripiút: Satius est supuacua scire q nihil. Illi nó præferút lumé: per quod acies dirigať ad ueꝝ. Hi oculos mihi effodiút. Si Pythagore credo: nihil in reꝝ natura est nisi dubiú. Si Nausiphani: hoc unú certú est: nihil esse certi. Si Parmenidi: nihil est præter unú. Si Zenoni: ne unum quidem. Quid ergo sumus? Quid ista quæ nos circúستant: aiunt: sustinent? Tota reꝝ natura umbra est: aut inanis: aut fallax. Nó facile dixerim: utrum magis irascar illis: qui nos nihil scire uoluerunt. An illis qui ne hoc quidem nobis reliquærunt nihil scire. Vale.

Explicit liber tertiusdecimus.

Incipit liber decimusquartus. Epistola. lxxxix. De utilitate diuisióís philosophiæ. De differentia íter sapientiam & philosophiam. & contestatione utriusq;. Et de philosophiæ partibus.

REm utilé desideras: & ad sapientiá pperanti utiq; necessariá diuidi philosophiá: & igés corpus eius in mébra dispói. Facilius eni p partes in cognitioné totius adducimur. Vtinámq; quéadmodú uniuersa múdi facies í cóspectu uenit: ita philosophia tota nobis possit occurrere simillimú múdo spectaculú. Profecto eni oés mortales in admirationé sui raperet: relictis his q núc magna: magnoꝝ ignorátia credimus. Sed qa cótigere hoc non pót: & sic a nobis ispiciéda q admodú múdi secreta cernúť: sapiétis qd est aius totá molé eius amplectiť: nec minus illá ueociter obit q cælú acies nostra. Nobis autem qbus prúpenda caligo est: & quoꝝ uisus í pximo deficit: singula quæq; ostédi facilius possunt uniuersi nódú capacibus. Faciam ergo qd exigis: & philosophiá in partes nó in frusta diuidá. Diuidi eni illá nó concidi utile est. Ná cópræhédere quéadmodum maxima ita minima difficile est. Describiť in tribus populus: in céturiones exercitus. Quicqd í maius creuit facilius agnosciť: si discessit í partes: quas ut dixi inumerabiles esse & paruas non oportet. Idem eni uitii habeť nimia quod mala diuisio. Simile confuso est qcqd usq; in puluerem sectum é. Primú itaq; sicut uideť tibi: dicá íter sapientiam & philosophiam qd itersit? Sapientia pfectum bonú é métis humanæ. Philosophia sapientiæ amor é & affectatio. hæc ostendit quo illa peruenit. Philosophia unde dicta sit apparet. ipso eni noíe fatetur. Quidam eni sapientiam ita finxerunt: ut dicerent eá diuíoꝝ & humanoꝝ sciétiam. Quidam ita: Sapiétia é nosse diuia & humana & hoꝝ causas. Supuacua mihi uideť hæc adiectio: qa causæ diuiorum humanorumq; partes sunt. Philosophiá quoq; fuerunt q aliter atq; aliter diffinirét. Alii studium illá uirtutis eé dixerunt. Alii studium corrigédæ métis. A qbusdam dicta é appetitio rectæ ratióis. Illud quasi constet: aliqd íter philosophiam & sapientiam ítéresse. Neq; eni fieri potest: ut idem sit quod affectatur & quod affectat. Quomodo multum íter auaritiá & pecuniá íterest: cú illa cupiat: Hæc concupiscatur sic íter philosophiá & sapientiam. Hæc eni illius effectus & præmium é. Illa uenit: ad hanc itur. Sapientia é quam græci σοφιαν uocant. Hoc uerbo quoq; Róani utebárur: sicut philosophia núc quoq; utuntur. Quod & rogatæ tibi antiquæ probabunt: & íscriptus Dossemi monumento titulus. Hospes resiste: & philosophiam Dossemi lege. Quidá ex nostris quáuis philosophia studiú uirtutis eét: & hæc peteretur: illa peteret: tamen nó putauerunt illas distrahi posse. Ná nec philosophia sine uirtute é: nec sine philosophia uirtus é. Philosophia studiú uirtutis é: sed per ipsam uirtuté. Nec iustus homo eé sine studio sui potest. Nec uirtutis studium sine ipsa. Nó eni quéadmodum in his qui aliqd ex distanti loco ferire conantur alibi est qui petit: alibi quod petitur. Nec quemadmodum itiera quæ ad urbes perducút extra ipsam sunt: sed ad uirtutem ueniť per ipsam. Cohærét ergo íter se philosophia uirtusq;. Philosophiæ tres ptes eé dixerunt & maximi & plurimi auctores. Moralem: Naturalem. & Rationalem. pria componit animú. Secunda reꝝ naturam scrutatur. Tertia proprietates uerboꝝ exigit: & structurá & argumentationes: ne pro uero falsa surrepant. Cæterum íuenti sunt & q in pauciora philosophiam: & qui in plura diducerent. Quidá ex Peripateticis qrtá parté adiecerút: ciuilé. Quia quádá pprá exercitationé desideret: & circa aliá

materiã occupata sit. Quidã adiecerũt his partẽ quã œconomicã uocãt administrãdæ rei familiaris scientiam. Quidã & de generibus uitæ locũ separauerũt. Nihil autẽ hoꝝ in illa parte morali reperit. Epicurei duas partes philosophiæ putauerũt esse: naturalẽ atq; moralẽ. rõnalẽ remouerũt. Deinde cũ ipsis rebus cogerent ambigua secernere: falsa sub specie ueri latentia coarguere. Ipsi quoq; locũ quẽ de iudicio & regula appellãt: alio noie rõnalẽ induxerũt. Sed eũ accessionẽ esse naturalis partis existimant. Cyrenaici naturalia cũ rationalibus sustulerũt: & contenti fuerunt moralibus. Sed hi quoq; quæ remouent aliter inducunt. In quinque enim partes moralia diuidunt. Vt una sit de fugiendis & expetendis. Altera de affectibus. Tertia de actionibus. Quarta de causis. Quinta de argumentis. Causæ reꝝ ex naturali parte sunt: argumenta ex rõnali. Aristonchius nõ tantũ supuacuas eẽ dixit naturalẽ & rationalẽ: sed etiã cõtrarias. Moralem quoq; quã solã reliquærat: circũcidit. Nã cũ locũ qui monitiones cõtinet sustulit: & pedagogi eẽ dixit: nõ philosophi: tanq̃ quicq̃ aliud sit sapiens: q̃ humani generis pedagogus. Ergo cũ tripartita sit philosophia: moralẽ eius partẽ primũ icipiamus dispõere. Quã in tria rursus diuidi placuit: ut pria esset inspectio suũ cuiq; distribuens: & æstimans quãto quidq; dignũ sit: maxime utilis. Quid enim ẽ tam necessariũ: q̃ præcia rebus imponere. Secũda de actionibus. Tertia de impetu. Primũ eni est: ut quantũ quidq; sit iudices. Secundũ ut ipetũ ad illa capias ordinatũ tẽperatũq;. Tertiũ ut inter ipetũ tuũ: actionẽq; cõuenias: ut in omnibus istis tibiipsi cõsentias. Quicquid ex his tribus defuerit turbat & cætera. Quid enim prodest intus æstimata habere omnia: si sis impetu nimius? Quid prodest impetus repressisse: & habere cupiditates in tua potestate: si in ipsa reꝝ actione tẽpora ignores. Nec scias quando quidq;: & ubi: & quẽadmodum agi debeat. Aliud est enim dignitates & præcia reꝝ nosse. Aliud articulos. Aliud impetus refrenare: & ad agenda ire: nõ ruere. Tunc ergo uita sibi cõcors est: ubi actio nõ destituit impetũ. Impetus ex dignitate rei cuiusq; cõcipitur. Proinde remissus acriorq;: ꝑut illa digna est peti. Naturalis pars philosophiæ in duo scindit. Corporalia & incorporalia. Vtraq; diuidunt in suos: ut ita dicam gradus. Corpoꝝ locus in hos primum in ea quæ faciunt: & quæ ex his gignũtur. Gignũtur autẽ elementa. Ipse elemẽtis locus: ut quidã putãt simplex est: ut qdã in materiã & causam oĩa mouentẽ: & elemẽta diuidit. Superest ut rationalẽ partẽ philosophiæ diuidamus: Oĩs oro: aut cõtinua est: aut iter respondentẽ & interrogantẽ diffusa. Hãc Analecticã: illã Topicã placuit uocari. Hæc uerba curat: & sensus & ordinẽ. Analectica in duas partes diuidit. In uerba: & significationes. i. in res quæ dicunt uocabula: quibus dicunt. Ingẽs deinde sequit utriusq; diuisio. Itaq; ĩ eo loco finẽ faciã: & summa sequar fastigia reꝝ. Alioqn si uoluero facere partiũ partes: quæstionũ liber fiet. Hæc Lucilli uiroꝝ optime: quo minus legas nõ deterreo dũmodo q̃cquid legeris: ad mores statim referas. Illos cõpesce: marcentia in te excita: soluta cõstringe: cõtumacia doma: cupiditates tuas publicasq; quantum potes uexa: & istis dicentibus quousq; eadẽ responde. Ego debeo dicere quousq; eadẽ peccabitis. Remedia ante uultis q̃ uitia desinere. Ego uero eo magis dicã: & quia recusatis perseuerabo. Tũc incipit medicina ꝓficere: ubi in corpore alienato dolorẽ tactus expressit. Dicã etiã inuitis profutura. Aliquando aliq; ad uos nõ blãda uox ueniet: & quia ueꝝ singuli audire nõ uultis publice audite. Quousq; fines possessionum propagabitis. Ager uni domino q populũ cœpit angustus est. Quousq; a rationibus uestris porrigetis: ne prouinciaꝝ quidẽ statione contenti: circũscribere prædioꝝ modũ. Illustriũ fluminũ per priuatum decursus & amnes magni: magnarũq; gentiũ terminusq; ad hostiũ a fonte uestri sunt. Hoc quoq; parum est: nisi latis fundis uestris maria cinxistis: nisi trans Adrianũ: & Ioniũ: Aegæũq; uester uillicus regnet. Nisi insulæ ducũ domicilia magnoꝝ inter uilissima reꝝ numerẽtur: q̃ uultis late possidere. Sit fundus qui aliquando ipeiũ uocabatur. Facite uestꝝ quicquid potestis dũ plus sit alienũ. Nũc uobiscum loquor: quoꝝ æque spatiose luxuria q̃ illoꝝ auaritia diffundit. Vobis dico quousq; nullus erit lacus: cui nõ uillaꝝ uestrarum fastigia imineãt: nullũ flumẽ cuius nõ ripas ædificia uestra prætexãt. Vbicũq; scatebũt aquaꝝ calentiũ uenæ: ibi noua diuersoria luxuriæ excitabunt. Vbicũq; in aliquẽ sinũ littus curuabit: uos protinus fundamenta facietis: nõ cõtenti solo: nisi quod manu feceritis. Arma agetis introrsus. Omnibus licet locis tecta uestra resplendeãt: alicubi imposita mõtibus. In uastũ terraꝝ marisq; prospectũ: alicubi ex plão in altitudinẽ montiũ educta. Cũ multa ædificaueritis: cũ igẽtia: tamẽ & singula corpora estis & paruula. Quid prosunt multa cubicula? in uno iacetis. Nõ est uestrũ ubicunq; nõ estis. Ad uos deinde transeo: quoꝝ profunda & insatiabilis gula. Hinc maria scrutant: hinc terras. Alia hamis. alia laqueis: alia retiũ uariis generibus cũ magno labore prosequntur. Nullis animalibus: nisi ex fastidio pax est. Quantulũ enim ex istis epulis: quæ per tot cõparatis manus fesso uoluptatibus ore libatis? Quantulũ ex ista fera periculose capta dominus crudus: ac nauseans gustat. Quantulum ex tot conchyliis: tam longe aduectis per istũ stomachum inexplebilem labit. Infœlices etiam q; intelligitis uos maiorem famem habere q̃ uẽtrem. Hæc aliis dic ut dum dicis audias ipse. Scribe ut dum scripseris legas. Omnia ad mores: & ad sedandam rabiẽ affectuum referens stude: ut non plus aliis scias: sed ut melius. Vale.

Epistola. xc. De philosophia q; non sit res beneficiaria de aureo primo sæculo: & hoc luxurioso. Contra Possidoniũ disputat artes mechanicas a philosophia minime iuentas: & q; illius rudis sæculi homines nõ sapientes: sed sapientibus similes erant.

q Vis dubitare mi Lucilli põt: qn deoꝝ ĩmortaliũ munus sit q; uiuius. Philosophiæ autẽ q; bene uiuimus. Itaq; tãto plus nos debere huic q̃ diis. Quãto maius beneficiũ est bona uita q̃ uita. Pro certo deberetur nisi ipsam dii philosophiam tribuissent: cuius scientiã nulli dederũt: facultatẽ omnibus. Nã si hanc quoq; bonũ uulgare fecissent: & prudẽtes nasceremur: & sapientia quod in se optimũ habet perdidisset q; inter fortuita nunc esset. Nũc enim hoc in illa præciosum atq; magnificum est: quod nõ

obuenit:quod illã sibi quisq̃ debet quod nõ ab alio petit. Quid haberes quod in philosophia susciperes:si beneficiaria res esset. Huius opus unũ est. De diuinis humanisq̃ uerũ iuenire:ab hac nunq̃ recedit iustitia pietas:religio:& omnis alius comitatus uirtutũ consertarũ:& inter se coherentiũ. Hæc docuit colere diuina:humana diligere:& pœnes deos imperiũ esse:& inter homines cõsortiũ:quod aliquãdo inuiolatũ mãsit anteq̃ societatẽ auaritia distraxit:& paupertatis causa etiã his quos fecit locupletissimos fuit. Desiderãt enim omnia possidere dum uolunt propria. Sed primi mortalium quiq̃ ex his geniti naturã icorrupti sequebant:eandẽ habebãt:& ducẽ:& regẽ:cõmissi melioris arbitrio. Naturæ est eni potioribus deteriora submittere. Mutis quidem gregibus:aut maxima corpora præsunt:aut uehæmẽtissima. Non præcedit armenta degener taurus:sed qui magnitudine ac thoris cæteros mares uicit. Elephantorum gregẽ excelsissimus ducit. Inter homines pro summo ẽ optimus:aio itaq̃ rector eligebat. Ideoq̃ summa fœlicitas erat gẽtium:in quibus nõ poterat potẽtior esse nisi melior. Tantum eni quãtum uult potest:qui se nisi quod debet nõ putat esse. Illo ergo sæculo quod aureũ perhibet pœnes sapientes fuisse regnũ Possidonius iudicat. Hi cõtinebant manus:& infirmiores a ualidioribus tuebant. Suadebãt:dissuadebãtq̃:& utilia atq̃ inutilia mõstrabãt. Horũ prudentia ne qd deesset suis prouidebat. Fortitudo arcebat pericula:beneficentia agebat:ornabatq̃ subiectos. Officiũ erat imparare:nõ regnũ. Nemo quãtum posset aduersus eos experiebat p quos cœperat posse. Nec erat cuiq̃:aut animus in iniuriã:aut causa cum bene imperanti bene pareret. Nihil Rex maius minari male parentibus posset:q̃ ut abirent e regno. Sed postq̃ surrepentibus uitiis in tyrãnidem regna conuersa sunt:opus esse cœpit legibus:quas & ipsas inter initia tulere sapiẽtes. Solon q̃ Athenas æquo iure fundauit:inter septem æui sapientia natos. Lycurgũ si eadem ætas tulisset sacro illi numero accessisset. Artaui & Allurci leges Chorondæq̃ laudant. Hi non in foro:nec in consultorũ atrio:sed in Pythagore tacito illo sanctoq̃ secessu didicerunt iura quæ florẽti tunc Siciliæ:& per Italiã græciæ ponerent. Hactenus Possidonio assentio artes quidẽ a philosophia inuentas quibus in quotidiano usu uita utit:nõ concesserim. Nec illi sabricæ afferã gloriã. Illa iquit sparsos e casis lectos:aut aliq̃ rupe suffossa:aut exesæ arboris trunco docuit tecta molliri. Ego uero philosophiã iudico nõ magis excogitasse has machinatiões tectorũ supra tecta surgentium:& urbes urbiũ præmẽtiũ:q̃ uiuaria pisciũ in hoc clausa:ut tẽpestatũ pericula nõ adiret gula. Et quãuis acerrime pelago seuiẽte haberet luxuria portus suos:in quibus distinctos pisciũ greges saginaret. Quid agis? philosophia docuit hoies habere clauem & serã:& qcqd aliud erat auaritiæ signũ dare philosophia hæc cũ tanto habitãtiũ piculo iminẽtia tecta suspẽdit. Parũ.n.erat fortuitis tegi:& sine arte:& sine difficultate naturale sibi inuenire aliquod receptaculum. Mihi crede fœlix illud seculũ ante Architectos fuit. Ista nata sunt iã nascente luxuria:in quadratũ tigna decidere:& ferro per designata currẽte:certa manu trabẽ scindere. Nã primi cuneis scindebãt fissile lignũ. Non enim tecta cœnationum epulas receptura parabant. Nec in hunc usum pinus aut abies deferebat longo uehiculorũ ordine:uicis intremẽtibus:ut ex illa lacunaria auro grauia penderẽt. Furcæ utrinq̃ suspensæ fulciebãt casam spissatis ramalibus ac fronde cõgesta:& in procliue disposita:decursus imbribus quãuis magnus erat. Sub his tectis habitauere:sed securi. Culmus liberos texit:sub marmore atq̃ auro seruitus habitat. In illo quoq̃ dissentio a Possidonio:q̃ ferramenta fabrilia excogitata a sapientibus uiris iudicat. Isto enim modo dicat licet sapiẽtes fuisse:per quos tunc laqueis captare feras:& fallere uisco inuẽtum & etiã magnos canibus circundare saltus. Omnia eni ista sagacitãs hominũ nõ sapientia inuenit. In hoc quoq̃ dissentio sapiẽtes fuisse qui ferri metalla:& æris iuenerunt:cum icendio siluarũ adusta tellus:in summo uenas iacẽtes liquæfactas fudisset: ipa tales inueniunt q̃les colũt. ne illa qdem tam subtilis quæstio mihi uidet q̃ Possidonio. Vtrũ malleus i usu esset prius an forcipes cœperunt? utraq̃ inuenit aliquis exercitati ingenii acuti non magni:nec elati:& qcquid alio corpore incuruato:& animo humum spectãte quærendũ est. Sapiẽs facilis uictu fuit? Quid ni? Cũ hoc quoq̃ seculo esse q̃ expeditissimus cupiat. Quomodo oro te cõuenit:ut Diogenẽ mireris:& Dædalũ. Vter ex his sapiẽs tibi uidet:qui serrã cõmentus est:an ille qui cũ uidisset puerũ caua manu bibentem aquã:fregit protinus exemptũ e perula calicẽ;hac obiurgatione sui:q̃diu homo stultus superuacuas sarcinas habui:qui se complicuit in dolio:& in eo cubitauit. Hodie utrum tandem sapientiorem putas:qui inuenit quẽadmodũ in imẽsam altitudinẽ crocum latẽtibus fistulis exprimat. Qui Euripos subito aquarũ impetu iplet:aut:aut siccat uersatilia cœnationũ laq̃aria ita coaugmentat:ut subide alia facies atq̃ alia succedat:& totiens tecta quotiens fercula mutent. An eum qui & aliis sibi hoc monstrat.q̃ nihil nobis natura durũ ac difficile iperauerit. Posse nos habitare sine marmorario ac fabro. Posse nos uestitos esse sine cõmercio setuorũ. Posse nos habere usibus nostris necessaria:si cõtenti fuerimus his quæ terra posuit in summo. Quem si audire humanũ genus uoluerit:tam superuacuũ sciet sibi cocũ esse q̃ militẽ. Illi sapiẽtes fuerunt:aut certe sapientibus similes:quibus expedita erat tutela corporis. Simplici cura constant necessaria: in delitiis laborat. Etiam non desiderabis artifices:si sequere naturã:illa noluit esse districtos:ad quæcũq̃ nos cogebat instruxit. Frigus intolerabile est corpori nudo. Quid ergo? Nũquid pelles ferarum & aliorũ animalium a frigore satis abundeq̃ defendere queunt? Num corticibus arborum plæræq̃ gentes tegunt corpora? Num auium plumæ:in usum uestis conserunt? Num hodieq̃ magna Scytharum pars tergis: uulpium induit ac murium:quæ tactu mollia & ipenetrabilia uentis sunt? Opus est tamen calorem solis æstiui umbra crassiore propellere. Quid ergo? Nũ uetustas multa abdidit loca:quæ uel iniuria tẽporis: uel alio quolibet casu excauata in specum recesserunt? Quid ergo? Num quamlibet uirgeã cratem:texuerunt manu:& uili obliuierunt luto? Deinde stipula aliisq̃ siluestribus. operuere fastigium & pluuiis per deuexa latentibus:hyemem transiere securi. Quid ergo? Num indefesso iacent Syrticæ gentes? quibus

propter nimios solis ardores: nullū tegumentū satis repellendis caloribus solidū est: nisi ipsa arēs humus. Non fuit tam inimica natura ut cū oībus aliis animalibus facilē actū uitæ daret: homo solus non posset sine tot artibus uiuere. Nihil horum ab illa nobis imperatū est: nihil ægre quærēdū: ut possit uita ꝑduci. Ad parata nati sumus: nos oīa nobis difficilia studio fecimus. Tecta tegumentaq; & fomenta corpoꝝ & cibi: & quæ nūc ingens negocium facta sunt: obuia erant: & gratuita: & opera leui parabilia. Modus enim omniū prout postulabat necessitas erat: nos ista præciosa, nos misera: nos magnis multisq; cōquirenda artibus fecimus. Sufficit ad id natura quod poscit. A natura luxuria desciuit: quæ quotidie seipsam icitat: & tot seculis crescit & ingenio adiuuat uitia. Primo superuacua cœpit concupiscere: inde cōtraria: nouissime corpori animū abduxit & illius deseruire libidini iussit. Omnes istæ artes: quibus aut excitatꝰ ciuitas aut strepit: corpoꝝ negociū gerunt: cui omnia olim tanq̄ seruo præstabantur: tunc tanq̄ domino paranꝰ. Itaq; hinc textorum hinc fabrorum officinæ sunt: hinc odores coquentium: hinc molles corporis motus docētium, mollesq; cantus & īfractos. recessit enim ille naturalis modus: desideria ope necessaria finiens: iam rusticitatis & miseriæ ē: uelle quātū sat est. Incredibile est mi Lucilli q̄ facile etiā magnos uiros dulcedo orationis abducat a uero. Ecce Possidonius ut mea fert opinio: ex his qui plurimum philosophiæ contulerūt dum uult describere primum quēadmodum alia torqueātꝰ fila: alia ex molli solutoq; ducanꝰ. Deīde quēadmodum tela suspensis ponderibus: rectū stamen extendat: quēadmodum sub tegmē īsertum: quod duriciam utrinq; comprimentis trame remoliat: spata coire cogantur: & iungi. Textricum quoq; artē a sapientibus dixit inuentam: oblitus postea repertum hoc subtilius genus in quo tela iugo iuncta est: stamē secernit arundo. Inseritur medium radiis sub tegmen acutis. Quod lato pariunt insecti pectine dētes. Quid si cōtigisset illi addere has nostri temporis telas: in quibus uestis celatura conficitur. In qua non dico nullū corpori auxiliū: sed nullū pudori est. Trāsit deinde ad agricolas: nec minus facunde describit procissum aratro solū: & inter aratrū: quo solutior terra facilius pateat radicibus. tunc sparsa semina: & collectas manu herbas: ne quid fortuitū & agreste succrescat quod necet segetē. Hoc quoq; opus ait esse sapientiū: tanq̄ non: nūc quoq; plurima cultores agroꝝ noua inueniāt: per quæ fertilitas augeatur. Deinde nō est contentus his artibus: sed in pristinū sapientē submittit. Narrat enim quemadmodu reꝝ naturā imitatus panem cœperit facere. Receptas inquit in os fruges cōcurrens inter se duritia dentiū frangit: & quicquid excidit ad eosdē dentes lingua referꝰ. Tūc uero misceꝰ: ut facilius per fauces lubricas transeat. Cū peruenit in uentrem aqualiculi feruore cōcoquitur. Tunc demū corpori accedit. Hoc aliquis secutus exemplar: lapidem asperum aspero imposuit: ad similitudinem dentiū: quoꝝ pars immobilis motū alterius expectat. Deinde utriusq; attritu grana franguntꝰ: & sæpius regeruntur. donec ad minutiā frequēter trita rediganꝰ: tunc farinam in aquā sparsit: & assidua tractatione perdomuit: finxitq; panem: quē primo cinis calidus: & feruēs testa percoxit. Deinde furni paulatim reperti: & alia genera: quoꝝ feruor seruiret arbitrio. Non multum affuit quin sutrinū quoq; inuentū a sapientibus diceret. Omnia ista ratio quidē: sed nō recta ratio cōmenta est. Hominis enim non sapientis: inuēta sunt tam mehercules q̄ nauigia: quibus amnes: quibusq; maria transimus: aptatis ad excipiendum uentoꝝ impetum uelis: & additis a tergo gubernaculis: quæ huc atq; illuc cursum nauigii torqueant. & exemplū a piscibus tractū est: qui cauda reguntur: & leui eius in utrūq; momēto uelocitatē suam flectunt. Omnia hæc quidem inquit sapiens inuenit: sed minora q̄ ut ipse tractaret: sordidioribus ministris dedit: immo non aliis excogitata ista sunt: q̄ quibus hodieq; curantur. Quædam nostra demum prodisse memoria scimus ut speculariorum usum perlucente testa clarum transmittentium lumen: ut suspensuras balneorum & impressos parietibus tubos: per quos circūfunderetur calor quo ima simul & summa fouenꝰ æqualiter. Quid loquar marmora: quibus templa: quibus domus fulgent? Quid lapideas moles in rotūdū ac leue formatas: quibus porticus ac capatia populoꝝ tecta suscipimus? Quid uerboꝝ notas: quibus quāuis citata excipitur oratio & celeritatē linguæ manus sequitur? Vilissimoꝝ mancipioꝝ ista commenta sunt: Sapientia altius sedet: nec manus edocet animoꝝ magistra est. Vis scire quid illa eruerit: quidue effecerit? nō dedecores corporis motus: nec uarios per tubā ac tibiā cantus: quibus exceptus spiritus: aut in exitu: aut in transitu formatꝰ in uocē: non arma nec muros: nec bellis utilia molitur: paci fauet: & genus humanū ad cōcordiā uocat. Non est inq̄ instrumentoꝝ ad usus necessarios opifex. Quid illi tam paruula assignas? Artificē uides uitæ: alias quidē artes sub dominio habet. Nam cum uita illi uitæ quoq; ornamenta seruiunt. Cæterum ad beatum statum tendit: illo ducit: illo uias aperit. Quæ sint mala quæ uideanꝰ ostendit: uanitatē exuit: mētibus dat magnitudinē solidā. Inflatam uero & ex inani speciosam reprimit: nec ignorari sinet inter magna quid intersit & tumida: totius naturæ noticiam: ac suæ tradit. Quid sint dii qualesq; declarat: quid inferi: quid lares & Genii. Quid infecundam nominum formā animæ perpetuæ: ubi cōsistāt: quid agant: quid possint: q̄d uelint: hic eius initiamēta sunt: per quæ non municipale sacrum: sed ingens omnium deorum templum mundus ipse reseraꝰ. Cuius uera simulachra: uerasq; facies cernendas mētibus protulit. Nam ad spectacula magna hebes uisus est ad initia deinde rerum redit: & æternam rationē toti inditam: & uim omniū seminum singula proprie figurātem. Tū de animo cœpit inquirere unde esset: ubi: q̄diu: in quot mēbris diuisus? Deīde a corporibus se ad incorporalia transtulit. Veritatēq; & argumenta eius excussit. Post hæc quemadmodū discernerenꝰ uitæ aut uocis ambigua. In utraq; falsa enim ueris immixta sunt. Non abduxit inq̄ se: ut Possidonio uideꝰ: ab istis artibus sapiens: sed ad illas omnino nō uenit. Nihil enim dignum inuentu iudicasset: quod nō erat dignum perpetuo usu iudicaturus ponenda nō sumeret. Anacharsis inquit inuenit rotā figuli: cuius circuitu uasa formanꝰ. Demum q̄a apud homerū inuenīꝰ figuli rota: malunt uideri uersus falsos esse q̄ fabulā.

Ego nec Anacharsim huius rei fuisse auctoré contẽdo:& si fuit sapiẽs quidẽ hoc inuenit: sed nõ tanq̃ sapiens.sicut multa sapientes faciũt:quia homines sunt:nõ quia sapiẽtes.Puta uelocissimũ eẽ sapienté:qui cursu oẽs anteibit:qua uelox ẽ:nõ qua sapiẽs.Cuperẽ Possidonio aliquẽ uitreariũ ostẽdere:qui spiritu uitrũ in habitus plurimos format:qui uix diligenti manu effingerentur.Hæc inuenta sunt postq̃ sapientẽ inuenire desinimus.Democritus inquit inuenisse dicit̃ fornicẽ:ut lapidũ curuatura paulatim inclinatoꝝ medio saxo alligaret̃.hoc dicã falsum esse.Necesse est enim ante Democritũ & pontẽ & portas fuisse : quarũ fere summa curuant̃.Excidit porro uobis eundẽ Democritũ inuenisse:quẽadmodũ ebur molliret̃ :quẽadmodũ decoctus calculus in smaragdũ cõuerteret̃:qua hodieq; coctura inuenti lapides coctiles colorantur.Ista sapiens licet inuenerit:nõ quia sapiens erat iuenit.Multa eni facit:quæ ab imprudentissimis æque fieri uidimus:aut peritius:aut exercitatius.Quid sapiẽs inuestigauerit?Quid in lucẽ protraxerit quæris? Primũ uerã naturã quã nõ ut cætera animalia oculis secutus est tardis ad diuina.Deinde uitæ legẽ:quã ad uniuersa direxit:nec nosse tantũ sed sequi docuit deos:& accidentia nõ aliter excipere q̃ imparata. Vetuit parere opinionibus falsis:& quãti quicq; esset uera æstimatione perpẽdit:dãnauit mixtas pœnitẽtiæ uoluptates.Et bona semper placitura laudauit:& palam fecit fœlicissimũ esse:cui fœlicitate nõ opus est: potẽtissimum esse qui habet in potestate.Nõ de ea philosophia loqui quæ ciuem extra patriã posuit:extra mũdũ deos:quæ uirtutẽ donauit uoluptati:sed illa quæ nullũ bonũ putat nisi quod honestũ est:quæ nec hominis nec fortunæ muneribus deleri põt.cuius hoc præciũ est nõ posse præcio capi. Hanc philosophiam fuisse illo rudi sæculo quo adhuc artificia deerant.& ipso usu discebãt utilia.Non credo sicut ante fortũata tempora:cum in medio iacerent beneficia naturæ promiscuæ utenda:anteq̃ auaritia: atq; luxuria dissociauere mortales:& ad rapinã ex cõsortio discurrere.Non erant illi sapiẽtes uiri:etiã si faciebant faciẽda sapiẽribus.statũ quidẽ generis humani nõ aliũ quisq̃ suspexerit magis.Nec sicui permittat deus terrena formare & dare gentibus mores.aliud probauerit:q̃ quod apud illos fuisse memoratur apud quos nulli subigebant arua coloni.Ne separare quidem:aut partiri limine campũ. Fas erat in mediũ q̃rebant ipsaq; tellus.Oĩa liberius nullo poscente ferebat.Quid hominũ illo genere fœlicius? In cõmune reꝝ natura fruebatur:sufficiebat illa ut parens in tutela omniũ:hæc erat publicaꝝ opũ secura possessio.Quid ni ego illud locupletissimũ mortaliũ genus dixerim:in quo pauperẽ iuenire nõ posses.Irrupit in res optime positas auaritia:& dum seducere aliquid cupit:atq; in suum uertere:omnia fecit aliena & in angustũ ex immenso redacta paupertatẽ intulit:& multa cõcupiscẽdo omnia amisit.Licet itaq; uelit nũc cõcurrere & reparare qđ perdidit:licet agros agris adiiciant uicinũ uel præcio pellat æris uel iniuria.Licet in prouinciaꝝ spatiũ rura dilatet:& possessionẽ uocet:per suam longã peregrinationẽ nulla nos finiũ propagatio eo reducet unde discessimus.Cum omnia fecerimus multũ habebimus uniuersum.Tertia ipsa fertilior erat illaborata: & in usus populoꝝ nõ diripientium larga.Quicquid natura protulerat:id nõ minus inuenisse q̃ inuẽtũ mõstrare alteri uoluptas erat.Nec ulli superesse poterat:aut deesse:inter cõcordes diuidebatur.Nondũ ualentior:imposuerat infirmiori manũ.Nõdum auarus abscõdendo quod sibi iaceret:aliũ necessariis quoq; excluserat.Par erat alterius ac sui cura.Arma cessabant incruentæq; humano sanguine manus . Odiũ omne in feras uerterant.Illi quos aliquod nemus dẽsum a sole protexerat:qui aduersus seuitiam hyemis:aut imbris uili receptaculo tuti sub fronde uiuebãt:placidas transigebant sine suspirio noctes.Solicitudo nos in nostra purpura uexat:& acerrimis excitat stimulis.at q molliem sonũ illis dura tellus dabat.Non impẽdebãt celata laquearia:sed in aperto iacentes sydera superlabebãtur:& insigne spectaculũ noctiũ mundus in præceps agebat̃:silẽtio tantũ opus dicẽs:tam inter diẽ illis q̃ noctẽ patebant ꝓspectus huius pulcherrimæ domus.Libebat intueri signa ex media cæli parte uergentia:rursus ex occulto alia surgentia.Quid ni iuuaret uagari inter tam late sparsa miracula?At uos ad omnẽ tectoꝝ paueris sonũ:& inter picturas uestras si quid increpuit fugitis attoniti:Nõ habebãt domos instar urbiũ.Spiritus ac liber iter aperta flatus:& leuis umbra rupis aut arboris & perlucidi fontes riuiq; non ope:nec fistula:nec ullo coacto itinere obsolefacti: sed spõte currẽtes:& prata sine arte formosa inter hæc agreste domiciliũ rustica politũ manu.Hæc erat secundũ naturã domus in qua libebat habitare:nec ipsam:nec pro ipsa timentẽ.Nũc magna pars nostri metus tecta sunt.Sed q̃uis egregia illis uita fuerit:& carẽs fraude:nõ fuere sapientes:quãdo hoc iã in ope maximo nomẽ est.nõ tamẽ negauerim fuisse alti spiritus uiros.Et ut ita dicam:a diis recẽtes.neq; enim dubiũ est:quin meliora mundus nõdũ effectus ædiderit.Quẽadmodũ aũt oibus indoles fortior fuit: & ad labores paratior:ita nõ erãt ingenia oibus cõsumata.Nõ eni dat natura uirtutẽ.Ars est bonũ fieri. Illi quidem non auꝝ nec argentũ:nec perlucidos lapides ima terraꝝ fece quærebant.Parcebantq; adhuc etiam multis animalibus.Tantũ aberat:ut homo hominẽ nõ iratus:nõ times tantũ spectaturus occideret.Nondũ uestis illis erat picta.Nondũ texebat̃ auꝝ:adhuc non eruebat̃.Quid ergo?Ignorãtia reꝝ innocentes erant.Multum aũt interest utrũ peccare aliquis nolit:aut nesciat.deerat illis iustitia:deerat prudẽtia:deerat tẽperantia ac fortitudo.Omnibus his uirtutibus habebat similia quædã rudis uita.Virtus nõ cõtingit aĩo:nisi instituto & edocto:& ad summũ assidua exercitatione perducto.Ad hoc quidẽ:sed sine hoc nascimur : & in optimis quoq; anteq̃ erudias uirtutis materia nõ uirtus est. Vale.

Epistola.xci.Quomodo ad omne quod euenire põt firmandus est animus.Et q̃ omnia mortaliũ mortalitate damnata sunt.Vbi nõ indignatione:sed æquanimitate opus est contra fatum.

Iberalis noster nunc tristis est nũciato incendio:quo Lugdunẽsis colonia exausta est.Mouere hic ca
l sus quẽlibet posset:ne dum hominẽ patriæ suæ amãtissimũ:quæ res efficit:ut firmitatẽ animi sui quærat quã uidelicet ad ea quæ timeri posse putabat exercuit.Hoc uero tã iopinatũ malũ & pœne

inauditum nõ miror si sine metu fuit:cũ esset sine exemplo. Multas enim ciuitates icendiũ uexauit: nullam abstulit. Nam etiã ubi hostili manu iniecta ignis immissis multis locis deficit:& q̃uis subinde excitet raro tamẽ sic cuncta depascitur:ut nihil ferro relinquat. Terrarũ quoq; uix unq̃ tam grauis & perniciosus fuit motus:ut tota oppida euerteret. Nunq̃ deniq; tam infestũ ulli exarsit incendiũ:ut nihil alteri superesset incendio:tot pulcherrima opera:quæ singula illustrare urbes singulas possent:una nox strauit:& in tanta pace quantũ ne bello quidẽ timeri põt accidit. Quis hoc credat? Vbiq; armis quiescẽtibus:cum toto orbe terrarũ diffusa securitas sit. Lugdunũ quod ostendebatur in Gallia quæritur? omnibus fortuna quos publice afflixit:quod passuri erãt timere permisit. Nulla res magna nõ aliquod habuit ruinæ suæ spatium. In hac una nox interfuit inter urbẽ maximã & nullam:deniq; diutius illã tibi perisse q̃ periit narro. Hæc omnia liberalis nostri affectum inclinant aduersus sua firmũ & erectum:nec sine causa concussus est. Inexpectata plus aggrauant. Nouitas adiicit calamitatibus pondus:nec quisq̃ mortaliũ nõ magis quod etiam miratus est doluit. Ideo nihil nobis improuisum esse debet. In omnia præmittendus est animus: cogitandũq; non quicquid solet sed quicquid potest fieri. Quid enim est:quod nõ fortuna cum uoluit ex florentissimo detrahat:quod non eo magis aggrediatur & quatiat:quo speciosius fulget. Quid illi arduum? quidue difficile est? Non una uia semper ne tota quidem incurrit. Modo nostras in nos manus aduocat:modo suis contenta uiribus inuenit pericula sine auctore:nullũ tempus exceptũ est:in ipsis uoluptatibus causæ doloris oriũtur. Bellũ in media pace cõsurgit:& auxilia securitatis in metũ transeunt. Ex amico inimicus. Hostis ex socio. In subitas tempestates hybernisq; maiores agitur æstiua trãquilitas:sine hoste patimur hostilia: & cladis causas:si alia deficiunt nimia sibi fœlicitas inuenit. Inuadit tẽperatissimos morbus:ualidissimos ptysis Innocẽtissimos pœna. Secretissimos tumultus. Eligit aliquid noui casus:per quod uelut oblitis uires suas ingerat. Quicquid longa series multis laboribus multa dei indulgẽtia struxit:id unus dies spargit ac dissipat:longã morã dedit malis ꝓperãtibus:q diem dixit horã momentũq; tẽporis euertendis imperiis sufficere. Esset aliquod ĩbecillitatis nostræ solaciũ:rerũq; nostrarũ si tãto tẽpore repararentur cũcta q̃to finiuntur. Nunc incremẽta lente exeunt:festinatur in dãnũ:nihil priuatim:nihil publice stabile est: tam hominũ q̃ urbiũ facta uoluuntur. Inter placidissima terror existit:nihilq; extra est tumultuantibus causis:mala unde minime expectabantur erumpunt. Quæ domesticis bellũ steterant regna: quæ externis impellente nullo ruunt:quota quæq; fœlicitatẽ ciuitas pertulit. Cogitanda ergo sunt omnia:& animus aduersus ea quæ possunt euenire firmandus. Exilia:tormenta bella:morbos:naufragia meditare. Potest te patriæ:potest patriam tibi casus eripere:potest te in solitudinem abiicere. Potest hoc ipsum in quo turba suffocatur fieri solitudo. Tota ante oculos sortis humanæ conditio ponatur:nec quantum frequenter euenit: sed quantum plurimũ potest euenire præsumamus animo:si nolumus opprimi:nec ullis insitatis uelut nouis obstupefieri. In plenũ cogitanda fortuna est. Quotiẽs Asiæ:quotiens Achaiæ urbes uno tremore ceciderũt? quot oppida in Syria? quot in Macedonia deuorata sunt? Cyprũ quotiens uastauit hæc clades? Quotiens in se Paphus corruit? frequẽter nobis nunciati sunt totarũ urbium interitus:& nos iter quos frequẽter ista nũciantur:quota pars omniũ sumus. Consurgamus itaq; aduersus fortuita:& quicquid iciderit sciamus nõ esse tam magnũ q̃ rumore iactetur. Ciuitas arsit opulenta:ornamẽtumq; prouĩciarum:quibus & inserta erat:& excepta. Vni tamen imposita:& huic nõ altissimo monti. Omniũ istarũ ciuitatũ:quas nunc magnificas ac nobiles audis. Vestigia quoq; tẽpus eradet. Nõ uides queadmodũ in Achaia clarissimarũ urbiũ iã fundamenta cõsumpta sunt:nec quicq̃ exstet ex quo appareat illas saltem fuisse. Non tantum manufacta labuntur:nõ tantũ humana arte:atq; industria posita uertit dies. Iuga montiũ diffluũt:totæ desedere regiones. Operta sunt fluctibus:quæ ꝓcul a cõspectu maris stabãt. Vastauit ignis colles:per quos relucebat: erosit & quõdã altissimos uertices solatia nauigãtiũ:ac speculas ad humilẽ harenã deduxit:ipsius naturæ opa uexantur. Et ideo æquo animo ferre debemus urbium excidia. Casura omnia extant:omnibus exitus manet:siue interna ui flatuq; præclusa uiolenti pondus sub quo tenentur excusserint:siue torrẽtiũ in abdito uastior obstantia effregerit siue flãmarum uiolentia compaginem soli ruperit:sine uetustas:in qua nihil tutum est:expugnauerit minutatim:siue grauitas cæli egesserit populos:& situs deserta corruperit. Enumerare omnes fatorũ uias longũ est. Hoc unũ scio:oĩa mortaliũ opera:mortalitate dãnata sunt: inter peritura uiuimus. Hæc ergo atq; eiusmodi solatia admoueo Liberali nostro incredibili quodã patriæ suæ amore flagranti:quæ fortasse cõsumpta est:ut in melius excitaretur. Sæpe maiori fortunæ locum fecit iniuria. Multa ceciderunt:ut altius surgerent:& in malas imagines fœlicitatis urbis inimicus aiebat Romæ sibi ĩcẽdia ob hoc unũ dolori esse:quod sciret meliora resurrectura q̃ arsissent. In hac quoq; urbe uerisimile ẽ certiores omnes esse ut maiora certioraq; q̃ amisere restituantur. Sint utinã diuturna:& melioribus auspiciis in æuũ longius condita. Nã huic Coloniæ ab origine sua centesimus annus est. ætas ne homini quidẽ extrema a Platone deducta:in hac frequẽtia loci oportunitate cõualuit. Qui tamẽ grauissimos casus intra spatiũ humanæ pertulit senectutis. Itaq; formetur animus ad intellectum:patientiãq; sortis suæ:& sciat nihil inausum esse fortunæ. Aduersus imperia illã idẽ habere iuris:quod aduersus imperantes. Aduersus urbes idẽ posse quod aduersus homines. Nihil horũ dignãdũ est. In eũ intrauimus mũdũ:in quo his legibus uiuitur. Placet parere nõ placet:quacunq; uis exi. Indignare si quid in te inique proprie cõstitutũ est. Sed si hæc imos summosq; necessitas alligat:in gratiã cũ fato reuertere:a quo omnia resoluuntur. Nõ est qđ nos tumulis metiaris:& his monumentis quæ uia disparia prætexũt. Aequat omnes cinis:impares nascimur pares morimur. Idem de urbibus:quod de urbiũ incolis dico. Tam ardea capta:q̃ Roma capta est. Conditor ille iuris humani:nõ natalibus nos:nec nominũ claritate distinxit:nisi dum sumus. Vbi uero ad finem

mortaliũ uentũ est. Discede inquit ambitio oium quæ terrã præmũt: seruus miles esto. Ad oia patiẽda pares sumus. Nemo altero fragilior est: nemo in crastinũ sui certior. Alexãder Macedonum rex discere Geometriã infœlis cœperat sciturus q̃ pusilla terra esset: ex qua minimũ occupauerat. Ita dico infœlix ob hoc quod intelligere debebat falsum se gerere cognomẽ. Quis enim esse tam magnus in pusillo potest? Erant illa quæ tradebant subtilia: & diligenti intẽtione discẽda: nõ quæ percipere posset uesanus homo: & trans oceanũ cogitationes suas mittens. Facilia inquit me doce. Cui præceptor inquit: Ista omnibus eadẽ sunt: æque difficilia. Hoc puta reꝝ naturã dicere. Ista de quibus quæris: oibus eadẽ sunt: nulli dari faciliora possunt: sed quisquis uolet sibiipsi illa reddet faciliora. Quomodo? æquanimitate: & doleas oportet: & sitias: & esurias: & senescas: & si tibi longior cõtigerit inter homines mora: & ægrotes: & perdas aliquid: & pereas. Nõ est tamẽ q istis qui te circũstrepũt credas. Nihil hotũ malũ ẽ. Nihil itolerabile: aut duꝝ: ex consensu istis metus est. Sic mortẽ times quomodo famã. Quid autẽ stultius homine uerba metuente. Elegãter Demetrius noster solet dicere: eodẽ loco sibi esse uoces imperitorum: quo uẽtre redditos crepitus. Quid enim inquit mea refert? sursum isti an derosum sonent? Quãta dementia est uereri: ne infameris ab infamibus? Quẽadmodũ famã extimuistis sine causa: sic & illa quæ nunq̃ timeretis: nisi fama uixisset. Nũqd detrimẽti faceret. uir bonus in q̃s rumoribus sparsus? cũ ne morti quidẽ hæc apud nos noceat: & hæc malam molitionẽ habet. Nemo eoꝝ qui illa accuset expertus est. Interim temeritas est dãnare quod nascias. At illud scis q̃ multis utilis sit: q̃ multos liberet tormentis: ægestate: quærelis: suppliciis: tedio. Nõ sumus in ullius potestate: cum mors in nostra potestate sit. Vale.

Epistola. xcii. Disputatio contra dicentes solã uirtutẽ nõ facere beatũ sine externis cõmodis. Vel facere quidẽ beatũ sed nõ beatissimum. Vbi tradit hæc fortuita nec bona esse nec mala. Et nec beatum facere nec miserum. Et de excellentia animi.

P Vto inter me teq; cõueniat externa corpori acquiri: corpus in honorẽ animi coli in animo eẽ partes ministras: per quas mouemur: alimurq; propter ipsum principale nobis datas. In hoc principale aliquid irrationale est: & rationale. Illud huic seruit: hoc unũ est quod alio nõ refert: sed oia ad se perfert. Nã illa quoq; diuina ratio oibus præposita est: ipsa sub nullo est. Et hæc autẽ nostra eadẽ est: q̃a ex illa est. Si de hoc inter nos conuenit: sequit̃ ut de illo quoq; conueniat. In hoc uno positã esse beatam uitã: ut in nobis rõ perfecta sit. Hæc enim sola non submittit animũ. Stat contra fortunã inquolibet reꝝ habitu seruitus seruit. Id autẽ unũ bonũ est: quod nunq̃ defrigitur. Is in quã beatus: quẽ nulla res minorem facit: tenet summa & ne ulli quidẽ nisi sibi innixus. Nam qui aliquo auxilio sustinetur potest cadere. Si aliter est incipiẽt in nobis multũ ualere nõ nostra. Quis autẽ uult cõstare fortuna: aut quis se prudens ob aliena miratur? Quid est beata uita: securitas & perpetua tranquilitas. Hanc dabit animi magnitudo: dabit constantia bene iudicati tenax. Ad hoc quomodo peruenitur? si ueritas tota perfecta est: si seruatus est ĩ rebus agendis ordo: modus: decor: & innoxia uoluntas: aut benigna: intenta rationi. Nec unq̃ ab ista recedens: amabilis simul mirabilisq;. Deniq; ut breuiter tibi formulã scribã. Talis animus sapiẽtis eẽ uiri debet: qualis deum deceat. Quid potest desiderare: is cui oia honesta cõtingãt? Nã si possunt aliquid nõ honesta conferre ad optimũ statum: in his erit beata uita: sine quibus nõ est. Et quid stultius turpiusue q̃ bonũ ratiõalis animi ex irrationalibus nectere. Quidã tamẽ augeri summũ bonũ iudicãt: q̃a paꝝ plenũ sit fortuitis repugnãtibus. Antipater quoq; inter magnos sectæ huius auctores: aliquid se tribuere dicit externis: sed exiguũ admodũ. Vides autẽ quale sit: & te nõ eẽ cõtentũ: nisi aliquis igniculus alluxerit. Quod põt in hac claritate solis habere scintilla momentũ? Si nõ es sola honestate cõtentus: necesse est aut quietem adiici uelis quã dosinã uocant græci aut uoluptatẽ. Hoꝝ alteꝝ utcunq; recipi potest. Vacat enim animus molestia. liber ad cõspectum uniuersi. Nihilq; illũ auocat a contẽplatiõe naturæ. Alteꝝ illud uoluptas bonũ pecoris est. Adiicimus rationali irrationale: honesto inhonestũ. Magno uitã facit titilatio corporis. Quid ergo dubitatis dicere bene esse homini: si palato bene ẽ. Et hunc tu nõ dico inter uiros numeras. Sed ĩtet homines cuius summũ bonũ saporibus: ac coloribus: ac sonis cõstat. Excedat ex hoc aialium numero pulcherrimo: ac diis secundo mutis aggreget̃ animal pabulo lætum. Irratiõalis pars animi duas habet partes. Alterã animosam: ambitiosam: impotentẽ: positã in affectionibus. Alterã humilẽ: languidam: uoluptatibus deditã. Illam effrenatã: meliorẽ tamẽ certe: fortiorẽ ac digniorẽ uiro reliq̃runt. Hanc necessariã beatæ uitæ putauerunt inermẽ & abiectã. Huic rõnẽ seruire iusserunt & fecerunt aialis generosissimi bonũ: demissum & ignobile. Præterea mixtũ: portẽtuosumq;: & ex diuersis aialibus cõgruẽtibus mẽbris. Nã ut ait Virgilius noster in Scylla. Prima hominis facies & pulchro pectore uirgo. Pubetenus postrema immani corpore pistrix. Delphinũ caudas utero cõmissa lupoꝝ. Huic tamen Scyllæ fera aialia iuncta sunt horrenda: uelocia. At isti sapientiã ex quibusdã cõposuere portẽtis. Prima hominis pars est ipsa uirtus. Huic comittit̃ inutilis caro: & fluida & receptandis tãtum cibis habilis: ut ait Possidonius. Virtus illa diuina: ĩ lubricũ desinit: & superioribus eius partibus uenerãdis atq; cælestibus: animal iners ac marcidum attexit̃. Illa utcunq; altera q̃es nihil quidẽ ipsa animo præstabat: sed impedimẽta remouebat. Voluptas ultro dissoluit: & omne robur emollit: quæ inuenietur tam discors inter se iunctura corpoꝝ: fortissime rei inertissima astruit̃: seuerissimæ paꝝ seria: sanctissimæ intemperãs usq; ad indigesta. Quid ergo inquit: si uirtutẽ nihil impeditura sit bona ualitudo: & quies: & doloꝝ uocatio: nõne petes illas. Quid ni petam? Nõ quia bona sunt: sed quia secundũ naturã sunt: & quia bono a me iudicio sumunt̃. Quod erit in illis nunc bonũ? Hoc unũ bene eligi. nam cum uestem qualẽ decet summo: cum ambulo ut oportet: cum cœno quẽadmodũ debeo: non cœna aut ambulatio: aut uestus bona sunt: sed meum in his propositũ seruantis in quaq; re rationi conue/

niētē modū etiā nūc adiiciā. Mundæ uestris electio appetenda est homini. Natura enim homo mūdum
est elegans animal est. Itaq; nō est bonū per se munda uestis: sed mundæ uestis electio: quia nō i re bonum
est: sed in electione. quia actiones nostræ honestæ sunt: nō ipsa quæ aguntur. Quod de ueste dixi: idem de
corpore me existima dicere. Nā hæc quoq; natura: ut quādam uestē animo circundedit uelamentū eius ē.
Quis autē unq̄ uestimenta æstimauit arcula? Nec bonū nec malū uagina gladium facit. Ergo de corpore
quoq; idem tibi respondeo. Sūptuꝝ quidē me: si detur electio & sanitatem & uires. Bonum autem futu-
rū iudiciū de illis meum nō ipsa. Est quidem inquit sapiens beatus. Sūmum enim bonum non sequit̃ ni-
si illi: & naturalia istrumēta respondeant. Ita miser quidē esse: qui uirtutē habet nō potest. Beatissimus āt
non est: qui naturalibus bonis destituitur: ut ualitudine & mēbroꝝ integritate. Quod icredibilius uidet̃
id cōcedis: aliquē in maximis & continuis doloribus: non esse miseꝝ etiā beatum. Quod leuius est: negas
beatissimū esse. Atqui si potest uirtus efficere: ne miser aliquis sit: facilius efficiet ut beatissimus sit. Minus
enim interualli a beato ad beatissimū restat: q̄ a misero ad beatum. An quæ res tantū ualet ut exceptū cala-
mitatibus iter beatos locet. Nō potest adiicere quod superest: ut beatissimū faciat in summo deficit cliuo.
Cōmoda sunt in uita & incōmoda utraq; extra nos. Si nō est miser uir bonus: q̄uis omnibus præmatur ī-
cōmodis: quomodo nō beatissimus: si aliquibus cōmodis deficitur. Nā quēadmodū incōmodorum one-
re usq; ad miseꝝ nō deprimit̃: sic cōmodoꝝ inopia nō deducit a beatissimo. Sed tamē sine cōmodis bea-
tissimus ē: q̄ non est sub incōmodis miser. Aut pōt illi eripi bonū suum: si pōt minui. Pauloante dicebam:
igniculū nihil cōferre lumini solis. Claritate enim eius quicquid sine eo lucet: abscondit̃. Sed quædam in-
qt solis uis & lux itegra est: ēt inter opposita: & quāuis aliud interiaceat: quod nos prohibeat eius aspectū:
in opere est: cursu suo fertur. Quotiens inter nubila luxit: nō est sereno minor: nec tardior quidē. Quoni-
am multum interest: utrū aliquid obstet tantū: an impediat. Eodē modo uirtuti opposita nihil detrahūt.
non ē minor: sed minus fulget: nobis forsitan non æque apparet ac nitet. Sibi eadem est: & more solis ob-
scuri in occulto uim suam exercet. Hoc itaq; aduersus uirtutem possunt calamitates & damna: & iniuriæ
quod aduersus solem potest nebula. Inuenitur qui dicat sapientē corpore paꝝ prospero usum nec miseꝝ
esse: nec beatum. Hic quoq; fallitur. Exequat ea in fortuita uirtutibus: & tantūdē tribuit uirtutibus quan-
tū honestate carētibus. Quid aūt fœdius: quid indignius q̄ cōparare ueneranda contēptis? Veneranda enī
sunt fides: iustitia: pietas: fortitudo: prudentia: Econtrario uilia sunt: quæ sæpe contigunt pleniora uilissi-
mis. Crus solidū: & lacertus: & dentes: & hoꝝ sanitas: firmitasq;. Deinde si sapiens cui corpus molestū est:
nec miser habebitur: nec beatus: sed medio relinquetur. Vita quoq; eius nec appetēda: nec fugiēda: Quid
autem tam absurdum q̄ sapientis uitā appetendā nō esse? Aut quid tam extra fidē q̄ esse aliquā uitā: nec ap-
petendā: nec fugiendā? Deinde si damna corporis miseꝝ nō faciunt: beatū esse patiuntur. Nā quibus potē-
tia non ē in peiorem transigendi statum: nec interpellandi quidem optimum. Frigidum inquit aliquid &
calidum nouimus. Inter utrūq; tepidum est. Sic aliquis beatus est: aliquis miser: aliquis nec miser nec bea-
tus. Volo hanc cōtra nos positā imaginē excutere. Si tepido illi plus frigidi ingessero fiet frigidū: si plus ca-
lidi affudero fiet nouissime calidū. At huic: nec misero: nec beato: quātūcunq; ad miserias adiecero: miser
erit quēadmodū dicitis. Ergo imago ista dissimilis ē. Deinde trado tibi hominē: nec miserum nec beatū.
Huic adiicio cæcitatē non fit miser. Adiicio dolores cōtinuos & graues: miser nō fit. Quem tā multa ma-
la in miserā uitam non trāsferunt nec ad beata quidem educunt. Si nō potest ut dicitis sapiens ex beato: in
miserum decidere: nō potest in non beatum. Quare enim qui illa cœpit: alicubi subsistat. Quæ res nō pa-
tit̃ illum ad imū deuolui: retinet in summo. Quid ni? nō possit btā uita rescindi nec remitti quidē pōt: &
ideo uirtus ad illā per seipsa satis est. Quid ergo inquit sapiēs: & non ē beatior qui diutius uixerit: quē nul-
lus aduocauit dolor: q̄ ille q cum mala fortuna sæpe luctatus est. Responde mihi. Nunquid & melior ē: &
honestior? Si hæc nō sunt: ne beatior ē. Rectius uiuat oportet: ut beatius uiuat. si rectius non pōt: ne beati-
us qdē. Non intendit̃ uirtus. ergo nec beata qdem uita: quæ ex uirtute est. Virtus enim tantū bonum ē: ut
istas accessiones minutas non sentiat. Breuitatem æui: & dolorum & corpoꝝ uarias offensiones. Nam uo-
luptas non est digna ad quam respiciat. Quid ē in uirtute præcipuū? Futuro non indigere: nec dies suos cō-
putare: in quātolibet tēpore bona æterna cōsumat. Incredibilia nobis hæc uident̃: & supra humanam na-
turam excurrentiam. Maiestatem enim eius ex nostra imbecillitate metimur: & uitiis nostris nomen uir-
tutis imponimus. Quid porro æque incredibile uidet̃. Aliquem in summis cruciatibus positū: dicere bea-
tus sum. Atq; hæc uox in ipsa officina uoluptatis est audita. Beatissimum inquit hunc & ultimū diē ago
Epicurus: cum illum hinc urinæ difficultas torqueret: hinc insanabilis exulcerati dolor uentris. Quare er-
go icredibilia sunt ista apud eos qui uirtutē colunt: cū apud eos quoq; reperiant̃: apud quos uoluptas spe-
rauit? Hi quoq; degeneres & humilimæ mētis aiunt: in summis doloribus: in summis calamitatibus: sa-
piētē nec miseꝝ futuꝝ nec beatū. At q hoc quoq; incredibile ē. imo icredibilius. Nō uideo eni quomodo
in infinitū agat̃ e fastigio suo: deiecta uirtus. Aut beatū præstare debet. Aut si ab hoc depulsa ē: non ꝓhibe-
bit fieri miseꝝ. Stans nō pōt uinci: aut uincat̃ oportet: aut uincat. Diis iquit immortalibus solis: & uirtus
& beata uita contingit. Nobis umbra quædam illorum bonorum & similitudo. Accedimus ad illā nō ꝑ-
uenimus. Ratio uero diis hominibusq; communis est. Hæc in illis consumata est: in nobis consumabilis.
Sed ad desperationem nos uitia nostra perducūt. Nam ille alter secundus est: ut aliquis parum cōstans: ad
custodienda optima cuius iudiciū labat. Etiam nunc & incertum est: desideret oculoꝝ atq; auriū sensum
bonam ualitudinem & non fœdum aspectū corporis: & habitu manente suo: ætatis præterea longius spa-
tium. Per hanc potest non pœnitenda agitare ut in perfecto uiro. Huic malitiæ uis quædā inest; quia ani-

mum habet mobilem at praua illa agit arens malitia:& ea agitata abeſt. De bono non ẽ adhuc bonus : ſed
in bonum fingitur. Cuicũq; autẽ deeſt aliquid ad bonũ malũ eſt. Sed ſicui uirtus animuſq; in corpore præ
ſens:hic deos æquat. Illo tendit originis ſuæ memor. Nemo improbe eo conatur aſcendere unde deſcen/
derat. Quid eſt autẽ:cur nõ exiſtimes in eo diuini aliquid exiſtere qui dei pars eſt. Totum hoc quo cõtine
mur:& unũ eſt:& deus:& ſocii eius ſumus & membra. Capax ẽ noſter animus:præfert illo ſi uitia nõ de/
primãt. Quẽadmodũ corpoꝝ noſtroꝝ habitus erigit:& ſpectat in cælũ. Ita animus cui inquãtum uult li/
cet porrigi. In hoc natura reꝝ formatus ẽ ut paria diis uelit:& ſic utat ſuis uiribus ac ſe in ſpacium ſuũ ex
tendat. Nõ aliena ui ad ſumma nitit. Magnus erat labor ire in cælũ. Redit enim cũ hoc iter nactus eſt. Va/
dit audacter & contẽptor oĩum nec ad pecuniã reſpicit:aurũ argentũq; illis in quibus iacuere tenebris di/
gniſſima. Nõ ad hoc æſtimat ſplẽdorẽ quo imperitiores uerberãt oculos & auerterũt a cælo:ex quo illa ſe
creuit cupiditas noſtra & effodit. Scit inquã alicubi poſitas eſſe diuitias quo congerunt:animũ impleri de
dere nõ arcã. Hunc iponere domino oĩum reꝝ licet. Hunc in poſſeſſionẽ reꝝ naturæ inducere:ut ſuarum
poſſeſſionũ orientis occidẽtiſq; terminus fiat. Deorũq; ritu cuncta poſſideat cũ opſbus ſuis diuites ſup ne
deſpiciat. Quorum nemo tam lætus eſt ſuo:q̃ triſtis alieno:cum ſe in hanc ſublimitatem tulit. Corporis
quoq; uel oneris neceſſarii nõ amator:ſed procurator eſt. Nec ſe illi cui impoſitus eſt ſubiicit. Nemo liber
eſt qui corpori ſeruit. Nã ut aliquos dominos:quos nimia pro illo ſolicitudo inuenit trãſeas:ipſius moro/
ſum imperium delicatũq; eſt. Ab hoc modo æquo animo exit:modo magno proſilit:ne quis deinde reli
gis eius futurus ſit exitus q̃rit. Sed ut ex barba capillos detonſa negligimus. Ita ille diuinus animus egreſ/
ſurus hominẽ quo receptaculũ ſuũ cõferat. Ignis illũ excludat:an fere diſtrahãt:an terra cõtegat: non ma/
gis ad ſe iudicat pertinere:q̃ ſecundas ad editũ infantẽ:utrũ proiectum aues differat:an conſumatur cani/
bus data præda marinis. Quid ad illũ qui tunc quoq; cũ inter homines eſt:nullas minas timet:ullas ne ti
mebit poſt mortẽ minas eoꝝ quibus uſq; ad mortẽ timeri paꝝ eſt. Nõ cõteret inquit me:nec uncus : nec
proiecti ad cõtumeliã cadaueris:laceratio fœda uiſoris. Neminem de ſupremo officio rogo. Nulli reliquas
meas cõmendo. Ne quis inſepultus eſſet reꝝ natura proſpicit:quẽ ſeuitia proiecerit: dies condet. Diſerte
Mœcenas ait:Nec tumulũ curo:ſepelit natura relictos. Alte cinctum putes dixiſſe. Habuit enim ingeniũ:
& grande:& uirile:niſi illud ſecundis cinxiſſet. Vale.

Epiſtola. xciii. De breuiori uita nõ curãdũ. Et q ampliſſimũ uitæ ſpatiũ ẽ uſq; ad ſapientiã uiuere.

N epiſtola qua de morte Metronatis philoſophi quærebaris:tanq̃ potuiſſet diutius uiuere & de/
I buiſſet:æquitatẽ tuã deſideraui:quæ tibi in omni perſona:in omni negocio ſupereſt in una re de/
eſt:in qua omnibus:multos inueni æquos aduerſus homĩes:aduerſus deos neminẽ. Obiurgamus
quotidie fatũ. Quare ille nõ rapit? Quare ille in medio curſu raptus eſt? Quaræ ſenectutem & ſibi & aliis
grauẽ extendit. Vtrũ obſecro te æquius iudicas te naturæ:an tibi parare naturã? Quid autẽ intereſt: q̃ ci/
to exeas dũ utiq; exeũdũ eſt. Nõ ut diu uiuamus curandũ eſt:ſed ut ſatis. Nã ut diu uiuas fato opus ẽ:ut ſa/
tis animo. Longa eſt uita ſi plena eſt. Impletur autẽ cũ animus ſibi bonũ ſuum reddidit:& ad ſe poteſtatem
ſui tranſtulit. Quid illum octoginta anni iuuant per inertiam exacti? Non uixit iſte:ſed in uita moratus ẽ:
nec ſero mortuus:ſed diu. Octoginta annis uixit. Intereſt mortẽ eius ex quo die numeres. At ille obiit uiri
dis:ſed officia boni ciuis:boni amici:boni filii executus eſt. In nulla parte ceſſauit:licet eius ætas imperfe/
cta ſit:uita perfecta eſt. Octoginta annis uixit:imo octoginta annis fuit:niſi forte ſic uixiſſe eum dicis quo
modo dicuntur arbores uiuere. Obſecro te mi Lucili hoc agamus:ut quẽadmodũ præcioſa rerum ſit ui/
ta noſtra nõ pateat multũ:ſed multũ pẽdeat. Actu illam metiamur:nõ tempore. Vis ſcire quid inter hũc i
terſit uegetum contẽptorẽq; fortunæ functũ omnibus uitæ humanæ ſtipendiis:atq; in ſummũ bonũ eius
euectum:& illũ cui multi anni tranſmiſſi ſunt. Alter poſt mortẽ quoq; eſt. Alter ante mortẽ periit. Laude
mus itaq;:& in numero fœliciũ reponamus eũ:cui quantuluncunq; temporis contigit:bene collocatũ eſt.
Vidit enim ueram lucẽ:nõ fuit unus e multis:& uixit:& uiguit. Aliquãdo ſereno uſus eſt. Aliquãdo ut ſo
let ualidi ſyderis fulgor p nubila emicuit. Quid q̃ris q̃diu uixerit? uixit ad poſteros uſq; tranſiliit : & ſe in
memoriã dedit. Nec ideo mihi plures annos accedere recuſauerim. Nihil tamen ad beatã uitã defuiſſe di/
cam:ſi ſpaciũ eius inciditur. Nõ enim ad eũ diẽ me aptaui:quẽ ultimũ mihi ſpes auida promiſerat:ſed nul
lũ tanq̃ ultimũ aſpexi. Quid me interrogas quãdo natus ſim? An iter iuniores adhuc cẽſear? Habeo me/
um: Quemadmodum in minore corporis habitu poteſt homo eſſe perfectus:ſic & in minore temporis
termino poteſt eſſe uita perfecta. Aetas inter externa eſt:q̃diu ſim alienum eſt;q̃diu uero ut uir bonus ſim
meum ẽ. Hoc a me exige:ne uelut per tenebras æuum ignobile emetiar ut agam uitã:ut non prætereuehar.
Quæris quid ſit amplisſimũ uitæ ſpatiũ? uſq; ad ſapientiam uiuere. Qui ad illam peruenit:attingit nõ lõ
giſſimum finẽ:ſed maximum. Ille uero glorief audacter:& diis agat gratias:interq; eos ſibi & reꝝ naturæ
imputet q fuit. merito enim imputabit. meliorẽ illis uitam reddidit q̃ acceperit. Exemplar boni uiri po/
ſuit:qualis quãtuſq; eſſet oſtẽdit. Siquid adieciſſet:fuiſſet ſimile præterito. Et tamẽ quouſq; uiuimus : o/
um rerũ cogitatione functi ſumus. Scimus ad quid pricipalis natura ſe attollat. Quẽadmodũ ordinet mũ
dum:per quas uices annũ reuocet. Quẽadmodũ omnia quæ uſq; erant cluſerit:& ſeipſam ſui finem fece/
rit. Scimus ſydera impetu ſuo uadere:præter terram nihil ſtare. Cætera cõtinua uelocitate decurrere. Sci/
mus quẽadmodum ſolem luna prætereat. Quare tardior uelociorem poſt ſe relinquat. Quomodo lumẽ
accipiat:aut perdat:quæ cauſa inducat noctẽ:quæ reducat diem. Illuc eundum eſt ubi iſta propius aſpicias.
Nec hac ſpe inquit ſapiens ille fortius exeo quod patere mihi ad deos meos iter iudico. Merui quidem
amitti etiam iter illos fui:animũq; illo meũ miſi:& ad me illi ſuum miſerunt. ſed tolli me de medio puta

& post mortē nihil ex hoīe restare. Aeque magnū animū habeo:ēt si nusq̄ trāsiturus accedo. Nō tā multis uixit annis q̄ potuit:& paucoꝝ uersuū liber est:& qdē laudādus atq; utilis. Annales Tamasii scis q̄ nō deco ri sint:& quocenſ. Hæc est uita quorūdā lōga:& qđ Tamasii sequiſ annales. Nunqd fœliciorē iudicas eū q̄ summo die numeris:q̄ eū q medio occidiſ. Nūqd aliquē eē tā cupidū uitæ putas:ut iugulari i spoliario. q̄ in arena malit. Nō maiore spatio alter alteꝝ p̄cedit. Mors p oēs it. Qui occidit cōsequiſ occisum : minimū est de quo solicitissime agiſ. Quid āt ad rē ptinet q̄diu uites qđ euitare nō possis. Vale.

Epistola. lxxxiiii. Vtrum pars philosophiæ superfluat disputatio & solutio. & de annotatione cōtra malum popularis opinionis.

h

Anc partē philosophiæ quæ dat ꝓpria cuiq; ꝑsonæ præcepta:nec in uniuersum cōponit hominē: sed marito suadet quō se gerat aduersus uxorē:pr̄i quō educet liberos:domino quō seruos regat.

Quidā solā receperant:& cæteras quasi extra utilitatē nostrā uagātes reliquerant tāq̄ quis nō posset de parte suadere:nisi qui summā prius totius uitæ cōplexus est. Sed Ariston Stoicus ecōtrario hāc partem leuem existimat:& quæ nō descendat in pectus usq; ut illā habentē præcepta plurimū ait proficere ipsaq; decreta philosophiæ:cōstitutionēq; summi boni:quā q bene intellexit & didicit:quid in quaq; re faciēdum sit sibiipse præcepit. Quēadmodū qui iaculari discit:destinatū locū captat:& manum format ad dirigenda quæ mittit. Cum hāc uim ex disciplina & exercitatione præcepit quocunq; illa uult utiſ. Didicit. n. nō hoc aut illud ferire:sed quocūq; uoluerit. Sic qui se ad totā uitā instruxit:nō desiderat particulatim admoneri:doctus in totū. Non enim quomodo cū uxore:aut cū filio uiueret:sed quō bene uiueret. In hoc ē & quomodo cū uxore ac liberis uiuat. Cleantes utilē quidē iudicat & hāc partē:sed imbecillem nisi ab uniuerso fluit:ubi decreta ipa philosophiæ & capita cognouit. In duas ergo quæstiones locus iste diuidiſ. Vtꝝ utilis an inutilis sit:& an solus uiꝝ bonū possit efficere:idest utrū superuacuus sit:an oēs faciat superuacuos. Qui hanc partem uideri uolunt superuacuā:hoc aiunt. Siquid oculis oppositū moraſ aciē:remouendū est. illo quidē nō abiecto operā perdidit qui præcepit. Sic quo ambulabis illo manū porriges. Eodē modo ubi aliqua res obcæcat animū:& ad officioꝝ dispiciendū ordinē impedit:nihil agit qui præcepit. Sic uiues cum patre:sic cum aliis. Nihil enim proficiēt præcepta:quādiu mētis error obfusus est:si ille discutiſ : apparebit quid cuiq; debeatur officio. Alioquin doces illud quod sano faciēdū sit:nō sanū efficis. Pauperi ut agat diuitē mōstras:hoc quomodo manente paupertate fieri pōt. Ostēdis esurienti quid tanq̄ satur faciat. fixam potius medullis famē detrahe. Idē tibi de omnibus uitiis dicā:ipsa remouēda sunt:nō præcipiendū quod fieri illis manentibus nō pōt:nisi opiniones falsas:quibus laboramus expuleris. Nec auarus quomodo utendum pecunia sit exaudiet:nec timidus quō pericula contēnat. Efficias oportet ut sciat pecuniā nec bonum nec malū esse. Ostēdas illi miserrimos diuites. Efficias ut quicqd publice expauimus: sciat nō esse tā timendum:q̄ fama circūfert:nec dolorē quoq; nec mortē:Sæpe in morte quā pati lex est magnū esse solatium quod ad neminē redit. in dolore pro remedio futura obstinationē animi qui leuius facit sibi:qcqd cōtumaciter passus est. Optimā doloris esse naturā q; non pōt:nec qui extendiſ magnus esse:nec qui ē magnus extendi. Omnia fortiter excipienda:quæ nobis mundi necessitas imperat. His decretis cū illū in conspectū suæ conditionis adduxeris:& cognouerit beatā uitā esse:nō quæ secundū uoluptatē est:sed secundū naturā. Cū uirtutē unicum bonum hois adamauerit:turpidinē solum malum fugerit. Reliq̄ oīa diuitias: honores:bonā ualitudinē:uires:imperia:scierit esse mediā partē:nec bonis annumerandā nec malis. Monitorē nō desiderabit ad singula qui dicat:sic incede:sic mane:hoc uiro:hoc fœminæ:hoc marito:hoc cælibi cōuenit. Ista enim qui diligentissime monent:ipsi facere nō possunt. Hæc pedagogus puero : hæc auia nepoti præcipit:& irascendū nō esse:magister iracundissimus disputat. Si ludū litterarium intraueris scies ista:quæ ingenti supercilio philosophi iactant:in puerili esse præscripto. Vtꝝ manifesta demum an dubia percipies:nō desiderāt manifesta monitores:præcipienti dubia nō credunſ. Supuacuum est ergo præcipere. Id adeo sic disce:si iam mones quod obscuꝝ est & ambiguū:probationibus adiuuādū erit. Si ꝓbaturus es illa per quæ probas plus ualēt:satisq; per se sunt. Sic amico utere:sic ciue:sic socio. Quare: quia iustum ē: Omnia ista mihi locus de iustitia tradit. Illic inuenio æquitatē per se expetendā : nec metu nos ad illā cogi nec mercede cōduci. Nō esse iustum cui qcq̄ in hac uirtute placet præter ipsam. hoc tamen persuasi mihi & prohibui. Quid ista præcepta proficiunt quæ eruditū docent. Præcepta dare scienti supuacuum est:nescienti parꝝ. Audire enim debet non tātum qd sibi præcipiaſ:sed etiam quare. Vtꝝ inquam ueras opiniones habenti:de bonis malisq; sunt necessaria:an nō habenti. Qui nō habet nihil a te adiuuabiſ: aures eius contraria admonitionibus tuis fama possedit. Qui habet exactum iudiciū de fugiendis petendisq; scit sibi faciendū:scit ēt te tacēte. Tota ergo pars ista philosophiæ submoueri pōt. Duo sunt propter quæ delinquimus. Aut inest animo prauis opinionibus malitia cōtracta:aut etiā si nō est falsis occupatus ad falsa ꝓcliuis est:& cito specie quo non oportet trahente corrumpitur. Itaq; debemus aut procurare mentem integram & uitiis liberare:aut uagantem quidē:sed ad peiora ꝓnā præoccupare. Vtrūq; decreta philosophiæ faciunt. Ergo tale præcipiendi genus nihil agit. Præterea si præcepta singulis damus:icōpræhēsibile opus est. Alia eni dare debemus fœnerāti:alia colēti agrū:alia negociāti:alia regum amicitias sequēti : alia pares: alia iferiores amaturo. In matrimonio præcipias quomodo uiuat cū uxore aliquis:quā uirginē duxit:quomodo cū ea quæ alicuius ante matrimoniū experta est:quēadmodū cū locuplete: quēadmodum cū indotata. An nō putas aliquid esse discriminis īter sterilem & fœcundā:iter prouectiorē & puellē:iter matrem & nouercā. Omnes species cōplecti nō possumus. Atqui singulæ propria exigūt. Leges autē philosophiæ breues sunt:& omnia alligant. Adiice nūc q; sapientis præcepta finita esse debent: & certa:siqua finiri non

possunt extra sapiētiā sunt. Sapiētia reꝝ termīos nouis. Ergo ista pars ꝓceptiua submouēda est : qa quod
paucis promittit præstare oibus nō pōt. Sapiētia autē oēs tenet. Inter insaniā publicā & hāc quæ a medi-
cis tradiť nihil iterest:nisi ꝙ hæc morbo laborat:illa opiniōibus falsis. Altera causas furoris traxit ex uali-
tudie. Altera animi mala ualitudo est. Siquis furioso præcepta det quomodo loqui debeat:quomodo præ
cedere:quō in publico se gerere: quō in priuato:erit ipso quem monebit insanior. Si bilis nigra curanda ē
& ipsa furoris causa remouēda. Idē in hoc alio animi furore faciendū ē:ipse discuti debet : alioqn abibunt:
in uanū monentiū uerba. Hæc ab Aristone dicunť. Cui respōdebimus ad singula. Primum aduersus illud
quod ait:liquid obstat oculo & impedit uisum debere remoueri. Fateor huic nō esse opus præceptis ad ui
dendū:sed remedio quo purgeť acies:& efficientē sibi morā effugiat. Natura enim uidemus cui usum sui
reddit:qui remouet obstātia. Quid autē cuiq; debeatur officio:natura nos docet. Deīde cuius curata suf-
fusio est:is nō protinus cū uisum recepit.aliis quoq; pōt reddere:malitia liberatur.& liberat nō ē opus ex
hortatione nec cōsilio quidē:ut coloꝝ ꝓprietates oculus intelligat:a nigro albū:etiā nullo monēte distin-
guet. Mulris cōtra præceptis æget animus ut uideat quid agendū sit ī uita:q̄q̄ oculos quoq; ægros medi
cus nō tantū curat:sed etiā monet. Nō est inquit quod protinus imbecillam aciē cōmittas improbo lumi
ni:a tenebris primo ad umbrosa procede:deinde plus aude & paulatim claram lucē pati assuesce. Non est
quod post cibū studeas:nō est quod plenis oculis:ac tumētibus imperes. Afflatū & uim frigoris in os oc-
currentis euita:alia eiusmodi quæ nō minus q̄ medicamenta proficiunt. Adiicit remediis medicina consi
lium. Error inquit est causa peccandi. Hunc nobis præcepta nō detrahunt:nō expugnāt opiniones de bo-
nis ac malis falsas. Concede per se efficacia præcepta nō esse euertendam prauā animi persuasionem. Sed
nō ideo aliis quidē adiecta perficiūt. Primū memoriā renouāt. Deinde quæ in uniuerso cōfusius uideban
tur:in partes diuisa diligentius cōsideranť. Aut in isto modo licet:& cōsolationes dicas superuacuas & ex-
hortationes. Atqui nō sunt superuacuæ. Ergo ne monitiones quidē. Stultū est īquit præcipere ergo quid
facere.tanq̄ sanus debeat:cum restituenda sanitas sit sine qua irrita sunt præcepta. Quid ꝙ habent ægri sa
niq; quædam communia:de quibus admonendi sunt:tanq̄ ne auide noxios cibos appetant: ut lassitudinē
uetent. Habēt quædam præcepta cōmunia pauper & diues. Sana īquit auaritiā:& nihil habebis quod ad-
moneas:aut pauperē:aut diuitē. Sic cupiditas utriusq; cōsidet:quid ꝙ aliud ē nō cōcupiscere pecuniā aliud
uti pecunia scire? Cuius auari modū ignorā:etiā nō auari usum. Tolle inquit errores : superuacua præce-
pta sunt. Falsum est. Puta enim auaritiā relaxatā. Puta astrictā esse luxuriā:temeritati frenos iniectos: igna
uiæ subditū calcar: etiā remotis uitiis:quid & quēadmodū debemus facere discendū est. nihil īquit effici-
ent monitiones admotæ:grauibus uitiis:ne medicina quidē morbos īsanabiles uincit:tamē adhibeť aliis
in remediū:aliis in leuamentū. Nec ipsa quidē uniuersæ philosophiæ uis:licet tota in hoc uires suas aduo-
cet:durā iam & ueterē animis extrahet pestē. Sed nō ideo nihil sanat:quia non oia. Quid prodest inqt apta
monstrare? Plurimum. Interdū enim scimus:nec attendimus. Nō docet admonitio:sed aduertit:sed exci-
tat:sed memoriā continet:nec patitur relabi. Plæraq; ante oculos posita transimus. Admonere genus ad-
hortandi est. Sæpe animus etiā aperta dissimulat. Ingerenda est itaq; illi noticia reꝝ notissimaꝝ. Illa hoc
loco in uaticiniū calui repetēda sentētia est. Factū esse ambitū scitis:& hoc uos scire oēs sciunt. Scis amiciti-
as sancte colendas esse:sed nō facis. Scis iprobū esse:qui ab uxore pudicitiā exigit : ipse alienaꝝ corruptor
uxoꝝ. Scis ut illi nil cū adultero:sic nihil tibi esse debere cū pellice & nō facis. Itaq; subinde reducendus es
ad memoriā.nō enim reposita illa esse oportet:sed in promptu. Quæcunq; salutaria sunt:sæpe agitari de-
bent:sæpe uersari:non ut tantū nota sint nobis:sed etiā parata. Adiice nūc ꝙ aperta quoq; apertiora fieri
debēt. Si dubia sunt inquit quæ præcipis probationes adiicere debebis. Ergo illæ nō præcepta proficient.
Quid ꝙ etiā sine ꝓbationibus ipsa monentis auctoritas prodest:Sic quomodo iurisconsulti ualent respō
sa ēt si ratio nō reddiť. Præterea ipsa quæ præcipiūť:per se multū habent pōderis:utiq; si aut carmini in-
texta sunt:aut prosa oratiōe in sentētiā coartata. Sicut illa Catoniana:Emas non quod opus est:sed quod
necesse est.quod nō opus est asse charū est. Qualia sunt illa.aut reddita oraculo:aut similia. Tempori parce:
te nosse. Nunquid rationē exiges:cū tibi aliquis hos dixerit uersus. Iniuriaꝝ remediū est obliuio. Auden-
tes fortuna iuuat. Piger sibiipse obstat. Aduocatū ista nō quærūt:affectus ipsos tangunt:& natura ui suam
exercente proficiunt. Oium honestaꝝ reꝝ semia ai gerunt. Quæ admonitione excitantur:non aliter q̄ sci-
tilla flatu leui adiuuta:ignem suum explicat. Erigitur uirtus cum tacta est & ipulsa. Præterea quædā sunt
qdem i aio:sed parum prompta:quæ icipiunt i expedito esse cum dicta sunt. Quædam diuersis locis ia-
cent sparsa:quæ contrahere iexercitata mens non potest. Itaq; i unum conferenda sunt:& iungēda ut plus
ualeant aium quoq; magis alleuent:aut si præcepta nihil adiuuant:ois īstitutio tollenda est. Ipsa natura cō
tenti esse debemus. Hoc q dicunt:non uident aliud igentium esse hois mobilis & erecti:aliud tardi & he-
betis. Vtiq; aliud alio igeniosior est. Ingenii uis præceptis alitur & crescit : nouasq; persuasiones adiicit i̅n-
natis:& deprauata corrigit. Siqs iqt non habet recta decreta:qd illum admonitiones iuuabunt uitiis obli
gatum hoc silicet ut liberetur? Nō enim extincta in illo indoles naturalis est : sed obscurata & oppressa.
Sic quoq; tentat resurgere:& cōtra praua nititur. Nacta uero præsidiū:& adiuta præceptis cōualescit. Si ta
men illa diutina pestis:nō infecit.nec enecuit. Hanc eni ne disciplina quidē philosophiæ toto impetu suo
cōnixa restituet. Quid enim interest inter decreta philosophiæ & præcepta nisi ꝙ illa generalia præcepta
sunt. Hæc specialia? Vtraq; rex præcipit:sed altera in totū:particulatim altera. Siquis inquit recta habet &
honesta decreta:hic ex superuacuo monetur. Minime. Nam hic quoq; doctus quidē est facere quæ debet.
sed ad hoc satis non ꝓspicit. Non enim tantū affectibus impedimur:quo minus probanda faciamus, sed

imperia inueniendi quid quæq; res exigat. Habemus interdum compositum animũ: sed desidem & inex
ercitatum: ad inueniendũ officiorũ uiam quã admonitio demõstrat. Expelle inquit falsas opiniões de bo
nis & malis & in locum autem earũ ueras repone. & nihil habebit admoniitio quod agat. Ordinaẽ ista sine
dubio ratione animus: sed nõ ista tantũ. Nam quãuis argumẽtis collectum sit quæ bõa quæ mala sint: ni
hilominus habent præcepta partes suas: & prudentia & iustitia officiis cõstant: officia præceptis disponũ
tur. Praeterea ipsum de bonis malisq; iudiciũ cõfirmaẽ: officiorũ executione: ad quã præcepta perducunt.
Vtraq; enim inter se consentiunt: nec illa possunt præcedere ut non hæc sequanẽ & si hæc ordinẽ sequun
tur suum. Vnde apparet illa præcedere. Infinita inquit præcepta sunt falsum est. Nam de maximis ac ne
cessariis rebus nõ sunt infinita. tenues autẽ differentias habent: quas exigunt tempora: loca: personæ. Sed
his quoq; dantur præcepta generalia. Nemo inquit præceptis curat insaniã. ergo nec malitiã quidẽ dissi
mile est. Nam si insaniã sustuleris: sanitas reddita est. Si falsas opiniões exclusimus: nõ statim sequitur de
spectus rerũ agendarũ: & sequatur tamen admonitio: corroborabit rectã de bonis malisq; sententiã. Illud
quoq; falsum est: nihil apud insanos proficere præcepta. Nã quẽadmodũ sola non prosunt: sic curationem
adiuuãt: & denũciatio: & castigatio insanos coercuit. De illis insanis nunc loquor: qbus mẽs mota est: non
erepta. Leges inquit ut faciamus quod oportet: non efficiunt: & quid aliud sunt q̃ minis mixta præcepta.
Primũ omniũ ob hoc ille non persuadent: quia minantur. At hæc nõ cogunt. sed exorant. Deinde leges a
scelere deterrent. Præcepta in officiũ adhortantur. Hiis adiice q; leges quoq; proficiunt ad bonos mores.
Vtiq; si nõ tantũ imperant: sed docent. In hac re dissentio a Possidonio pro eo quod Platõis legibus adie
cta principia sunt. Legem enim breuẽ esse oportet: quo facilius ab imperitis teneaẽ uelut emissa diuinitus
uox sit: iubeat nõ disputet. Nihil uidetur mihi frigidius: nihil ineptius: q̃ lex cũ prologomie. Dic qd me ue
lis fecisse? Nõ disco: sed pareo. Proficiũt itaq; malis moribus uti uidebis ciuitates usas malis legibus. At nõ
apud omnes proficiunt: ne philosophia quidẽ nec ideo inutilis: & formandi animis inefficax ẽ. Quid au
tem philosophia nisi uitæ lex est? Sed putemus nõ proficere leges. Non ideo sequitur: ut ne monitiones
qdem proficiant. Aut sic: & consolationes nega proficere: dissuasionesq;: & adhortationes: obiurgationes:
& laudationes: omnia ista monitionũ genera sunt. per ista ad perfectũ animi statum peruenitur. Nulla res
magis animos honesta induit: dubiosq; & in prauũ inclinabiles reuocat ad rectũ: q̃ bonorũ uirorũ conuer
satio. Paulatim enim descendit in pectora: & uim præceptorũ obtinet: frequenter audiri: aspici frequenter.
Occursus mehercule ipse sapientium iuuat: & est aliquid quod ex magno uiro uel iacente proficias. Nec
tibi facile dixerim quẽadmodum prosit: sicut id intelligam profuisse. Minuta quædã ut ait phoedron ani
malia cũ mordent non sentiuntur: adeo tenuis illis & fallens in piculũ uis ẽ. tumor indicat morsum: & in
ipso tumore nullum uulnus apparet. Idem tibi in conuersatione uirorũ sapientium eueniet: nõ deprehen
des quẽadmodũ & quando tibi prosit: profuisse deprehendes. Quorsum iquit hoc pertinet? Aeque præ
cepta bona: si sæpe tecum sint profutura q̃ bona exempla. Pythagoras ait alium animum fieri intrantibus
templum: deorũq; simulachra ex uicino cernentibus: & alicuius oraculi operiẽtibus uocem. Quis autem
negauit feriri quibusdã præceptis efficaciter: etiã imperitissimos uelut his breuissimis uocibus: sed multũ
habentibus ponderis? Nihil nimis auarus animus nullo satiatur lucro. Ab alio expectes alteri quod fece
ris. Hæc cum ictu quodam audimus: nec ulli licet dubitare: aut interrogare quare: adeo etiam sine ratiõe
ipsa ueritas ducit. Si reuerentia frenat animos aut uitia compescit: cur nõ admonitio idem possit? Si ipo
nit pudorem castigatio: cur admonitio non faciat? etiam si nudis pceptis utimur: Illa uero efficacior est &
altius penetrat quæ adiuuat rationẽ quæ præcipit: quæ adiicit: quare quicq; faciendum sit & quis faciẽtẽ
obedientẽq; præceptis fructus expectet: si imperio & admonitione proficiat: æque pficitur imperio. ergo
& admonitiõe. In duas partes uirtus diuidiẽ: in cõtẽplationẽ ueri & actionẽ. Cõtẽplationẽ istitutio tradit:
Actionem admonitio: uirtutem exercet: & ostendit recta actio. Acturo autem si prodest qui suadet: & q
monet proderit. Ergo si recta actio uirtuti necessaria est. rectas autẽ actiones admonitio demonstrat & ad
monitio necessaria est. Duæ res plurimum roboris animo dant. Fides ueri & fiducia: utraq; admonitio fa
cit. Nam & creditur illi: & cum creditũ est magnos animos spiritus concipit: ac fiducia impletur: Ergo ad
monitio nõ est superuacua. Marcus Agrippa uir ingentis animi: qui solus ex his quos ciuilia bella claros
potentesq; fecerunt: fœlix in publicũ fuit: dicere solebat: multũ se huic debere sententiæ. Nã cõcordia par
uæ res crescunt: discordia maxie dilabunẽ. Hac se aiebat & fratrẽ & amicũ optimũ factũ. Si eiusmodi sen
tentiæ familiariter in animũ receptæ formant eũ. Cur uero nõ hæc pars philosophiæ quæ talibus senten
tiis constat idẽ possit? Pars uirtutis disciplina cõstat: pars exercitatione. Et discas oportet: & quod didici
sti agendo cõfirmes. Quod si ita est nõ tantũ scita sapientiæ prosunt: sed etiam præcepta: quæ affectus no
stros uelut edicto coercent & obligãt. Philosophia inquit diuidiẽ in hæc: sciẽtiã & habitũ animi. Nã q di
dicit: & facienda ac uitanda præcipit: nondũ sapiens est. nisi in ea quæ didicit animus eius trãsfiguratus ẽ.
Tertia pars ista percipiendi ex utroq; est: & ex decretis: & ex habitu. Itaq; superuacua est ad implendã uir
tutem: cui duo ista sufficiant. Isto ergo modo & cõsolatio superuacua est. Nam hæc quoq; ex utroq; est: &
exhortatio & suasio & ipsa argumẽtatio. Nã & hæc ab habitu animi cõpositi ualidiq; proficiscẽ. Sed quam
uis ista ex habitu animi ueniãt: optius ai habitus ex his est & ex illis. Inde istud opus quos dicis iam perfe
ctĩ uiri est: ac ad summã cõsecuti fœlicitatis humanæ. Ad hoc autẽ tarde peruenitur. Interim etiã imper
fecto sed pficienti demõstrãda est in rebus agendis uia. Hanc forsitã etiã sine admonitione dabit sibi ipsa
sapientia: quæ iã eo perduxit animũ: ut moueri nequeat nisi in rectũ. Imbecillioribus quidẽ igeniis neces
sarium est aliquem præire. Hoc uitabis hoc facies. Præterea si expectat tẽpus quo per se sciat: qd optimũ

factum est:iterim errabit:& erredo impedieť:quominus ad illud perueniat quo possit se esse contentus. Regi ergo debet:dũ incipit posse regere.pueri ad præscriptũ discũt:digiti illoꝝ tenenť. & aliena manu p litteraꝝ simulachra ducunť.Deinde imitari iubenť præposita:& ad illa reformare chirographũ. Sic aius noster dũ erudiť:ad præscriptũ iuuať.Hæc sunt per quæ probať hanc philosophiæ partẽ superuacuã non esse.Quæriť deinde:an ad faciendũ sapiẽtẽ sola sufficiat?Huic quæstioni suũ diẽ dabimus.Interim omissis argumẽtis:nõne apparet nobis esse opus aliquo aduocato qui cõtra populi præcepta præcipiat. Nulla ad aures nostras uox impune proferť.Nocet qui optãt. Nocet qui execranť. Nã & hoꝝ imprecatio falsos nobis metus inferit:& illoꝝ amor male docet bene optãdo.Mittit eni nos ad longinqua bona & icerta & errantia:cũ possimus fœlicitatẽ domo promere.Nõ licet inq̃ ire recta uia.Trahunt in prauũ parentes trahunt serui:nemo errat sibi uni:sed dementiã spargit in proximos:accipitq; iuicẽ.Et ideo in singulis uitia populoꝝ sunt:q̃a illa populus dedit dũ facit quisq; peiorẽ factus est.Didicit deteriora:deide docuit effectaq; & igens illa neqtia congesto in unũ quodcũq; pessimũ sciť.Sic ergo aliquis custos:& aures subinde peruellat:abigatq; rumores:& reclamet populis laudãtibus.Erras enim si existias nobiscũ uitia nasci supuenerũt:ingesta sunt.Itaq; monitionibus crebris opiniones quæ nos circũsonãt cõpescamus:Nulli nos uitio natura cõciliat.Illa liberos ac integros genuit.Nihil quidẽ quod auaritiã nostrã irritaret posuit in aperto.Pedibus auꝝ & argẽtũ subiecit:calcãduq; ac pmendũ dedit:& qcqd est ,pter qđ calcamur ac præmimur.Illa uultus nostros erexit in cælũ:& qcqd magnificũ mirũq; fecerat:uideri a suspiciẽtibus uoluit:Ortus occasusq;:&,pperãtis mũdi uolubilẽ cursum inter diu terrena aperientẽ:noctu cælestia:tardos sydeꝝ incessus:si cõpares toti:citatissimos si cogites quãta spatia:nunq̃ intermissa uelocitate circũeant: defectus solis & lunæ inuicẽ obstantiũ.Alia deinceps digna miratu:siue per ordinẽ subeunt:siue subitis causis mota prosiliũt:ut nocturni igniũ tractus:& sine ullo ictu sonituq; fulgores cæli patescẽtes:columnasq; ac trabes:& uaria simulachra flammaꝝ.Hæc supra nos natura disposit.Auꝝ qdem & argẽtũ:& propter ista nunq̃ pacẽ agens ferꝝ:quasi male nobis cõmitterenť abscondit.Nos in lucem propter quæ pugnaremus extulimus.Nos & causas periculoꝝ nostroꝝ:& instrumenta:disiecto terraꝝ pondere eruimus. Nos fortunæ mala nostra tradidimus:nec erubescimus summa ap̃ nos haberi quæ fuerant ima terraꝝ. Vis scire q̃ falsus oculos tuos decipit fulgor?Nihil est illis q̃diu mersa & iuoluta cœno suo iacet fœdius:nihil obscurius. Quid ni?Quãdo p lõgissimoꝝ cuniculoꝝ tenebras extrahunť:nihil ẽ illis dũ fiũt & a fece sua separanť: informius.Deniq; ipsos opifices intuere:per quoꝝ manus sterile terræ genus:& iforme perpurgatur.Videbis quãta fuligine oblinanť.Atqui ista magis inqnant animos:q̃ corpora:& in possessore eoꝝ q̃ in artifice plus est sordidũ.Necessariũ itaq; est admoneri:& habere aliquẽ aduocatũ bonæ mentis:est tanto fremitu:tumultuq; falsoꝝ unã deniq; audire uocẽ.Quæ erit illa uox?Ea scilicet quæ tibi tantis clamoribus ambitiosis exurdato salubria insusurret uerba:quæ dicat nõ est quod iuideas istis:quos magnos fœlicesq; populus uocat.Nõ est quod tibi cõpositæ mẽtis habitũ:& sanitatẽ plausus excutiat.Nõ est qđ tibi tranqllitatis tuæ fastidiũ faciat:ille sub illis fascibus:purpura cultus.Nõ est quod fœliciorẽ eũ iudices cui submouetur.quem lictor semita deiicit.Si uis exercere tibi utile:nulli autẽ graue imperiũ:submoue uitia.Multi inueniunť:qui ignẽ inferãt urbibus:qui iexpugnabilia seculis:& per aliquot ætates tuta ,psternãt:q æquũ arcibus aggerẽ attollãt:& muros in mirã altitudinẽ adductos arietibus ac machinis q̃ssent. Multi sunt: q ante se agãt agmina:& tergis hostiũ graues istẽt:& ad mare magnũ pfusi cæde gẽtiũ ueniãt:Sed hi quoq; ut uincerẽt hostẽ cupiditate uicti sunt.Nemo illis uenietibus resistit:sed nec ipsi ambitiõi:crudelitatiq; restiterãt.Tunc cũ agere uisi sunt:alios agebanť.Agebat infœlicẽ Alexandꝝ furor: aliena deuastandi: & ad ignota mittebat.An tu putas sanũ qui a Græciæ primũ cladibus:in qua eruditus est icœpit:qui qđ cuiq; optimũ est eripuit?Lacedæmoniã seruire iubet Athenas tacere.Nõ cõtentus tot ciuitatũ strage: quas aut uicerat Philippus:aut emerat:& alias alio loco proiicit:& toto orbe arma circunfert:nec subsistit unq̃ lassa crudelitas imaniũ feraꝝ:mõ quæ plus q̃ exigit fames mordet.Iã in unũ regnũ multa regna cõiecit. Iam Græci persæq; eundẽ timẽt.Iam etiã a Dario liberæ nationes iugũ accipiũt.Idẽ tamẽ ultra Oceanũ solẽq; indignať ab Herculis:Liberiq; uestigiis uictoriã flectere.Ipsi naturæ uim parãt.Nõ ille ire uult:sed nõ põt stare.Nõ aliter q̃ in præceps deiecta põdera:quibus eundi finis est iacuisse.Nec Cneo quidẽ Põpeio externa inire bella:aut domestica uirtus:aut ratio suadebat:sed insanus amor magnitudinis falsæ:modo in Hispaniã & Sertoriana arma:modo ad colligẽdos piratas:ac maria pacanda uadebat.Hæc prætexebanť causæ:ad cõtinuãdã potentiã.Quid illũ in Africã?Quid in septẽtrionẽ?Quid in Mithridatẽ & Armeniam & oẽs Asiæ angulos traxit?Infinita scilicet cupido crescendi.cũ sibi uni paꝝ magnus uideretur. Quid.C. Cæsarẽ in sua fata pariter ac publica immisit?gloria & ambitio:& nullus supra cæteros eminẽdi modus. Vnũ ante se ferre nõ potuit:cũ.R.P.supra se duos ferret.Quid ni.C.Mariũ semel cõsulẽ.Vnũ eni cõsulatum accepit.Cæteros rapuit.Cũ Theutonicos Cimbrosq; cõcideret.Cũ Iugurthã per Africæ deserta sequæreretur:tot pericula putas appetisse:uirtutis instinctu?Marius exercitũ Mariũ ducebat ambitio.Isti cũ omnia cõcuterent:concutiebantur turbinum more qui rapta conuoluunt:& ob hæc maiore impetu incurrunt:quia nullũ illis sui regnũ est.Ideoq; cũ multis fuerũt mali:pestiferam illã uim:qua plærisq; nocuerunt:ipsi quoq; sentiũt.Non est quod credas quenq̃ fieri aliena in fœlicitate fœlicẽ.Omnia ista exempla q̃ oculis atq; auribus nostris ingerunť:retexenda sunt:& plenũ malis sermonibus pectus exauriẽdũ. Inducenda est in occupatũ locũ uirtusq; mendacia contra ueꝝ placentia extirpet: quæ nos a populo cui nimis credimus separet.ac sinceris opinionibus reddat.Hæc est enim sapientia in neutrã conuerti:& eo restitui unde publicus error expulerit.Magna pars sanitatis est hortatores insaniæ reliquisse:& ex isto coltu iuicẽ

noxia procul abegisse. Hoc ut eẽ ueꝝ scias: aspice quãto aliter unusquisq; populo uiuet: aliter sibi. Non ẽ
per se magistra solicitudo innocẽtiæ: nec frugalitatẽ docẽt rura. Sed ubi testis ac aspectator abscessit: uitia
subsidunt: quoꝝ mõstrari & cõspici fructus est. Quis eã quã nulli ostẽderet induit purpurã? Quis posuit
secretã in auro dapẽ? Quis sub alicuius umbra rusticæ arboris positus: luxuriæ suæ põpã solus explicuit.
Nemo oculis suis lautus est: nec paucoꝝ quidẽ & familiariũ. Sed apparatũ uitioꝝ suoꝝ pro modo turbæ
spectãtis expãdit. Itaq; irritamentũ est omniũ in quæ insanimus: admirator & cõscius. Nec cõcupiscamus
efficies: si nõ ostendamus effeceris. Ambitio & luxuria & impotẽtia scoenã desiderant. Sanabis ista si ab/
sconderis. Itaq; si in medio urbiũ fremitu collocati sumus: stet ad latus monitor: & cõtra laudatores ingẽ/
tium patrimonioꝝ laudet paruo diuitẽ: & usu opes mitientẽ. Contra illos qui gratiã ac potentiã attollũt:
ociũ ipse suspiciat traditũ litteris: & animũ ab externis ad sua reuersum. Ostendat ex cõstitutiõe uulgi bea
tos in isto inuidioso fastidio suo tremẽtes: & attonitos lõgeq; aliã de se opinionẽ habẽtes: q̃ ab alii habeñ.
Nam quæ aliis uidentur excessa: ipsis prærupta sunt. Itaq; examinanť: & trepidant quotiens respexerũt in
illis magnitudinis suæ præceps. Cogitant enim uarios casus: & in sublimi maxime lubricos. tunc appetita
formidant: & quæ illos graues aliis reddit: grauior illis fœlicitas incubat. Tũc laudant hostium lene. & sui
iuris odio est fulgor: & fuga iam rebus adhuc stantibus quæritur. tune demum uideas philosophãtis mœ
tus: & ægtæ fortunæ sana consilia. Nam quasi ista inter se contraria sunt bona fortuna: & mens bona. Ita
melius in malis sapimus. Secunda rectum auferunt. Vale.

Incipit liber decimusquintus. Epistola. xcv. Non esse petendum quod impetrare uolueris. De differẽ
tia inter decreta & præcepta. Et q̃ ad consumandam sapientiam neutra ualent sine altero: & secundũ Pos/
sidonium alia quædam addit necessaria: & aliqua contra medicos.



Etis a me ut id qđ in diẽ suũ dixerã debere differri repsentẽ: & rescribã tibi: an hæc pars
philosophiæ: quã græci pareneticẽ uocãt: nos pceptiuã dicĩus: satis sit ad cõsumãdã sapiẽti
am. Scio te in bonã partẽ acceptuꝝ: si negauero eo magis pmitto: & uerbũ publicũ perire
nõ patior. Postea noli negare: qđ impetrare nolueris. Interdũ eni obnixe petimus: id quod
recusaremus siqs offerret. Hæe siue leuitas ẽ siue uilitas punienda est. Promittendi facilita
te multa uideri uolumus uelle: sed nolumus. Recitator historiã igentẽ attudit: minutissi/
me scriptã: artissime plictã: & magna parte perelecta. Desinã inquit si uultis acclamať: recita. Recita ab his
qui illũ obmutescere illic cupiũt. Sæpe aliud uolumus: aliud optamus: & ueꝝ ne diis qdẽ dicimus: sed dii:
aut nõ exaudiunt: aut miserenť. Ego me omissa misericordia uindicabo: & tibi ingentẽ epistolã ipigam:
quã tu si inuitus leges: dicito. Ego mihi hoc cõtraxi. Teq; inter illos numera: quos uxor magno ducta am
bitu torquet. Inter illos quos diuitiæ per summũ acquisitiæ sudorẽ: male habent. Inter illos quos hono/
res: nulla nõ arte atq; opa petiti discruiãt: & cæteros maloꝝ suoꝝ cõpotes. Sed ut omisso pricipio: rẽ ip/
sam aggrediar. Beata inquiunt uita constat ex actionibus rectis. ad actiones rectas præcepta perducunt.
Ergo ad beatam uitã præcepta sufficiunt. Non tamen semper ad actiones rectas præcepta perducunt. Sed
cũ obseq̃ns igeniũ est: aliquãdo frustra admonentur. Si animũ opiniones obsident prauæ. Deinde etiam si
recte faciunt: nesciunt facere se recte. Nõ potest enim quisq̃ nisi ab initio formatus: & tota ratione cõposi/
tus: oẽs exequi numeros: ut sciat quãdo oporteat: & inquantũ: & cum quo: & queadmodũ. Quare nõ põt
toto animo ad honesta conari. ne cõstanter quidẽ: aut libẽter: sed respiciet: sed hæsitabit. Si honesta inquit
actio ex præceptis uenit: ad beatã uitã præcepta abunde sunt. Atq; illud ergo hic his respõdemus: Actiões
honestas ex decretis fieri: nõ tantũ præceptis. Si aliæ inquit artes cõtentæ sunt præceptis: contenta erit &
sapientia. Nã & hæc pars uitæ est. Atqui gubernationẽ facit ille qui præcipit: sie moue gubernaculũ: sie ue
la submitte: sic secundo uento utere: sie aduerso resiste: sie dubiũ omne tibi uendica. Alios quoq; artifices
præcepta cõfirmãt. Ergo ne hoc idẽ poterũt artifices uiuendi. Omnes iste artes circa instrumenta uitæ oc
cupatæ sunt: non circa totã uitam. Itaq; multa illas inhibent extrinsecus: & impediunt. Spes: cupiditas: ti/
mor. At hæc quæ artẽ uitæ professa est: nulla re quominus se exerceat uetari potest. Discutit enim impedi
menta & tractat obstantia. Vis scire q̃ dissimilis sit aliaꝝ artiũ conditio: & huius? In illis excusatius ẽ uolũ
tate peccare: q̃ casu. In hac maxime culpa est sponte derelinquere. Quod dico tale est. Grãmaticus nõ eru/
bescit solœcismũ si sciens facit: erubescet si nesciens. Medicus si deficere ægrũ nõ intelligit quãtũ ad artem
magis peccat: q̃ si se intelligere dissimulat. At in harte uiuendi: turpior uolentiũ culpa est. Adiice nunc q;
artes quoq; plæræq; immo ex omnibus liberalissimæ habẽt decreta sua: nõ tantũ præcepta: sicut medici/
na. Itaq; alia est Hippocratis secta: alia Aesclepiadis: alia Themistonis. Præterea nulla ars cõtemplatiua si/
ne decretis suis est: quæ græci uocãt dogmata: nobis uel decreta licet appellare uel scita: uel placita. Quæ
in Geometria & in astronomia inuenies. Philosophia autẽ & contemplatiua est & actiua. Spectat simulq;
agit. Erras enim si illam putas tantũ terrestres operas promittere: altius spirat. Totum inquit mũdũ scru/
tor: nec me intra contuberniũ mortale contineo: suadeo uobis: ac dissuadere contenta. Magna me uocant
supraq; uos posita. Nã tibi de summa cæli ratiõe: deumq; disserere incipiã: & reꝝ primordia pandã. Vnde
omnis natura creat res: haurit: & alit. Quæ quoq; eadẽ rursus natura perempta resoluat: ut ait Lucretius.
Sequitur ergo ut cũ cõtemplatiua sit: habeat decreta sua quidẽ. Quid quod faciẽda quoq; nemo rite obi/
bit: nisi is cui ratio erit tradita: quæ in quaq; re omnes officioꝝ numeros exequi possit: quos non seruabit
qui in rem præcepta acceperit: nõ in nomine. Imbecilla sunt per se: ut ita dicã: sine radice quæ partibus. dã
tur. Decreta sunt quæ muniãt: quæ securitatẽ nostrã tranquillitatẽq; tueanť: quæ totã uitã: totãq; reꝝ na/
turã simul contineãt. Hoc interest inter decreta philosophiæ & præcepta: quod inter elementa & mẽbra

Hæc ex illis depēdent:illa & hoꝝ causæ sunt rationum. Antiqua inquit sapiētia nihil aliud q̄ faciēda & ui/
tanda præcepit. Et tunc longe meliores erāt uiri. Postq̄ docti prodierūt boni desunt. Simplex enim illa &
aperta uirtus in obscurā & solertē scientiā uersa est: Docemurq; disputare: nō uiuere. Fuit sine dubio ut di
citis uetus illa sapiētia cū maxime nascēs rudis: nō minus q̄ ceteræ artes: quaꝝ in ꝓcessu subtilitas creuit.
Sed ne opus quidē adhuc erat remediis diligētibus. Nōdū in tātū nequitia surrexerat nec tā late se sparse/
rat. Poterāt uitiis simplicibus obstare remedia simplicia. Nūc necesse est tanto operiosiora esse monumen
ta: q̄ro ualentiora sunt quibus patimur. Medicia quondā paucaꝝ fuit sciētia herbaꝝ quibus sisteref fluēs
sanguis uulnera coirēt paulatim Deinde in hanc peruenit tā multiplicē uarietatē. Nec est miꝝ tūc illā mi/
nus negocii habuisse firmis adhuc solidisq; corporibus & facili cibo: nec ꝑ artē: uoluptatēq; corrupto. Qui
postq̄ cœpit: non ad tollēdam: sed ad irritādā famē quæri: & inuētæ sunt mille cōdituræ: quibus auiditas
excitaretur: quæ desiderantibus alimenta erant: onera sunt plenis. Inde pallor: & neruoꝝ uino madentiū
tremor: & miserabilior ex cruditatibus q̄ ex famæ macies. Inde incerti labentiū pedes: & semper qualis in
ipsa ebrietate titubatio. Inde in totā cutē humor admissus: distentusq; uenter dū male assuescit plus capere
q̄ poterat. Inde suffusio luridæ bilis: & decolor uultus: tabesq; i se putrescētiū: & retorti digiti articulis ob/
rigescentibus: neruoꝝ sine sensu iacentium torpor: aut palpitatio corpoꝝ sine intermissione uibrantium.
Quid capitis uertigines dicam? Quid oculoꝝ auriūq; tormenta? & cerebri æstuantis uerminationes: &
omnia per quæ exoneramur internis ulceribus affecta? Innumerabilia præterea febriū genera: aliaꝝ impe
tu subeuntiū: aliaꝝ tenui peste repētina: aliaꝝ cum horrore: & multa membroꝝ quassatione uenientium
Quid alios referā innumerabiles morbos: supplicia luxuriæ: Immunes erant ab istis malis: q nondū se de
litiis soluerant: q sibi imperabāt: sibi ministrabāt. Corpora opere ac uero labore durabāt: aut cursu defati/
gati: aut uenatu: aut tollere uersantia. Excipiebat illos cibus: qui nisi esurientibus placere non poterat. Itaq;
nihil opus erat: tam magna medicoꝝ supellectile: nec tot ferramentis atq; pixidibus. Simplex erat ex sim
plici causa ualitudo multos morbos: multa fecerunt. Vide quantum reꝝ per unam gulā transitu tam per
miserat luxuria: terrarūq; marisq; uastatrix. Necesse ē itaq; iter se tā diuersa dissideāt: & hausta male dige/
rant aliis alio intentibus. Nec miꝝ q incōstās uariusq; ex discordi cibo morbus ē: & illa ex cōtrariis natu/
ræ partibus in eundē cōpulsa redūdat. Inde tā nullo ægrotamus genere q̄ uiuimus. Maximus ille medico
rum & huiusmodi sciētiæ conditor: fœminis nec capillos defluere dixit: nec pedes laborare. Atqui etiam
capillis destituunt: & pedibus ægræ sunt nō mutata fœminaꝝ natura: sed uicta est. Nā cū uiroꝝ licētiam
æquauerint: corpoꝝ quoq; uirilium uitia æquauerūt: nō minus peruigilāt: nō minus potāt & oleo & mero
uiros prouocāt. Aeque inuitis ingesta uisceribus per os reddūt: & uinū omne uomitu remittūt: æque ni/
uē rodūt solatiū stomachi æstuātis. Libidine uero: nec maribus qdē cedūt pati natæ. Dii illas deæq; male ꝑ
dāt adeo peruersum cū mēte genus impudicitiæ uiros ineunt. Quid ergo mirādū ē: maximū medicoꝝ: ac
naturæ peritissimū in mēdacio prehēdi. Cū tot fœminæ podagricæ caluæq; sint? Beneficiū sexus suis ui·
tiis ꝑdiderūt: & quia fœminā exuerāt: dānatæ sunt morbis uirilibus. Et antiqui medici nesciebāt dare ci/
bū sæpius: & uino fulcire uenas cadētes nesciebāt sanguinē emittere & diutiā ægrotationem balneo sudo
ribusq; laxare. Nesciebant crurium uincula: brachiorūq; latentē uim & in medio sedentē ad extrema re/
uocare: Nō erat necesse circūspicere multa auxilioꝝ genera: cū eēnt ꝑiculoꝝ paucissima. Nūc uero q̄ lōge
ꝓcesserūt mala ualitudinis? Has usuras uoluptatu pēdimus: ultra modū fasq; cōcupitaꝝ. Innūerabiles eē
morbos non miraberis. Coquos numera. Cessat omne studiū: & liberalia professi sine ulla frequentia de/
sertis angulis præsident. In rectoꝝ ac philosoꝝ scolis solitudo est: atq; celebres culinæ sunt. Quanta circa
nepotū focos iuuentus premit. Transeo pueroꝝ infœliciū greges: quos post transacta cōuiuia: aliæ cubi/
culi cōtumeliæ expectant. Transeo agmina exoletoꝝ: per nationes coloresq; descripta: ut eadem omnibus
leuitas sit: eadē ꝑmia mēsura lanuginis eadē species capilloꝝ ne quis cui erectior ē coma: crispulis misceat.
Transeo pistoꝝ turbā. Transeo ministratoꝝ per quos signo dato ad inferendam cœnā discurrit. Dii boni
quantū hominū unus uenter exercet. Quid tu illos boletos uoluptarium uenenū: nihil occulti operis iu/
dicas facere etiā si præsentanei nō fuerūt. Quid tu illā æstiuā niuē: non putas callum itineribus obducere?
Quid illā ostreā inertissimā carnē cœno saginatā: nihil existimas limosæ grauitatis iferre? Quid illud so/
cioꝝ gaꝝ preciosam maloꝝ piscium saniem non credis urere salsa tabe præcordia? Quid illa purulenta:
& quæ tantum modo non ab ipso igne in os transferuntur: iudicas sine noxa: in ipsis uisceribus extingui q̄
fœdi itaq; pestilētesq; ructus sunt: quātū fastidiū sui exalātibus crapula uētrē. Scias putrescere sumpta nō
coq Memini fuisse quōdā in sermōe nobilē patinā in quē qcqd ap̄ lautos solet diē ducere: ꝓperās i dānū su
um popina cōgesserat: ueneriæ spondiliq;: & ostrea eatenus circūcisa quæ eduntur interuenietibus distigue
bant. Echinis totā distractiq; sine ullis ossibus nulli cōstrauerāt. Piget eē picta: ita singula coquunt in urna
saporis. In cœna fit: qđ fieri debet saturo in uētre expecto iā ut māducata ponant. Quātulo āt hoc minus
ē exta ex corpore: atq; ossa: & dētiū opa cocū frāgi. Graue ē luxuriari ꝑ singula. Oīa semel & in eūdē saporē
uersa ponant. Quare ergo ad unā rē manū porrigā? plura ueniūt simul. Multoꝝ ferculoꝝ ornamēta coeāt
& coerceāt. Sciāt ꝓtinus hi q iactionē ex istis peti: & gloriā agebāt. Nō ostēdi ista: sed cōsciētiæ dari pariter
sicut quæ disponi solēt: iure uno perfusa. Nihil intersint ostrea echinis: pōduli nullis ꝑturbati. cōcoctiq; po
nant. Nō esset cōfusior uomētiū cibus: quomodo ista perplexa sunt. Sic ex istis non singulares morbi na/
scunt sed inexplicabiles diuersi multiformes: aduersus quos & medicina armare se cœpit: multis generi/
bus: multis obseruationibus. idem de philosophia dico: Fuit aliquando simplicior: inter minora peccan/
tes: & leui quoq; cura remediabiles: aduersus tantam morum euersionem omnia conanda. Et utinam sic

deniq₃ lues ista uindicet. Nō priuati solū sed publice furimus. Homicidia cōpescimus: & singulas cædes.
Quid bella & occisaꝝ gloriosum gētiū scelus? Nō auaritia: nō credulitas modū nouit: & ista q̄diu furti &
singula fiunt: minus noxia: minusq₃ monstruosa sunt. Ex senatusconsultis plæbisq₃ scitis scæua exercent:
& publicæ iubentur uetita. Priuatim quædā cōmissa capite luerēt. tamē quia paulatim fecere laudamus.
non pudet hoīs mitissimū genus gaudere sanguine alterno: bella gerere: gerendaq₃ liberis tradere cum in
ter se etiam mutis ac ueris pax sit? Aduersus tā potētē explicitū late furorē: operiosior philosophia facta
est. & tantū sibi uiriū sumpsit: quantū his aduersus quæ parabat accesserat. Expeditū erat: obiurgare idul
gentes mero: & petētes delicatiorē cibū. Nō erat animus ad frugalitatem: magna ui reducēdus: aqua pau/
lulum discesserat: nunc manibus rapidis opus est: nunc arte magistra uoluptas ex oī quæritur. Nullū itra
se manet uitiū. In auaritiam præceps luxuria est: honestatis obliuio inuasit. Nihil tēpore est cuius placet ꝓ/
ciū. Homo sacra res est: homo iam per lusum & iocū occiditur. Et quē erudiri ad iferēda accipiēdaq₃ uul/
nera nefas erat: is iam nudus inerismisq₃ producit. satisq₃ spectaculi in homine mors est. In hac ergo moꝝ
peruersitate: desideratur solito uehementius aliq̄d: quod mala inueterata discutiat decretis agēdū est: ut re
uelat penitus falsoꝝ recepta persuasio. His si adiunxerimus præcepta. cōsolationes adhortationes pote/
rūt ualere: per se inefficaces sunt. Si uolumus habere obligatos: & malis quibus iam tenemur auellere. Di
scant quid malum: quid bonum sit. Sciant omnia præter uirtutem mutare nomen. Modo mala fieri: mo
do bona. Quēadmodum primū militiæ uinculum est religio: & singuloꝝ amor: & deferendi nefas. Tūc
deinde facile certe extinguuntur: mādaturq₃ iusiurandū adactis. Ita in his quos uelis an beatā uitā ducere
prima fundamēta iacienda sunt & insinuanda: uirtus huius quadā superstitione teneat. Hāc amant. Cū
hac uiuere uelint: sine hac nolint. Quid ergo? Nā quidā sine instructiōe subtili euaserūt probi: magnosq₃
profectus assecuti sunt. Dū nudis tantū præceptis obsequunt. Fateor: sed fœlix īgeniū illis fuit: & salutaria
in transitu rapuit. Nā ut dii īmortales nullā didicere uirtutē. Cū oī editi: & pars naturæ eoꝝ ē esse bonos
Ita quidē ex hominibus egregiā sortiti indolē: in ea quæ tradi solent perueniunt sine longo magisterio: &
honesta cōplexa sunt: cū primū audierūt. Vnde ista tā rapacia uirtutis ingenia: uel ex se fertilia: & illis aut
hebetibus & obtusis: aut mala consuetudine obsessis diu rubigo animoꝝ effricāda est. Cæterū ut illos in
bonū pronos citius educit ad summa: & hos imbecilliores adiuuabit malisq₃ opinionibus extrahet: qui il
los philosophiæ placida tradiderit quæ q̄ sit necessaria. sic uideas. Quædam insident nobis: quæ nos ad alia
pigros: ad alia temerarios faciunt. Nec hæc audacia reprimi potest: nec illa inertia sciscitari: nisi causæ eo
rum æstimant. Falsa autē admiratio falsa fortitudo. Hæc nos q̄diu possident: dicas licet hoc patri præsta/
re debes. Hoc liberis: hoc amicis: hoc hospitibus tentantē auarinā retinebit. Scio pro patria pugnādū esse:
dissuadebit timor. Sciet pro amicis dissuadēdū esse: ad extremū usq₃ sudorem: sed delitiæ uetabunt. Sciet
in uxorem grauissimū esse genus iniuriæ habere pellicē: sed illum libido in contraria impingit. Nihil er/
go ꝓderit dare ꝓcepta: nisi prius admoueris obstātia præceptis: nō magis q̄ proderit arma in conspectu po
suisse: propiusq₃ admonuisse: nisi usutæ manus expediunt: ut ad præcepta quæ damus: possit animus sol
uēdus ire. Putemus aliquē facere quod oportet: nō faciet assidue: nō faciet æqualiter. nescit eni quare faciet.
Aliq̄ uel casu uel exercitatiōe exhibit recta. Sed nō erit ī māu regula ad q̄ exigant cui credāt recta eē quæ
fecit: non promittet se talē in perpetuum qui casu bonus est. Deinde præstabunt tibi fortasse præcepta: ut
quod oportet facias: nō præstabūt quēadmodū oportet: & si hoc nō præstant: ad uirtutē perducūt. Faciet
ergo quod oportet monitus. Concedo. Sed impaꝝ est: quoniam quidē non in facto laus est: sed in eo quē
admodū fiat. Quid est cœna sumptuosa flagitiosius: & equestrē censum consumere? Quid tā dignū cen/
soria nota? Siquis ut isti ganeose loquunt: sibi hæc & igenio suo præstēt: & totiens tātum sestertio adiicia
les cœnæ frugalissimis uiris cōstiterūt. Eadē res si gulæ dat turpis est. Si honori in repræhēsionē effugit.
Nō enim luxuria: sed impensa solēnis est. Nullū ingentis formæ: q̄re aūt nō pōdus adiicio & alioꝝ gulam
irrito: q̄ttuor pōdo & ad se librā fuisse aiebāt. Tybetius Cæsar missum sibi cū in macellū deferri & uenire
iussisset. Amici inquit oīa me fallūt: nisi istū mullū: aut Apitius emerit: aut Publius Octauius. Vltra spē il
li coniectura processit. Licitati sunt. Vicit Octauius: & ingentē cōsecutus est inter suos gloriam. Cū quiq₃
sestertiis emisset piscem: quem Cæsar uendiderat. Nec Apitius quidem emerat: numerare tātum octauio
fuit turpe. Nā ille qui emerat ut Tyberio mitterēt: quanq̄ illū quoq₃ repræhēderim. Admiratus est rē qua
putauit Cæsare dignum: Amico ergo aliquis assidet ꝓbamus ad hoc si hæreditatis cā facit. Vultur est ca/
dauer expectat. Eadē aut turpia sunt: aut honesta. Refert quare: aut quēadmodū fiāt. Omnia autem hone
ste fient: si honesto nos addixerimus. Idq₃ unum in rebus humanis bonum iudicauerimus: q̄q₃ ex eo sunt
bona sunt: Cætera in diem bona sunt. Ergo infigi debet persuasio ad totam pertinens uitam. Hoc ē q pro
decretū uoco. Qualis hæc persuasio fuerit: talia erūt quæ agent: q̄ cogitabuntur. Qualia aūt hæc fuerint
talis uita erit in particulas suasisse totū ordināti paꝝ est. Marcus Brutus in eo libro quē Perichāte conitos
inscripsit dat multa præcepta & parentibus & liberis & fratribus. hæc nemo faciet quēadmodum debet
nisi habuerit quo perferat. Proponamus oportet finē summi boni: ad quē nitamur: ad quē oē factum no
strū dictūq₃ respiciat: ueluti nauigantibus ad aliquod sydus dirigendus est cursus. Vita sine ꝓposito uaga
ē. Quod si utiq₃ proponēdū est. icipiunt necessaria esse decreta: illud puto concedes nihil esse turpius du/
bio: & incerto ac timido: pedē modo referente: modo producente: Hoc in omnibus rebus accidet nobis:
nisi æstimantur quæ rependūt animos & detinēt: & præconari quæ totos uetant. Quomodo sint dii co/
lēdi solet præcipi. Accendere aliquē lucernas sabbatis prohibeamus: quoniam nec lumine dii egēt: & nec
homines quidē delectantur fuligine. Vetamus salutationibus matutinis fungi. & foribus assidere tēploꝝ

humana ambitio:istis officiis capit deum colit qui nouit. Vetamus lithea & strigiles Ioui ferri: & specu/
lum tenere Iunoni. Nō quærit ministros deus. Quid ni ipse humāo generi ministrat: Vbiq; & omnibus
præsto est. Audiat licet quēadmodum seruare i sacrificiis debeat: quasi procul resilire a molestiis: a supsti
tionibus. Nunq̄ satis perfectū erit nisi qualē debet deū mēte conceperit omnia habentem: omnia tribuen
tem beneficia gratis dantem. Quæ causa est diis beneficiendi natura. Errat siquis putat illos nocere uelle.
Non possunt nec accipere iniuriā quæunt: nec facere. Lædere etenim lædiq; coniunctū est: Summa illa ac
pulcherrima oium natura: quos periculo exemit: nec periculosos quidem facit. Primus ē deoꝝ cultus: de
os credere: Deinde reddere illis maiestatem suam: reddere bonitatē: sine qua nulla maiestas est. Scire illos
esse qui præsidēt: mūdo qui uniuersa ut sua tēperant: qui humani generis tutelā gerunt interdum curiosi
singuloꝝ. Hi nec dant malum: nec habent Cæteꝝ castigant quosdā & coercerent: & irrogāt pœnas: & ali/
quādo spe boni puniunt. Vis deos prospicari? Bonus esto. Satis illos coluit quisquis imitatus ē. Ecce alte/
ra quæstio. Quomodo hominibus sit utendum? Quid agimus. quæ damus præcepta ut parcamus san/
guini humano? Quātulū ē ei nō nocere: cui debeas prodesse. Magna sæculi laus ē: si homo māsuetus ho/
minē adiuuet præcipiemus ut naufrago manū porrigat: erranti ut uiā mōstret. Cū esuriēte panē suū diui
dat. Quando omnia quæ præstanda sunt ac uitanda curauerit dicā. Cū possum breuiter: hāc illi formulā
humani officii tradere. Omne hoc quod uides: quo diuina atq; humana cōclusa sunt. Vnū est membra su
mus corporis magni. Natura nos cognatos ædidit: cū hisdem & in easdē gigneret. Hæc nobis amorem i/
didit mutuū: & sociabiles fecit. Illa æquum istūq; cōposuit. Ex illis constitutione miserius ē nocere q̄ læ/
di. Ex illius imperio paratæ sunt: iuuantis manus. Isti uersus & in pectore & ore sit. Homo sum: humani
nihil a me alienū puto. Habeamus in cōe q̄ nati sumus. Societas nostra lapidum formationi simillima ē:
quæ casura nisi inuicem. obstaret hoc ipso continet. Post deos hominesq; despiciamus: quomodo rebus
sit utēdū. In superuacuū præcepta iactauimus: nisi illud præcesserit: qualē de quacūq; re habere debeamus
opinionē: de paupertate: de diuitiis: de gloria: de ignominia: de patria: de exilio. Aestimamus singula fama
remota: & quæramus quid sint: nō quid uocent. Ad uirtutes trāseamus: præcipiet aliquis ut prudentiam
magni extimemus: ut fortitudinem complectamur: tēperantiam amemus: iustitiam si fieri pōt propius
etiam q̄ cæteras nobis applicemus. Sed nihil aget si ignoramus quid sit uirtus. Vna sit: an plures. separatæ
an annexæ. An qui unā habet: & cæteras habeat quomodo inter se differāt. Non est necesse fabro de fabri
ca quærere: quod eius initium: qs usus sit: non magnis q̄ Pātomimo de arte saltandi. Omnes certa ista esse
sciūt: nihil deest. Non enī ad totam pertinet uitam. Virtus & alioꝝ sciētia est & sui discēdū de ipsa est. ut in
ipsa discatur. Actio recta nō erit: nisi recta fuerit uoluntas. Ab hac enim est actio. Rursus uoluntas nō erit
recta: nisi habitus animi rectus fuerit. Ab hoc enim est uoluntas habitus porro animus nō erit in optimo
nisi totius uitæ leges pceperit & quid de quoquo iudicandū sit exegerit nisi res ad ueꝝ redegerit. Non cō/
tingit trāquillitas: nisi immutabile certūq; iudiciū adeptis. Cæteri decidūt subinde: & reponuntur: & iter
missa appetitaq; alternis fluctuant. Causa iusq; iactationis est qd' nihil liquet in certissimo regime utenti
bus fama. Si uis eadem semper uelle: uera oportet uelis: ad ueꝝ sine decretis non peruenit: cōtinēt uitam:
& bonā: & malā: honesta: & turpia: iusta & iniusta: pia & ipia: uirtutes ususq; uirtutū: reꝝ cōmodaꝝ pos/
sessio existimatio ac dignitas: ualitudo: uires: forma. sagacitas: sensus. Hæc omnia existimatorē desiderāt.
Scire liceat quantū cuiq; incensum differendū sit. Falleris enim: & pluris quædā q̄ sunt putas. Adeoq; falle
ris: ut quæ maxima inter nos habent diuitiæ: gratia: potentia: sestertio nūmo æstimāda sint. Hoc nescis ni
si cōstitutionē ipsam: qua ista inter se existimantur ispexeris. Quēadmodū folia uirere per se non possunt:
ramū desiderāt cui inhæreant: ex quo trahūt succū. Sic ista præcepta si sola sunt marcēt: isigi uolunt sectæ.
Præterea nō itelligūt hi qui decreta tollūt: eo ipso cōfirmari illa quo tollunt. Quid. n. dicūt: præceptis ui/
tam satis explicari: superflua eē decreta sapientiæ. i. dogmata? Atq; hocipsum qd' dicūt decretū est iā her/
cule: q̄ si nūc ego dicerē recedēdū eē a præceptis superuacuis & decretis: in hac sola studiū cōferendū: hoc
ipso quo negarē: curāda eē præcepta præciperem. Quædā admonitionē philosophiæ desiderant: quædā
probationē. Et quidē multa qa inuoluta sunt uix summa diligentia: ac summa subtilitate aperiunt. Si p/
bationes necessariæ sunt: & decreta quæ ueritatē argumētis colligunt: quædā aperta sunt: quædam obscu
ra. Aperta quæ sensu cōpræhendunt. quæ memoria. Obscura quæ extra hæc sunt. Ratio autem non im/
plet manifestis maior eius pars pulchriorq; in occultis est. Occulta probationem exigunt: probatio non si
ne decretis est. necessaria ergo decreta sunt. Quæ res cōem sensum facit eadem perfectū. Certaꝝ reꝝ psua/
sio sine qua oia in aio notāt. Necessaria sunt decreta: quæ dant animis iflexibile iudicium. Deniq; cu mo/
nemus aliquem ut amicū eodē habeat loco quo se: ut ex inimico cogitet posse fieri amicum: in illo amorē
incitet: in hoc moderet odiū. adiicimus iustū & honestū. Iustū aūt honestūq; decretoꝝ nostrorum conti
net ratio: Ergo hæc necessaria est: sine qua nec illa sunt: sed utraq; iungamus. Nāq; & sine radice iutiles ra/
mi sunt: & ipse radices his quæ genuere adiuuant. Quātū utilitatis manus habeat nescire nulli licet. Aper
te iuuat cor illud quo manus iuuant: ex quo ipetum sumunt quo mouent latet. Idem dicere de præceptis
possum: aperta sunt. Decreta uero sapiētiæ in abdito: sicut sanctiora sacroꝝ tantum initiati sunt. Sciunt
ita in philosophia arcana illa: admissis receptisq; ostendunt in sacro: At præcepta & alia huiusmodi: pro/
phanis quoq; nota sunt. Possidonius non tantum præceptionem: nihil enim nos hoc uerbo uti prohibet
sed etiam suasionem: & consolationem: & exhortationem necessariam iudicat. His adiicit causarum inq/
sitionem & ethymologiā: quā quæritur dicere nō audeamus: cum grāmatici custodes latini sermōis suo
iure ita appellēt: nō uideo. Ait utilē futurā esse descriptionē cuiuscūq; uirtutis. Hāc possidonius ethymo/

logiã uocat. Quidã characterismon appellãt: signa cuiusq; uirtutis & uitii ac notas reddentẽ: quibus inter se similia discriminent: hæc res eã demũ: uim hẽt q̃ præcipere: Nã q præcipit: dicit. Illa facies si uoles tẽperans esse. Quid describit ait temperans est: qui facit illa: qui illis abstinet. Quæris quid intersit. Alter præcepta uirtutis dat: alter exemplar. Descriptiões has: & ut publicanorum utar uerbo hiconismo: ex usu esse cõsiteor. Proponamus laudanda: inuenieſ imitator: putas utilia tibi dare argumenta per quæ ĩtelligas nobilem equum: ne fallaris empturus ne operam perdas in ignauo. Quanto; hoc utilius est: excellentis animi notas nosse quas ex alio in se transferre permittitur? Continuo pecoris generosi pullus in aruis. Altius ingreditur: & mollia crura reponit. Primus in ire uiam fluuios tentare manantes. Audet: & ignoto sese cõmittere ponto. Nec uanos horret strepitus illi ardua ceruix. Argutũq; caput: breuis aluus: obesaq; terga. Luxuriatq; thoris animosum pectus anhelli. Tum siqua sonitum procul arma dedere: Stare loco nescit. micat auribus & tremit artus. Coniectũq; præmẽs uoluit sub naribus ignem. Dum aliud agit. Virgilius noster describit uiꝝ fortẽ. Ego certe non aliã imaginem magno uiro dederim: si mihi Cato exprimẽdus inter fragores belloꝝ ciuilium impauidus: & primus incedens admotus iam exercitus alpibus: ciuiliq; se bello ferens obuium: non alium illi assignauerim uultum non alium habitum: altius certe nemo ĩgredi potuit: q̃ qui simul contra Cæsarem Põpeiumq; se sustulit & aliis Cæsarianas opes: aliis Põpeianas sibi fauentibus utrũq; ꝓuocauit. Ostẽditq; aliquas esse R. P. partes: Nã paꝝ ẽ in Catone dicere: nec uarios horret strepitus. Quid ni cũ uiros uicinosq; nõ horreat? Cũ cõtra decẽ legiones & gallica auxilia & mixta barbarica arma ciuilibus uocẽ liberã mittat & R. P. hortetur ne pro libertate decidat: sed omnia experiatur honestius in seruitutem casura q̃ itura. Quãtũ in illo uigoris ac spiritus: quantum in publica trepidatione fiduciæ est. Scit se unũ esse: de cuius statu non agaſ. Non enim quæri debet: an liber Cato: sed an inter liberos sit. Inde periculoꝝ gladiatorũq; cõtẽptus. Libet admirantẽ inuictã cõstãtiã uiri inter publicas ruias nõ labentis dicere: Luxuriatq; thoris animosum pectus. Proderit non tantum quales esse soleat boni uiri dicere: formamq; eorum & lineamẽta deducere: sed quales fuerint narrare & exponere. Catõis illud ultimum ac fortissimum uulnus per quod libertas amisit animã: Lælii sapiẽtiã: & cũ suo Scipione cõcordiã. Alterius Catonis domi forisq; egregia facta. Tuberonis ligneos lectos cũ in publicũ sternerent hedinasq; pro stragulis pelles: & ante ipsius Iouis cellã ꝑposita cõuiuiis uasa fictilia. Quid aliud pauptatẽ ĩ capitolio cõsecrare: ut nullum aliud factum eius habeã: quo illum Catonibus inseram? Hoc paꝝ credimus. Censura fuit illa: non cœna. O q̃ ignorant homines cupidi gloriæ qd illa sit: aut queadmodũ petẽda. Illo die populus Romanus multoꝝ suppellectilẽ spectauit. Vnius miratus est. Omnium illoꝝ auꝝ argentũq; fractũ est: & in milies conflatum: At omnibus sæculis Tuberonis fictilia durabunt. Vale.

Incipit liber decimussextus. Epistola. lxxxxvi. Assentiendum esse fatoꝝ decretis.



TAntum tu indignaris aliquid aut quæreris: & nõ ĩtelligis nihil esse in istis malis nisi hoc unũ q ĩdignaris & q̃reris. Si me ĩterrogas: nihil puto uiro miseꝝ: nisi aliqd esse in reꝝ natura: qd' putet miseꝝ. Nõ ferã me quo die aliqd ferre nõ potero. Male ualeo: pars fati est. Familia decubuit: fœnus offendit: domus crepuit. Dãna: uulnera: labores: mœtus incurrerũt. Solet fieri hoc: paꝝ est. Debuit fieri: decernunt ista: non accidunt. Siqd credis mihi. Intimos affectus meos tibi cũ maxĩe detego: in oĩbus quæ aduersa uidenſ & dura si formatus sum. Nõ pareo deo: sed assentior ex aĩo illum: non qa necesse est sequor. Nihil unq̃ mihi incidet quod tristis excipiam quod malo uultu: nullum tributum inuitus conferam. Oĩa autem ad quæ gemimus: q̃ expauescimus: tributa uitæ sunt. Hoꝝ mi Lucilli: nec speraueris immunitatem: nec petieris. Vesicæ te dolor inquietauit. Epulæ uero erunt paꝝ dulces: detrimenta continua: proprius accedam de capite timuisti. Quid tu nesciebas hoc te obtinere: cum optares senectutem? Omnia ista in longa uita sunt: quomodo in longa uita sunt & puluis & lutum: pluuia. Sed uolebam uiuere: carere tamen in cõmodis omnibus Tam effœminata uox uirum dedecet. Videris quemadmodum hoc uotum meum accipias. Ego illud magno animo non tantum bono facio. Neq; dii: neq; deæ faciant: ut te fortuna in delitiis habeat. Ipse te ĩterrogo. Siqs potestatem tibi deus faciat. Vtrum uelis uiuere in macello an in castris. At qui uiuere mi Lucilli militare est. Itaq; hi qui iactantur: & per operosa atq; ardua sursum atq; deorsum eunt: & expeditiones periculosissimas obeunt: fortes uiri sunt: prioresq; castroꝝ. Isti quos publica quies: aliis laborantibus molliter habet: turturillæ sunt tuti contumeliæ causa. Vale.

Epistola. lxxxxvii. Vitia hoĩum eẽ nõ tẽpoꝝ. Et q praua consuetudo letam inuerecundiam ĩduxerit criminibus: quæ secundum naturam conscientiæ tuta esse non possunt.

e Rras mi Lucilli: si existĩas nr̃i sæculi eẽ uitiũ: luxuriã & negligẽtiã boni moris: & alia q̃ obiicit suis quisq; tẽporibus: hominũ sunt ista: nõ tempoꝝ. Nulla ætas uacauit a culpa. Et si æstimare licẽtiam cuiusq; sæculi incipias: pudet dicere: Nunq̃ aptius q̃ corã Catõe peccatũ est. Credat aliqs pecuniã esse uersatam in eo iudicio in quo reus erat Clodius ob id adulterium: qd' cum Cæsaris uxore in aperto cõmiserat uiolatis religionibus eius sacrificii: qd' pro populo fieri diciſ. Sic submotis extra cõspectũ oĩbus uiris: ut picturæ quoq; masculoꝝ aĩaliũ cõtegãt: atq; dati iudicibus nũmi sũt. Et q hac ẽt nũc pactione turpius est. Strupra ĩsuper matronaꝝ & adolescentulaꝝ nobiliũ salarii loco exacta sunt. Minus crimĩe q̃ absolutione peccatum est. Adulterii reus adulteria diuisit: nec ante fuit de salute securus q̃ similes sui iudices suos reddit. hæc in eo iudicio facta sunt: in quo si nihil aliud Cato testimonium dixerat. ipsa ponam uerba Ciceronis: quia res fidem excedit. Accersiuit ad se permisit: ĩtercessit: dedit. Iam uero o dii boni rem perditam etiam nocte scortoꝝ mulieꝝ atq; adolescẽtuloꝝ nobiliũ ĩtroductiones nonnullis iudicibus ꝑ

CVm permulta sint uel ad mores:uel ad institutionē uitæ a sapientissimis hoibus præclare & scripta:& præcepta:quæ nos ad rectā uiuendi rationē facile inflāmare:atq; excitare debeant:uel præstantissimoꝝ hoium auctoritate:uel clarissimis exemplis adductos: tamen nescio quō obsurdescimus:& in tot tātisq; bonaꝝ artiū disciplinis nihil ꝓficientes desidia quadā dormitamus:neq; id aīaduertimus ꝗto in honore:& imortali gloria semp floruerint hi q se totos ad ea studia contulerūt ꝗbus res secundæ ornant:& aduersæ æquo aīo feruntur:ꝗles ferunt hi q multa quæ uitā aut meliorem facerēt:aut beatā nō minus copiose ꝗ grauiter conscripserūt.Hi uero cū in altissimas reꝝ cogitationes aīum suū demitterēt:animaduerterētq;:hoc idē & alios sæpe antea fecisse qui sapientis nomē adepti sunt existimarunt necessario a se quoq; faciendū ut nō prius illa constituerent ꝗ ab eis fuissent hominū mores atq; urbiū constituti qui cū in his elaborarint ꝗbus ꝑspectis atq; cognitis ex bonis meliores efficerent:si quis sensus inferis:sane debēt id grauiter molesteq; ferre:cū intelligāt se nihil uigiliis suis:nihil curis:nihil deniq; cogitationibus tale quicꝗ peperisse: atq; consecutos esse:quod ad hoꝝ tēpoꝝ institutionē disciplināq; proficeret.Heu mentes ignaræ : o uanæ hominū cogitationes.Nihil eni bonū putamus:nisi quod uulgi opinio iudicat:quod infortunæ temeritate positū est:& collocatū.Ea uero quoꝝ gradibus homines in cælū ascendisse peribent irrita atq; inania putamus. Quo fit ut inde usq; cum eiusmodi praua cogitatio per hominū mentes serpseris:res nostræ semp in peius collapsæ sint.Creuit eni libido:adaucta est auaritia:dominat uoluptas:quæ rationi inimica est:& mētis ut ita dicā præstrigit oculos:ut quod uere bonū sit nequeat internoscere:& sincera a fucatis decernere. Quæ cum ita sint uiri optimi illud recte factū censeo:& in primis etiam atq; ēt collaudo ut sapiētissimorū hoium præceptis pareamus:ne scriptura cū ipsis uanescat auctoribus.Multa.n.sunt ipsa accuratissime: ornatissimeq; cōscripta atq; illustrata:quæ si prosequi uoluerimus:& fama & immortali nos afficiet gloria.Quoꝝ Solon & Socrates & Plato nobilissimi philosophi principes extiterūt.Multi præterea alii & ipsi sapiētes habiti:quos īter hic de quo uerba sum facturus Lucius Anneus Seneca haud imerito cōmemorandus est.Cū eni ois philosophiæ ratio foret a nostris ueteribus in tris partes distributa:naturalē uidelicet siue phisycā.moralē.atq; in eam differendi rationē quā dialecticā uocant:illud certe cōstat : eam quoq; partem quæ de moribus erat summo ingenio & maxīa cura Aristotelē fuisse cōplexū : perfectissimeq; de eius partibus disseruisse.Nā cū illis suis ethicis partē illā quæ monastica dicit perfecisset ; yconomica sunt ab eo si famæ credere est:tanta diligentia conscripta ut neq; aptius neq; sanctius a quoꝗ in rem familiarem præcipi conscribiq; potuerit.Quo genere philosophandi nihil mihi solet admirabilius:q; in actione magis ꝗ in cognitione repositum sit.Nam semp hoc animo sui & mecum sentire doctissimos homines sæpe intellexi.nullā ex oibus artibus ac disciplinis esse quæ societati hominum ad beate uiuēdū magis sit necessaria: ꝗ hæc una quæ de rōne uiuendi extat.Cū igit inter eos qui in primis numerant facile omniū princeps in his existat Aristoteles:nemīnē tamē habeo neq; ex nostris latinis neq; ex græcis quē ad rationem eaꝝ actionum quas a bono uiro exposcimus Lucio Senecæ cōparem.Vt enim uir ille summus græcorum Aristoteles uirtutē cōstituit :ita hic noster latinis quales oportet ex uirtute actiones prodire mira exhortatiōe demōstrauit.Nō itaq; imerito dictus:uitæ magister ab oibus nostræ ætatis hoibus.Quippe q omnē philosophiæ fructū in actione cōstituit ut ei difficile sit honeste uiuere qui huius ad hortationes ac præcepta nō legerit:quoꝝ refertissimi sunt oēs eius libri.quos cū legimus quē philosophū nō cōtemnimus? Sed quoniā de huius hois cōtinentia:itegritate ac sapiētia nunꝗ satis dici posset.pauca de eius natione:uita ac genere subiciemus.Lucius ꝗdē Anneus Seneca natione hispanus:genere cordubensis professione uero stoycus:nō minus uita cōspicuus:ꝗ sciētia præclarus extitit.Hic a Cneo Domitio Enorbāo qui cū Romano exercitu missus fuerat ad expugnandā ualidissimā ciuitatē hispaniæ Cordubā:quæ a romanoꝝ impio desciuerat captus cū duobus fratribus:Iunio Anneo Gallione & Lucio Anneo Mella patre Lucani poetæ, libertate donatus est.Hic se Romā cū fratribus ac nepote hortatu Domitii potissimū cōtulit.Vbi tanto in honore ab hoibus habitus est.a nōnullis creditum sit Claudiū imperatorem inde causam īdignatiōis aut odii in Senecā traxisse.Proinde Claudius siue ab inuidis hominibus ita impulsus fuerit:siue naturæ uitio Senecā in corsicā exilio relegauit:Cuius rei meminit idē in Octauia:quādo inꝗt.Quid me potens fortuna fallaci blādita uultu forte contentū mea ad te extulisti:grauis ut ruerē edita receptus arce:totq; perspicerem mœtus? meliusq; latebā ꝓcus ab inuidiæ malis remotus iter corsici rupes maris:Vbi liber animus & sui iuris mihi semp uacabat studia recolēri mea.Posteaꝗ uero Claudius morte Messalinā uxorem propter publicū eius pellicatū sibi assumpsit Agripinā Germanici filiā olim Cnei Domitii uxorē & Neronis matrē: Hæc a Claudio restitutionē Senecæ impetrauit:Cui Neronis cura cū esset a Claudio atq; Agripina mandata:mortuo Claudio tantū eius potentia atq; opes creuerūt:ut multoꝝ inuidiā excitarēt : Fuit.n.consul ac senator & Neronis præceptor:& diu apud eum potentissimus:ita ut ꝗdiu Nero pietatem simulauit & optimi principis officio uisus fungi:nihil sine consilio Senecæ ab imperatore transigeretur.Postea uero ꝗ Pompeiā Sabinā quæstorio patre natā equiti romano antea nupta prius occiso uiro iussu eius duodecimo die post diuertiū Octauiæ quam sub sterilitatis nomine abdicauit:in matrimoniū accepisset creditū ē ab hac muliere cōspiratū in mortē Senecæ:siue quia Neronē sæpe conatus erat ab amore huius mulieris retrahere:cum adhuc uiuente Octauia ipsam in cōcubinā haberet:siue quia sciebat nō placere Senecæ quæ cū Nerone diceret ac faceret:qua re cognita sapiētissimus uir Seneca statuit a Nerone ociū & quietē impetrare:& se prorsus ab oi procuratione ciuili & curia abstinere:quo tutior senectus eius foret: Orauit itaq; Neronē ut omnis fortunas & opes suas acciperet:& honores suos ad alterum deferret : fretus excusatione

aduersæ ualitudinis & senectutis suæ quæ indies magis ingrauescebat. Peruagabatur itaqꝫ rura campaniæ & alia loca urbi adiacentia: in qua uelut pegrinatione bonā magnāqꝫ partē epistolaꝝ ad Luceiū cōscripsit. Reuersus forte illis diebus Seneca fuerat de cāpanea ac in nomētatū uillā suam diuerterat: ad quem Nero misit Sillanū tribunū pictoriæ cohortis cum iam aduesperasceret: & circundedit uillā militibus: ītrauitqꝫ domum Senecæ ubi īuenit eum cœnantē cum Paulina uxore duobusqꝫ amicis: cui Neronis mādata exposuit: in qbus cōtinebaṫ ꝙ uel spontaneā sibi mortē consciret: Vel quod ipse sibi constituerat mortis genus subiret: Causa uero mortis afferebatur: ꝙ Seneca odio Neronis se ab urbe abduceret: neqꝫ amicis suis laborantibus aderat: Cui Seneca maxima animi constantia sic respondit: neqꝫ se ab amicis absuisse: neqꝫ quenq̄ ab se destitutū esse aut negligentia aut desidia: sed se pluris ociū suum facere: q̄ ullius hominis amicitiā: se olim aliis: modo sibi & cōplationi naturæ uacare: ꝙ autē Neronē odio haberet satis ei persuasum esse Neronem ista nō credere: proinde & morte & uita eius ita statueret: ut sibi placuisset: se nihil habere cur mortem optaret: neqꝫ in morte quicq̄ mali cognoscere: cur ipse uitam desideraret: seqꝫ iam eo puenisse: ut neqꝫ pro hac neqꝫ pro illa uotū ullum diis aut hoibus faceret. Tunc Sillāus munita custodibus uilla & domo Senecæ reuersus ad Neronem cui p̄sente Pōpeia renunciauit: quæ fecisset: qua re audita īterrogauit Nero Sillanum quo uultu sibi ea a se nunciari audiuisset: cui respondit se nullum in Seneca uidisse timoris uestigium. Remisit ergo Nero tribunū ad Senecā ut ea maturaret q̄ pauloante sibi mādata essent. Sed tribunus ueritus in cōspectū Senecæ ꝓdire: misit unū ex cēturionibus suis q nunciaret extremā necessitatis horam: quæ uerba uir sapiētissimus uultu & corde īmortali audiuit: iussitqꝫ sibi testamēti tabulas afferri. Sed ubi necessarios oēs & amicos suos ægro nimis & fracto animo mortem eius ferre uidit: cōuertit se ad eos & tenens manu tabulas testamenti allocutus est eos: & ibi ī medio omnium multū habuit cum eis de uirtute ac sapiētia sermonē: egitqꝫ pluribus uerbis grās oibus: ꝙ qa nōdum satis cumulate pro magnitudine beniuolentiæ eoꝝ in se facere potuerit: dixit se uelle testamēto eis legare quod apud se gratiosius & pulchrius erat: quā rem si memoria tenerent: sibi famā laudabilium actium atqꝫ reꝝ retinerent. Illud āt ait esse uitæ suæ imaginē: quod nō aliud significare uidebatur: q̄ ut uestigia uitæ suæ sequærenṫ. His dictis cōuertit se ab amicis ad uxorē Paulinā quæ præter cæteros qui aderant dolore affecta neqꝫ corpore neqꝫ animo constabat: quā suauissime cōplexus exhortatus: ut hanc mortis iniuriā uilli aio p̄ferret: inquiens tempus illud iam uenisse quo illa sanctissimæ philosophiæ suæ præcepta iam nō disputando: sed fortiter faciendo comprobaret: nullaqꝫ alia re meliorē posse īmortalitatē cōsequi: q̄ ubi mori necesse esset: nō solū æquo aio sed etiā auido cōplecti: Qua re mea Paulina caue hanc meam mortem amplius ut contumeliosam: defleas: ne uel te nimis amasse: uel gloriæ meæ inuidisse uidearis. Agens itaqꝫ iam annum ætatis suæ ꝓpe centesimū q̄rtumdecimum aut ultra: iussit uenas brachioꝝ incidi & cruꝝ ut sanguis largior egredereṫ: q pp longā ætatem in uenis cōgelatus non poterat: qua re cum longius mortē sibi ꝓrogari uideret: rogauit Statium medicum: & amicum suū ut sibi uenenum daret: p̄paratum. qđ datum ad cor ex debilitate membroꝝ trāsire nō potuit: fecit itaqꝫ sibi fieri balneū de cōsilio Statii aq̄ꝝ plusq̄ mediocriter calidaꝝ. In qđ cum ītrasset audita sunt uerba: licet pauca in uoce attenuata sua īmortalitate dignissima sentiens deinde mortē appropinquate: quo magis ostenderet eam sibi leuiorem esse: nec homini timendā: Primo uelut ridens suos circūspexit: deīde aquā illā accepit sanguine mixtā & super se respersit īquiens: hūc liquorē sanguine & aq̄ mixtū Ioui liberatori cōsecro: per quē ut arbitror ueꝝ deū ītelligēs: quo dicto paulopost migrauit: Funus autem maximo cū honore a suis paratum fuit: Cōposuit āt cū in balneo esset sepulchri sui ut crediṫ epithaphium qđ postea in marmore incisum fuit: Cura: Labor: meritum: sumpti pro munere honores: Ite. alias posthac solicitate aīas. Me procul a uobis deus euocat: illicet actis Rebus terrenis hospita terra uale: Corpus auara tamē solemnibus accipe saxis. Namqꝫ animā cælo reddimus ossa tibi. De ætate uero Senecæ potest illud coniici eum ad centesimumquartūdecimum annū uel ultra potius peruenisse: q̄ citra stetisse: dicit. n. se potuisse uiuā uocē Ciceronis audiuisse: Verisimile igiṫ eū fuisse tunc rōnis & doctrinæ capacē. Nā cum ea tempora mecū cōduco: quæ a morte Ciceronis usqꝫ ad mortē Senecæ fluxerūt: & illud notum oībus mihi subito Ciceronē Marci Antonii iussu cæsum esse circa exordia principatus triumuiroꝝ. s. Octauii: Antonii: & Lepidi. Illud cōstat Octauianū annos duodecim impasse cū Antonio diuiso tamē imperio: Victo aūt Antonio: solus tenuit monarchiā orbis annos quadragintaquatuor uel circa. Tyberius uero successit Octauiano: & regnauit is annos tris & uiginti. Huic successit illa īmanis fera. C. Caligula. Is īperauit annos tres: mēses decem & dies octo: post quē Claudius impauit annos quatuor & decē menses: septem: dies octo & uiginti. Cui truculentissima bestia. Nero successit adoptiuus Claudii filius qui orbem terraꝝ suo p̄ssit īperio annos tris & decē: menses septē: dies nouem & uiginti. quæ tempora si cōferanṫ in unum: cōstituent annos centū quatuor & decem: dies tris. Mortuus autē Seneca anno undecimo īperii Neronis biennium anteq̄ Petrus & Paulus martyrio coronarenṫ. Igiṫ a morte Ciceronis ad mortē Senecæ fluxerūt anni centū duodecim uel prope modum. Nūc reliquū ē uidere qua ætate fuisset Seneca iuxta extrema Ciceronis tēpora: Nā cū scribat se idoneū iam fuisse ad audiendū Ciceronis eloquentiā: nō alienū est arbitrari eū fuisse annoꝝ duodecim. qua re cōstet necesse est Senecā annos centum q̄tuor & uiginti supgressum eē. Non ergo mentiens sum si ad cētesimū & q̄rtumdecimū annū dixi Senecā ætate ꝓcessisse. Postremo sunt qui asserant Senecā moralē auctore fuisse tragœdiaꝝ. Franciscus Petrarcha in quadā epistola opus fuisse huius Senecæ apte confirmat. Bocatius uero negat: cui uir desertissimus Collucius assentiṫ hoc opus ascribens fratri Senecæ: de qua quidem re non nostrum est iudicium ferre: ꝙ adhuc sub iudice lis. sed utcunqꝫ sese res habeat: nos tamen quod institutum aggrediamur. Finis.

Senecae Epitaphium

LVCII ANNEI SENECAE CORDVBENSIS LIBER DE MORIBVS, INQVO NOTABILITER ET ELEGANTER VITAE MORES ENARRAT.



MNE peccatum actio est. Actio autem omnis uoluntaria est:tam honesta q̃ turpis, ergo uoluntarium est omne peccatum. Tolle excusationem:nemo peccat inuitus. Educatio & disciplina mores faciunt:& id unusquisq; sapit quod didicit. Itaq; bona consuetudo excutere debet quod mala instruxit. Nihil interest quo animo facias quod fecisse uitiosum est: quia facta cernuntur:animus uero non uidetur. Nulla autem laus est:non facere quod facere non possis. Quid homini est inimicissimum homo. Libenter feras quod necesse est. Dolor patientia uicitur. Expecta quod nunq̃ poeniteas:nunq̃ multis placeas:sed qualibus stude. In hoc tantum incumbe:ut libentius audias q̃ loquaris. Multos uita differentes mors iuncta praeuenit. Itaq; omnes dies uelut ultimus intueantur. Tristitiam si potes non admiseris:si minus non ostẽderis. Amicos secreto admone:palam autem lauda. Verba rebus nõ personis extimanda sunt. Oratorem te puta:si tibi ante omnes quod oportet persuaseris:ut licentiosa mancipia animi. Coerce linguam, uẽtrem : & libidinem. Quod tacitum esse uelis nemini dixeris:si tibi non imperasti quomodo ab alio silentium speras? Ridiculum est aliquem odio nocentis innocentiã perdere. Monstro similis est:auaritia senilis. Quid enim stultius est quod dici solet:q̃uia deficiente uiaticum quaerere uel augere? Omnes infantes terra nudos excipit. Non pudeat te fortius nasci q̃ uiuere. Quid dulcius q̃ habere amicum cum quo audeas ut tecũ omnia loqui? Magnarum uirium est negligere laedentem. Quid interest quod nõ habeas? nõdum es foelix si te turba non deriserit. Si uis beatus esse:cogita hoc primum contẽdere noli. Priusq̃ promittas deliberes:& cum promiseris facias. Id agas ne quis merito te oderit:& si nullos inimicos tibi facies iniuria multos facit. Solitudinem quaerat q uult cum innocentibus uiuere. Optimus ergo animus:& pulcherrimus cultor dei est. Abstinebis ab alieno matrimonio, praestabis parentibus pietatem:cognatis indulgentiã oĩbus aequitatem. Deuitabis crudelitatem & ministram crudelitatis iram. Non aliter uiuas in solitudine. aliter in foro. Nihil petas quod negaturus fuisti:nihil negabis quod petiturus fuisti. Pacem cum hominibus habebis:cum uitiis bellum. Hoc habet omnis affectus:ut in id quod ipse insanit:in id putet etiam caeteros furere. Maximum in eo uitium est:qui non melioribus uult placere:sed pluribus. Vis omnibus esse notus prius effice ut neminem noueris. Bonum est non laudari:& esse laudabilem. Stultum est timere quod uitare non poteris. Male obtuent de te homines:sed mali. Malis displicere est laudari. Male de te loquuntur homines:bene autem loqui nesciunt, non q̃ merearis:sed quod solẽt ipsi homines:de te mala loquuntur. Molestum est:sed non quod mentiuntur. Si autem immerito innocentiae meae nunc maxime gaudeo. Apparet enim illos uera obiecturos si possent. Non es in patria tua. Patria tua est ubicunq; bene es. Illud enim per quod bene est non est in loco:sed in homine. Nihil magnũ nisi magno animo despicias. Quae sunt maximae diuitiae? non desiderare diuitias. Quis plurimum habet? is qui minimũ cupit. Quid est dare beneficium? deum imitari. Honestius est cum iudicaueris amare:q̃ cum amaueris iudicare. Dissentio ab alio incipiat:a te autem reconciliatio. Succurre paupertati amicoꝶ:immo occurre. Amicos secundae res parant:aduersae certissime probant. Peiora sunt tecta odia q̃ aperta, itaq; te minus loquox inimicus ostendit q̃ tacitus. Mira ratio est quae non uult praedicari quod gaudet intelligi. Agnosci amat qui quod agit ostẽdit. Elemosyna non tam accipientibus q̃ dantibus prodest. Et spes praemii solatium fit laboris. Quae est maxima egestas? auaritia. Pecuniae imperare oportet non seruire. Nullum conscium peccatorum tuorum magis timueris q̃ temetipsum. Alium potes effugere:te autem nunq̃. Quis est pauper? qui sibi uidetur. Qui a multis timetur multos timet. Infoelicitatem erige:submitte foelicitatem:infoelicis innocẽtiam. Neqtia ipsi sui poena est. Mala conscientia saepe tuta est secura nunq̃. Libidinis initia continebit qui ex ipsa cogitabit. Beneficii accepti nunquã oportet obliuisci:dati protinus. Inhonesta uictoria est suos uicere. Satis est poenarum potuisse puniri. Inimicitias tarde suscipe:amicitias exerce moderate. Vanitates similiter depõe. Imago animi sermo est. Qualis uir talis oratio. Magna res est uocis & silentii tempora notum. Qui aequo animo malis immiscetur malus est. Neminem laudaueris. neminem cito accusaris:semper puta te cum his testimonium dicere. Vitium est omnia credere:uitium nihil credere. Vtendum est diuitiis:non abutendum. Nullum putaueris locum sine teste:excusationem quaerere uitium:sed omnia relique ad dominum. Fortior est qui cupiditatem uincit:q̃ qui hostem subiicit. Est difficillimum seipsum uincere. Inique irascit q suis irascitur. Amare sic incipe tanq̃ nõ liceat desinere. Magnarum rerum etiam si successus non fuerit:honestus est ipse conatus. Nobilitas animi est generositas sensus. Nobilitas corporis generosus animus. Honestior est qui senectutem ad ocium q̃ in ocium:& tunc incipiat laborare. Turpe spectaculum praebet animus aeger. Nunquã sit tristis facies tibi icommodo alterius. Homo sum:quomodo deuitabo saeculariũ rerum inuidiam? Si foelicitatem iactaueris multis diues eris. Quomodo optime potentiam tuebor? Impotentia occasionis locum tenet inocentiae proximum. Vbi confessio ibi remissio. Irae seueritas in uitio est. Boni iudicis est dispensare non tantum quod damnandum sit:sed quia proximus iustitiae modus seueritas. Quietissimam uitam agerent homines in terris si haec duo uerba a natura omnium rerum tollerent: meum & tuum. Qui paupertatem timet timendus est. Vires tuas amici magis sentiant beneficia q̃ iniurias. Pecunia non satiat auaritiam:sed irritat, ideo semper indiges. Pecunia si tibi est:qui uis usura morbi:mihi crede:non potes diues esse & foelix. Auribus frequentius q̃ lingua utere. Quicquid dicturus es antequã

aliis dicito tibi.Nihil interest iratū & insanū:nisi unus dies:alter semper irascitur:alter semper insanit. Fa/
cillime bonis fueris:si ea uitaueris quæ uictu paraueris:Cū alienos timueris:teipsum uetere. nam sæpe si/
ne aliis esse potes:sine te nunq̄.Si bene te instruxeris:pudeat deteriora facere. Quid persuaseris erit dierū.
quod cogitaueris erit in occasione. Alteri semper ignoscito:tibiipsi nunq̄.Tantū ad uirtutē adiicies:quan/
tum ex uoluptate abstraxeris.Stultū est somno delectari:& quasi mortē moliri:cū sumus assidua sit mor
tis imitatio.Bonis nocet qui malis parcit.Multi cū aliis maledicit sibiipsis seruitia faciūt. Nihil turpius q̄
q obiicit alteri quod sibi obiiciendū.Vt licenciosa mancipia animi iperio redige.linguam:libidinē: uētrē:
cupiditatēq3 cōprime.si nō potes:paululū remitte.Sæpe ea quæ sanari ratione nō poterāt:sanata sunt tem
pore.Qui propter pecuniæ amorē & libidinū moritur:ostendit se nunq̄ sui causa uixisse. Turpia ne dixe/
ris paulatim enim pudor per uerba discutitur.Sic habita:ut potius laudetur dominus q̄ domus. Consue/
tudinaria res ē innocētia.nō damnatio sed causa hominē turpē facit.merito pœna damnata est: damnatio
īmerito est dānari.Si aliquid cogitaueris:cito apparebit cōuersantibus.Videri uis ab omnibus : nunq̄ bo/
næ honestatis simulatio.Quod de alienis tractas:ex tuis iudices.Multi sunt obligandi:pauci offendēdi.nā
memoria beneficiorum facilis est.Iniuriarum obiurgationi semper aliquid blande admisce.facilius enim
penetrant uerba quæ molli uadunt uia:q̄ aspera.Nemo enim se mutat:qui mutari se desperat.Quo cū scri
bens aliquid dicturus es:scito morum tuoꝝ te hominibus chirographū dare.Qui in seruos irascit̄ & cru
delis est:satis ostendit potestatem aduersus alienos sibi defuisse.Qui nescit tacere:nescit & loqui. Facilius
est pauperi contemptū effugere q̄ diuiti inuidiā.Bonus fruitur bona conscientia.Malis hominibus tutissi
mum est effugere.Nulla pusilla domus quæ multos amicos capit.Scire uti paupertate maxima fœlicitas.
Acuit intentio:nimiū frangit animū remissio.Nunq̄ scelus scelere uincendū est.Bonus uir est qui eo pdu/
xit affectu animū:ut non tantū peccare non uelit:sed etiam non possit.Regnātibus peius multo periculū
q̄ his qui iudicantur.hi enim singulos timent:illi uniuersos.Nunquid fortis fortem se gloriabitur:quem
corporis ægritudo efficit infirmum?Nunquid diues in operibus suis gloriabit̄:cuius fur uel tyrānis abru
pit?Nunquid nobilitas gloriabitur effecta:nōnunq̄ indignis & miserabilibus seruiens?Diabulus aliq̄ndo
se gloriabatur interfectorem tuæ misericordiæ:nunc intergemiscit socios tuæ beatitudinis. Fugiēda sunt
omnibus modis:& abscindenda igni ac ferro:totoq3 artificio separanda:languor a corpore : imperitia ab
animo:luxuria a mente : a ciuitate seditio:a domo discordia:a cunctis rebus intēperantia.Dixit quidā ami
corum omnia esse cōmunia:& amicum seipsum esse alterum.Duorum temporum maxime habēdam cu
ram:& eorum quæ acturi sumus:& eorum quæ gessimus.Post deum ueritatem colendam:quæ sola ho/
mines diis proximos facit.

Lucii Annei Senecæ de moribus libelli finis.

LVCII ANNEI SENECAE DE FORMVLA HONESTAE VITAE:VEL DE QVATV/OR VIRTVTIBVS CARDINALIBVS.



Vatuor uirtutū species multoꝝ sapientū sententiis diffinitæ sunt:qbus animus humanus
cōponi ad honestatem uitæ possit.Haꝝ prima est prudētia.Secūda Magnanimitas.Tertia
Continētia.Quarta Iustitia.Singulæ tibi his officiis quæ subsunt annexa sunt ac bene mo
ratum uirum efficiunt.

De Prudentia.

Visquis ergo prudentiā sequi desiderat:tūc per rationē recte uiuet.& si omnia prius existimet & p
q penset:& dignitatē rebus nō ex opinione multoꝝ:sed ex eoꝝ natura cōstituat.Nā scire debes quia
sunt quæ uideant̄ esse bona:& nō sunt.& sunt quæ uideant̄ nō bona esse:& sunt.Quæcunq3 ex re-
bus trāsitoriis possides nō mireris:nec magnū existimes quod caducū est:nec apud te quæ habes tanq̄ alie
na seruabis:sed pro te tanq̄ tua dispenses & utaris.Si prudentiā amplecteris ubiq3 idem eris: & prout rerū
ac tempoꝝ uarietas exigit:ea accōmodes ipsi:nec te in aliquibus mutes:sed potius aptes.sicut manus quæ
eadem est cū in palmā extendit̄:& cum in pugnū astringitur.Prudentis propriū est examinare consilia : &
non cito facili credulitate ad falsa prolabi.De dubiis nō diffinias:sed suspensam tene sententiā.Nihil in ex/
pertum affirmes:quia nō omne uerisimile statim ueꝝ est:sicut & sæpius quod primū incredibile uidetur
nō cōtinuo falsum est.Crebro siquidē faciē mēdacii ueritas retinet.Crebro mendaciū specie ueritatis ob/
duditur.Nā sicut aliquādo tristē frontē amicus:& blandā adulator ostēdit.sic uerisimilitudine coloratur
ueritas:& ut fallat uel surripiat colorat̄.Si prudēs esse cupis:in futura prospectū itende:& quæ possunt cō
tingere animo tuo propone.Nihil tibi subitū sit:sed totū ante cōspicies.Nam qui prudens est nō dicit : nō
putaui qdem hoc fieri.quia nō dubitat:sed spectat nec suspicat̄:sed cauet.Cuiuscūq3 facti causam require:
cū initia inueneris:exitus cogitabis.Scito te in qbusdam debere perseuerare:quia cœpisti.quædā uero nec
incipere in quibus perseuerare sit noxiū.Prudens fallere nō uult.falli nō pōt.Boni est uiri etiā in morte ne
minē fallere.Opiniones tuæ iudicia sint . Cogitationes uagas & uelut somno similes nō recipies:quibus si
animus tuus oblectauerit:cū omnia disposueris tristis remanebis:sed cogitatio tua stabilis & certa sit:siue
deliberet:siue quæret:cōtempletur nō recedat a uero.Sermo quoq3 tuus nō sit inanis: sed aut ut suadeat:
aut moneat:aut cōsolet̄:aut præcipiat.Lauda parce.uitupera parcius.Nā similiter repræhēsibilis ē nimia
laudatio:ut imoderata uituperatio.Illa siqdem adulatione:ista malignitate suspecta est.Testimonium ue/
ritati:nō amicitiæ reddes.Cū cōsideratione promittas.plenius q̄ promiseris præsta. Si prudens ē animus
tuus tribus temporibus dispensetur.Præsentia ordina:futura prouide:præterita recordare. Nam qui nil
de præterito cogitat:perdet uitam:q nil de futuro præmeditatur:in omnia incautus incidit. Proponas in

animo tuo futura mala & bona:ut illa sustinere possis:& ista moderare. Non semper in astu sis : sed inter
dum animo tuo requiē dato.& requies ipsa plena sit sapientiæ studiis & cogitationibus bonis. Nam pru/
dens nunq̄ ocio marcet. Habet autē aliquãdo remissum animū nunq̄ solutū.accelerat tarda:perplexa expe
dit:dura mollit:exequat ardua. Scit enim quid qua uia aggredi debeat.& cito singula & distincte cuncta
uidet. Consilium peritorum:ex apertis obscura extimat:ex paruulis magna:ex proximis remota: ex parti
bus tota. Non te moueat dicentis auctoritas:nec quis:sed quid dicat intendito. Nec q̄ multis:sed quibusli/
bet placeas cogita. Id quære quod inuenire possis. Id disce quod potes scire. Id opta quod optari coram bo
nis potest. Nec altiori te rei imponas:in quã tibi stanti tremendū:ascendenti cadendum sit. Consilia tibi sa
lutifera aduoca. Cum tibi alludit uitæ prosperitas:tunc te uelut in lubrico retinebis ac sistes.nec tibi dabis
impetus liberos:sed circūspices quo eundum sit:uel quousq̄.

De magnanimitate.

Agnanimitas uero quæ & fortitudo dicitur:si insit animo tuo cum magna fiducia uiues liber:in/
m trepidus:alacer. Magni aī hominis bonum est non uacillare:constare sibi : & finem uitæ intrepi/
dus expectare. Nil aliud magnum in rebus humanis:nisi animus magna despiciens. Si magnani/
mus fueris:nunq̄ iudicabis tibi contumeliã fieri.de inimico dices:non nocuit mihi:sed animū nocendi ha
buit:& cum illū in potestate tua uideris:uindictã putabis uindicare potuisse. Scito enī honestū & magnū
genus uindictæ esse ignoscere. Neminem susurro appetas:neminē odias.palam aggredere nō geres confli/
ctum nisi indixeris.nam fraudes & dolos imbecillū decet habere. Eris magnanimus si pericula nec appe/
tas ut temerarius:nec formides ut timidus.nam nil timidum facit animum nisi repræhēsibilis uitæ cōsci
entia. Mensura ergo magnanimitatis est:nec timidū esse hominem:nec audacem.

De continentia.

Ontinentiam uero si diligis:circuncide superflua:& in animum desideria tua constringe. Conside
c ra tecū quantū natura poscat:& nō quantū cupiditas expetat. Si cōtinens fueris:eo usq̄ perueneris
ut teipso cōtentus sis. Nã qui sibiipsi satis est:cum diuitiis natus est. Impone cōcupiscētiæ tuæ fre/
num & modum:quæ occulta uoluptate animū trahunt reiice. Ede citra crudelitatem.bibe citra ebrietatē
Obserua ne in conuiuio aut in qualibet uitæ cōmunitate quos nō imitaberis damnare uidearis: nec præ/
sentibus delitiis inhærebis: nec desiderabis absentes. Victus tibi ex re facili sit:nec ad uoluptatē sed ad cibū
accede. Palatum tuum fames excitet:non sapores. Desideria tua paruo redime:quia hoc tantum curare de/
bes ut desinant:atq̄ quasi ad exemplar compositus diuinū:a corpore ad spiritum quantū potes te festina
reducere. Si continentiæ studes:habita non amoene:sed salubriter.nec dominū esse uelis notum a domo:
sed domum a domino. Non tibi ascribas quod nō eris:nec quod es:nec maius q̄ es uideri uelis. Hoc maius
obserua:ne paupertas tibi īmunda sit:nec parsimonia sordida:nec simplicitas neglecta:nec leuitas langui/
da.etsi tibi res exiguæ sunt:non tamen sint angustæ. Nec tua defleas:nec aliena mireris. Si continentiã dili
gis:turpia fugito anteq̄ accidãt.nec queq̄ aliū uereberis plus q̄ te. Oia tolerabilia p̄ter turpitudinem crede.
A uerbis quoq̄ turpibus abstineto:quia eorum licentia imprudentiam nutrit. Sermones utiles magis q̄
facetos & amabiles ama:rectos potius q̄ obsecundãtes. Miscebis interdū seriis iocos:sed tēperatos & sine
detrimento dignitatis ac uerecūdiæ. Nam repræhensibilis risus est si imodicus:si pueriliter effusus: si mu
liebriter factus. Odibilē quoq̄ hominē facit risus:aut supbus:aut clarus:aut malignus & furtius : aut alie
nis malis euocatus. Si ergo ipsos iocos exigis:hoc quoq̄ cū dignitate sapientiæ gere:ut te nec grauent tāq̄
aspeꝝ:nec contēnant tanq̄ uilem. Non erit tibi scurrilitas:sed grata urbanitas. Sales tui sint sine dente.io
ci sine uilitate.risus sine cachinno.uox sine clamore.incessus sine tumultu.quies tibi non desidia erit.& cū
ab aliis luditur:tu sancti aliquid honestiq̄ tractaueris. Si continens es adulationes euita . sitq̄ tibi tam tri
ste laudari a turpibus:q̄ si lauderis obturpia. Lætior esto quotiēs displices malis:& maloꝝ de te æstimatio
nes malas uerã laudationē tui scribe. Difficilimū cōtinentiæ opus est assentationes adulationē repellereq̄
rū sermones animū uoluptate resoluūt. Nullius per assentationem amicitiã merearis:nec ad tuã p̄meren
dam per hanc aditum pandas. Non eris audax nec arrogans:submittes te:non proiicies grauitate seruata.
Admoneberis libenter:& repræhenderis patienter. Si merito obiurgabit aliqs:scito quia profuit. Si imeri
to:scito quia prodesse uoluit. Non acerba sed blanda timebis uerba. Esto uitioꝝ fugax ipse:aliorū neq̄ cu
riosus scrutator:neq̄ acerbus repræhensor:sed sine reprobatione correptor:ita ut admonitionem hilari/
tate præuenias.& errori facile ueniã dato:nec extollas quenq̄.neq̄ deiicias. Dicentium esto tacitus auditor:
promptus receptor. Requirēti facile responde:contēnenti facile crede:ne iurgia dissertationis defendas. Si
continens es:animi tui motus corporisq̄ obserua:ne indecori sint. Nec illos ideo contemnas quia latent.
nam nil differt:si nemo uideat:cum tuipse illos uideas. Mobilis esto:non leuis.constans non pertinax. ali/
cuius nec scientiã haberet te:nec ignotū sit:nec molestū. Omnes tibi pares facies. Inferiores superbiēdo nō
contemnas. Superiores recte uiuēdo ne teneas. In reddenda officiositate:neq̄ negligens ,neq̄ exactor appa/
reas. Cunctis esto benignus:nemini blandus:paucis familiaris:omnibus æquus. Seuerior esto in iudicioq̄
in sermone:uita q̄ uultu:cultor clementiæ:detestator sæuitiæ:bonæ famæ neq̄ tuæ seminator : neq̄ alie/
næ inuidus:Rumoribus:criminibus:Suspitionibus minime credulus uel malignus:sed potius qui p spe
ciem simplicitatis ad nocendum aliquibus surripuerit optatissimus:ad iram tardus:ad misericordiã pro/
nus in aduersis firmus:in prosperis cautus & humilis:occultator uirtutum sicut alii uitiorum. Vanæ glo
riæ contēptor:& bonoꝝ quibus præditus es non acerbus exactor. Nullius imprudentiam despicias. Rari
sermonis ipsæ:sed loquentiū patiens. Seuerus non sæuus:sed hilarem non aspernas. Sapientiæ cupidus &

docilis.homines cum docent diſcunt.quæ noſti ſine arrogantia poſtulanti imparties: quæ neſcis ſine occultatione ignorantiæ tibi poſtula impartiri.Nõ conturbabit ſapiens mores publicos: nec populum in ſe uitæ nouitate conuertet.Iuſtitiæ poſt hæc uirtus eſt.

De Iuſtitia.

Vid eſt iuſtitia:niſi naturæ tacita conuẽtio in adiutorium multoꝝ inuẽta.Et qd eſt iuſtitia:niſi
q noſtri animi cõſtitutio.Sed eſt diuina lex:& uinculũ ſocietatis humanæ.In hac nõ eſt ꝙ æſtimemus qd expediat:expedit tibi qcqd illa dictauerit.Quiſqs ergo hãc ſectari deſideras. Deũ time prius & ama:& amaberis a deo.Amabis.n.deũ ſi in hoc illũ imitaberis:ut uelis omnibus prodeſſe & nulli nocere:& tũc te iuſtũ uiꝝ appellabũt:oẽs ſequent̃:uenerabunt̃:& diligent.Iuſtus enim ut ſis nõ ſolũ nõ nocebis:ſed etiã nocentes prohibebis.nam nil nocere nõ eſt iuſtitia:ſed abſtinentia alieni eſt. Ab his ergo incipe ut nõ auferas:ut ad maiora proueharis:& aliis ablata reſtituas.Raptores quoq; ipſos ne aliis timendi ſint caſtiga & cohibe.Ex nulla uocis ambiguitate cõtrouerſiam nectes:ſed animi qualitatẽ ſpeculare:nihil tibi interſit an firmes:an iures.De fide & religione ſcias agi ubicũq; de ueritate tractat̃.nã ſi iureiurãdo deus inuocetur:& nõ inuocanti teſtis eſt:tamẽ nõ tranſies ueritatẽ:ne iuſtitiæ tranſeat legem:ꝙ ſi aliquando coerceris uti mendacio:utere nõ ad falſi:ſed ad ueri cuſtodiã.& ſi cõtigerit fidelitatẽ mendacio redimi:nõ mẽtieris:ſed potius excuſaberis:quia ubi honeſta cauſa eſt:iuſtus ſecreta nõ prodit:tacenda enim tacet:loquẽda loquitur:atq; illi aperta & ſecura tranquillitas:ut dum alii uincant̃ a malis:uincãtur ab illo malo.Hæc ergo ſi ſtudere curaueris:lætus & intrepidus tui finẽ expectes.ꝓſpiciens hæc triſtitia hilaris: & tumultuoſa:quietus: ſtrẽnuus ac ſecurus permanebis.

De menſura & moderatione prudentiæ.

Is ergo inſtitutionibus obſeruatis quatuor uirtutũ ſpecies perfectũ te facient uiꝝ:ſi menſuram re
h ctitudinis eaꝝ æquo uiuendi fine ſeruaueris.Nã ſi prudentia terminos ſuos excedat:callida & pauida cõmiſeris:inueſtigator latentium & ſcrutator qualiũcunq; noxaꝝ oſtenderis:notaberis timidus:ſpecioſus:attentus:Semꝑ aliquid quærens:ſemꝑ aliquid timens:ſemꝑ aliqd dubitãs:& ſubtiliſſimas ſuſpitiones ſuas ad animi tui appræhenſionem impinguas:monſtraberis digito aſtutia plenus:uerſipullis & ſimplicitatis inimicus:contẽplatorq; culparum & poſtremo uno nomine uocaberis a cunctis:malus homo.In has ergo maculas prudentia imenſurata perducet:quicunq; in illa mediocri lance perſiſtit: nec obtuſum in ſe aliquid habeat:nec uerſutum.

De moderanda fortitudine.

Agnanimitas autẽ ſi ſe extra modũ ſuũ extollat:faciet uiꝝ minacẽ:inflatũ:turbidũ:ingetũ:& i q̃ſ
m cunq; excellentias dictoꝝ actoꝝ neglecta honeſtate feſtinũ:qui momẽtis oibus ſupciliis ſurrigẽs ut beſtia nã quieta excitat:aliũ feri:aliũ fugat.Sed q̃uis audax ſit impugnator tamẽ multa extra ſe ualẽtia ferre non poterit.Sed aut miſeꝝ appetit finem:aut erũpnoſam ſui memoriã derelinquit.Menſura ergo magnanimitas eſt:nec timidũ eſſe hominẽ:nec audacem.

De modo temperantiæ.

Ontinentia deinde his terminis te aſtringat:caue ne parcus ſis:ne ſuſpitioſe & timide manũ cõtra
c has.Ne in minimis quoq; ſpeculũ ponas.Nã talis & tam circũciſa uilis putabit̃ itegritas.Hæc ergo mediocritatis linea cõtinentiã obſeruabis:ut nec uoluptati deditus prodigus & luxurioſus appareas.Nec auara tenacitate ſordidus:aut obſcurus exiſtas.

Qualiter ſit moderanda iuſtitia.

Vſtitia poſtremo eo mediocritatis tibi itinere regẽda eſt:ut nec ductu iugiter leui imotã ſemꝑ ani
i mi rõnẽ negligentia ſubſequat̃.Corrigendi curã geras:ſed neq; licentiã peccãdi:aut alludẽtibus ꝓteruẽ ꝑmittas.neq; miſſum nimia rigiditate:& aſꝑitate:nil ueniæ aut benignitati reſeruãs.Humanæ ſocietati durus appareas.Ita ergo iuſtitiæ regula tenẽda eſt:ut reuerẽtia diſciplinæ eius:neq; nimia negligẽtiæ cõitate deſpecta uileſcat:neq; ſeueriori atrocitate durata grãm humanæ amabilitatis amittat.

Concluſio præmiſſorum.

Iquis ergo uitã ſuã ad utilitẽ nõ tãtũ pariat:ſed multoꝝ inculpabiliter cõponere deſiderat.Hanc ꝑ
ſ dictarum uirtutum formulã pro qualitatibus tẽpoꝝ:locoꝝ:perſonaꝝ atq; cauſaꝝ ſequat̃ eo mediocritatis inſiſtens quo per abrupta altrinſecus præcipia:aut ruentẽ corpori ſui deuitet iſaniam: aut efficientem puniat ignauiam. Deo gratias.

Explicit tractatus Senecæ de quatuor uirtutibus & de formula honeſtæ uitæ.

SENECA AD GALIONEM DE REMEDIIS FORTVITORVM.Eſt oratio per dialogũ ſenſus & rationis.



Icet cunctoꝝ poetaꝝ carmina gremiũ tuũ ſemꝑ illuſtrẽt:aliquãdo delibeãs hoc tibi opuſculũ pro accidẽtibus caſibus dirigere curaui.Quod nõ præcedẽtes:ſed poſteri narrabũt.Vnde ergo primũ icipimus:ſi tibi uidet̃:a morte.Ab ultimo inqs?Immo a maxio.Ad hoc ꝑcipue gens humana cõtremit.Nec imerito ſibi uidet̃ hoc facere.Cæteri timores hẽnt aliquẽ poſt ſe locum,mors,oia abſcidit.Alia nos torquẽt:mors oia deuorat.Oiumq; horremus ad hãc exitus expectat aliorũq; ꝑ circuitũ.Etiã qui aliqui ſe timere iudicãt hoc timẽt.Quicqd aliud extimeſcimus:habet remediũ aut ſolatiũ.Si ergo te fortuna:aut aliquis tibi palam mortẽ minetur:omnes terriculas eius deludas.

m Orieris:Iſta hominis natura eſt & non pœna.Morieris: Hac conditione intraui ut exirem.Morieris:

Gentiũ lex eſt quod acceperis reddere. Morieris: Peregrinatio eſt uita. Multa cũ deambulaueris: deinde re deũdum eſt. Morieris: Putabã te aliqd noui dicere. Ad hoc ueni: hæc ago: huc me ſinguli dies adducũt. Naſcenti mihi natura protinus hunc poſuit terminũ. Quid habeo quo indigner: hæc uerba iuraui. Morieris Stultũ eſt timere quod uitare nõ poſſis. Iſtud non fugiť etſi differatur. Morieris: Nec primus nec ultimus: Oẽs me anteceſſerũt: oẽſq; ſequentur. Morieris: Hic eſt humani officii finis. Quis ſenex exactorẽ moleſte tulit? Quo tranſit orbis: ego tranſibo. Quid ergo? neſcio me eſſe animal rationale & mortale. Morieris: Nihil graue eſt quod ſemel eſt. Alienũ nihil noui eqdem. Cũ eo creditore cõtraxi: cui detorqueri non poſſum. Morieris: Dii melius. Nemo hac re melius mortalibus minari poteſt.

f Ed decollaberis. Quid intereſt utrũ cæſim moriar: an punctim? Sed ſæpe ferieris: & multi ĩ te gladii cõcurrẽt. Quid refert an multa ſint uulnera? Nõ põt amplius q̃ unũ eſſe mortiferum.

p Eregre morieris: Vndecũq; ad inferos una uia eſt. Peregre morieris: Ego quod debeo: ſoluere paratus ſum. Videat fenerator ubi me appellat. Peregre morieris: Nulla terra eſt aliena mortuo. Peregre morieris: Nõ ẽ grauior ſortis q̃ domi ſomnus. Peregre morieris: Hoc ẽ in pꝛiam ſine uiatico puenire.

f Ed iuuenis morieris: Optimũ eſt anteq̃ optes mori. Iuuenis morieris: Hoc unũ ẽ quod æque tam ad iuuenẽ q̃ ad ſenẽ pertinet. Nõ citamur exceſſu: nec exigiť numerus annoꝝ. Et adoleſcẽtes & impuberes eadẽ fati neceſſitas ducit. Optimũ eſt mori: cũ iuuat uiuere. Iuuenis morieris. Quicũq; ad extremũ fati ſui uenit ſenex moriť. Non enim refert quæ ſit hois ætas: ſed quæ ſit meta. Iuuenis morieris: Fortaſſe alicui malo ſubducit me fortuna: uel nulli alii certe: uel ſenectuti.

i Nſepultus eris. Quid aliud reſpõdeã q̃ id Maronis: Facilis iactura ſepulchri. Si nihil ſentio: nõ pertinet ad me iactura corporis inſepulti. Si ſentio: oĩs ſepultura tormẽtũ ẽ. Inſepultus iacebis. Quid intereſt ignis me an fera comedat: an tempus omnium ſepultura. Iſtud non ſentienti ſuperuacuũ eſt: ſentiẽti onus. Inſepultus iacebis: At tu combuſtus: at tu obrutus: at tu incluſus: at tu putridus: at tu euiſceratus & cõſtrictus: at traditus lapidi: qui te paulatim edet & exſiccet. Nulla eſt ſepultura: nõ ſepelimur: ſed proiiciemur. Nõ ſepelieris: Quid inter tutiſſima trepidas? Vltra pœnaꝝ oĩum terminũ iſte locus eſt. Vitæ multa debemus: morti nihil. Nõ defũctoꝝ cauſa: ſed uiuoꝝ inuenta eſt ſepultura: ut corpora & uiſu & odore fœda amouerentur. Alios terra obruit. Alios flãma cõſumpſit. Alios lapis redditurus incluſit. Sed noſtris oculis parcimus.

a Egroto: Venit tẽpus quo expimẽtũ mei caperẽ. Nõ in mari tantũ aut in prælio uir fortis apparet. Exhibeť etiã in lectulo uirtus. Aegroto: Nõ põt iſtud toto ſæculo fieri. Aut ego febrẽ reliquã: aut ipſa me. Semp una eſſe nõ poſſumus. Cũ morbo mihi res eſt: aut uinceť: aut uincet.

m Ale de te opinantur homines: ſed mali. Mouerer ſi de me Marius: ſi Cato: ſi Lelius ſapiens: ſi alter Cato: ſi duo Scipiones iſta loquærenť. Nũc malis diſplicere laudari ẽ. Non poteſt ullam auctoritatem habere ſententiam: ubi qui dãnandus eſt male de te loquitur. Male de te loquuntur: Mouerer ſi iudicio hoc facerent: nunc morbo faciunt. Nõ de me loquunť: ſed de ſe. Male de te loquunť. Bene neſciunt loqui faciunt non ꝙ mereor: ſed ꝙ ſolent. Quibuſdã enim canibus ſic innatũ eſt: ut nõ pro ueritate: ſed pro conſuetudine latrent.

e Xulabis: Erras cum omnia fecerim patriã meam tranſire non poſſum. Omniũ una eſt. Extra hanc nemo proficiſci poteſt. Exulabis: Nõ patria mihi intercidiť: ſed locus. Inquãcunq; terrã uenio: meã inuenio. Nulla terra exiliũ eſt: ſed altera patria eſt. Non eris in patria. Patria eſt ubicunq; bene eſt. Illud autẽ per quod bene eſt: in homine nõ in loco eſt. In illius poteſtate eſt quid ſit illa fortuna. Si enim ſapiens eſt: peregrinabitur. Si ſtultus: exulat. Omne solum uiro patria est

d Olor iminet. Si exiguus eſt feramus. Leuis enim eſt patiẽtia. Si grauis eſt feramus. Nõ leuis eſt gloria. Dolor clamorẽ exprimit: ſed ſecreta non expiat. Nõ põt hõ par dolori eſſe: nec rõni dolor. Dura res eſt dolor: imo tu mollis. Pauci dolorẽ ferre potuerũt. Simus ex paucis. Imbecilles natura ſumus. Naturã infamare nolite. Illa nos fortes genuit. Fugiamus dolorẽ. Quid ꝙ ille ſequiť fugientes.

p Aupertas mihi grauis eſt: imo tu grauior paupertati. Nõ in paupertate uitiũ eſt: ſed in paupere. Illa expedita eſt: hilaris: tuta. Neſcis te opinione nõ te laborare. Pauper es quia uideris. Pauper ſum. Nihil deeſt auibus. Pecora in diem uiuunt: feris ad alimenta ſolicitudo ſua ſufficit. Accepit ille grãdẽ pecuniam: abſq; dubio ſuperbiam accepit.

n On ſum potens. Gaude: quia impotens non eris. Iniuriã accipere potero. Gaude: quia facere nõ poteris. Magnam pecuniam habet. Hominẽ illum iudicas arca eſt. Quis ærario: quis plenis loculis inuidet? Et iſta quẽadmodũ pecuniæ æſtimas: pecuniæ loculus eſt. Multũ habet: utrũ auarus: aut ꝓdignus eſt. Si auarus nõ habet. Si ꝓdignus: nõ habebit. Iſte quẽ beatũ credis: ſæpe dolet: ſæpe ſuſpirat. Multi illum comitanť. Mel muſcæ ſequuntur. Cadauera lupi. Frumenta formicæ. Prædam ſequiť iſta turba: non hominem.

p Ecuniã perdidi: fortaſſe te illa perdidiſſet. Pecuniã perdidi: Habebis unũ periculũ minus. Pecuniã perdidi: O te fœlicẽ: ſi cum illa auaritiã ꝑdidiſti. Sed ſi manet illa apud te: es tamẽ utcũq; fœlicior: quoniã tanto malo materia ſubducta eſt. Perdidiſti pecuniã: Et illa quidẽ q̃multos. Eris nũc in uia expeditior. Domi tutior. Nõ habebis ſed nõ timebis hæredẽ. Exonerauit te fortuna ſi intelligis: & tutiore loco poſuit. Dãnũ putas: & remediũ eſt. Deflens genus: miſerum te clamas ꝙ opibus excuſſus es. Tuo uitio iſta iactura tam triſtis eſt. Nõ tam moleſte feres: ſi tanq̃ perditurus habuiſſes. Perdidiſti pecuniam: Nẽpe quam ut tu haberes: alius perdiderat.

Culos perdidisti:habet & nox suas uoluptates.Oculos perdidisti. Quã multis cupiditatibus uia
o incisa est.Quámultis hoĩbus carebo:quos ne uiderẽ eruẽdi erant.Non intelligis p̃tem innocẽtiæ
esse cæcitatẽ.Oculi adulteriũ mõstrãt & mala oĩa.Certe irritamẽta sunt uitioꝝ:ducesq; scelerũ.
Misisti liberos.Stultus es si defleas mortem mortalium.Quid istud aut nouum:aut mirũ ẽ?Quã
a rarã est sine isto casu domus.Quid si fœlicem uoces arborem:a qua stante cadunt ipsa poma?Et
hic tuus fructus est.Dicunt ex plæbeia domo funera:ducuntur & ex regia.Non est idem ordo fa/
ti:qui & ætatis.Non quomódo quisq; uenit emittit.Quid inde est quo indigneris?Quid contra expecta
tionem tuam euenit?Periere perituri.Sed ego illos superstites optabam.Verum hoc nemo tibi promise/
rat.Perierunt liberi mei:Habebat illi cuius essent magis q̃ tui:apud te præcario morabantur. Educandos
tibi fortuna mandauit:Recepit illos:non abstulit.
n Aufragium pertuli.Cogita q; non perdideris:sed euaseris.Nudus exii.Existi cum perire potuisti
una cum omnibus.
N latrones incidi.Alius in accusatores.Alius in fures.Alius ĩ fraudatores.plẽa ẽ ĩsidiis uia Noli cõ
i q̃ri q; ĩcideris:neq; gaude q; euaseris.Inimicos graues habeo.Quomodo aduersus.feras munimẽ
ta cõquires:quomõ aduersus serpentes:sic aduersus inimicos auxilia circũspice.Quibus illos aut
arceas:aut cõpescas:aut qđ optimũ est placeas.Inimicos hẽo. Illud est peius:q; amicos non habeas.
Micũ pdidi.Iam eum te habuisse certũ est.Alium quære.Et tibi eum quæras ubi inuenire possis.
a Quære inter liberales artes:honesta & recta officia.Quære in laboribus.Ad mensam ista res non
quæritur.Quare aliquem frugi.Perdidi amicum.Fortem animum habe si unũ : Erubesce si uni/
cum.Quid tu in tanta tempestate ad unam ancoram stabas?
Xorẽ boná amisi.Vtrũ inueneras boná an feceras?Si inueneras:habere te posse ex hoc ĩtelligas li/
u cet habuisti:Si feceras bene spera.Res periit:saluus est artifex.Amisi uxorẽ bonam.Quid in illa p
bas?Pudicitiam.Quam multæ diu custodiam perdidere.Decus.Quam multæ inter pbatas ma
tronalis ordinis esse cœperũt postea inter exẽpla naturaꝝ.Delectabat te fides eius.Quámultas ex optimis
coniugibus pessimas uidemus:ex diligentissimis solutissimas.Oĩum imperitorum animus quidem ma
xime in lubrica muliere.Si bonam uxorẽ habuisti:non potest permansuram affirmare in illo proposito.
Nihil tá mobile q̃ fœminaꝝ uolũtas.Nihil tá uagũ.Nouimus ueteꝝ matrimonioꝝ repudia. Et fœdio/
res diuortio:male cohærentium rixas.Quámultæ quos in adolescẽtia amauerũt in cõi reliquere senectu
te:quotiens anile diuortiũ risimus:q̃multaꝝ amor odio notiore mutatus est.Sed hæc & fuit bona & fu/
isset.Mors effecit:ut affirmare sine periculo possis.Boná uxorẽ amisi:Inuenies si nihil quæris nisi bonam
Dũmodo ne imagines:proauosq; respexeris.Nec patrimoniũ cui iam ipsa nobilitas cessit.Ista diu cũ for/
ma repugnabunt.Facilius reges animũ:nulla uanitate tumentem.Nõ multũ abest a contẽptu uiri:quæ se
nimis conspicit.Duc bene institutá nec maternis inquinatá uitiis.Non cui minus sit ĩ dote q̃ in ueste.Ami
si uxorem boná.Multos tibi numerare possum:quibus boná uxorẽ lugẽtibus successit melior.
Ors exiliũ:luctus dolor:non sunt supplicia:sed tributa uiuendi.Neminem illæsum fata transmit
m tunt.Fœlix est:non qui aliis uidetur:sed qui sibi.Videas autem q̃ domi sit ista fœlicitas rara.Vicia
est miseriæ:habet enim aliquid trahitq; ex ea.

Explicit tractatus Senecæ ad Galionem de remediis fortuitorum.

INCIPIT LIBER PRIMVS DECLAMATIONVM SENECAE.



Xigitis rẽ magis iucundá mihi q̃ facilẽ.Iubetis eni iudicare qd de his declamatiõibus sen/
tiá q̃ in ætatẽ meá inciderũt:& si q̃ memoriæ meæ nõdũ elapsa sunt:ab illis dicta colligere:
Vt quis notitiæ uestræ subducti sint:tamẽ nõ credatis tãtũ de illis:sed ẽt iudicetis . Est fa/
tor iucũdũ mihi redire in antiqua studia:melioresq; annos respicere & uobis q̃rẽtibus q;
tãte opiniõis uiros audire nõ potueritis detrahere iniuriá tẽpoꝝ.Sed cũ multa iá mihi ex
me desiderádi senectus fecerit:oculoꝝ aciẽ retuderit:auriũ sensum hebetauerit : neruoꝝ
firmitatẽ fatigauerit ĩter ea q̃ retuli.Memoria est rẽs ex omnibus partibus animi:maxime delicata & fra
gilis:in quam primũ senectus incurrit hanc aliquando in me floruisse:ut & nõ tantum ad usum sufficeret
sed in miraculum usq; procederet.Nam duo milia nominũ recitata quo ordine erant dicta referebam &
ab his q ad audiẽdũ pceptorẽ nostꝝ cõuenerát:singulos uersus ad singulos datos cũ plures q̃ ducẽti effice
rent:ab ultimo incipiẽs usq; ad primũ recitabá.Nec ad cõplectendũ tantũ q̃ uellem uelox erat mihi memo/
ria:sed ẽt ad cõtinẽda quæ acceperat.Nũc át & ætate quassata:& longa desidia:quæ iuuenilẽ quoq; animũ
dissoluit:eo pducta ẽ:ut ẽt si possit aliqd p̃stare:tamẽ pmittere nõ possit:& diu ab illa non repetiui. Sole/
bat bonæ fidei eẽ.Nunc quia iubetis qd possit expiar:& illá cũ cura scrutabor.De pte.n.spo bene.Ná quæ
apud illá:aut puer:aut iuuenis deposui:q̃si recẽtia:aut modo audita sine cunctatiõe pfert.At siq̃ illi iter p/
ximos annos cõmisi:sic pdidit & amisit:ut ẽt si sæpius ingerant:totiens tanq̃ noua audiá.Itaq; ex memo/
ria quod uobis satis sit superest.Neq; enim me de his ĩterrogatis quæ ipsi audistis sed de hic quæ ad uos
usq; nõ puenerũt.Fiat quod uultis mittat senex in scholas.Illud necesse ẽ in patrẽ ne me ueletis: q̃ certum
aliquẽ ordinẽ sequi in contrahẽdis quæ mihi occurrerẽt:Necesse est enim p oĩa studia mea errem: & pas/
sim qcqd obuenerit cõtrouersiaꝝ appræhẽdá.Sniam forte poná pluribus locis in una declamatiõe dictas.
Nõ.n.dum quæro aliqd inuenio:sed sæpe qđ quærenti nõ comparuit:aliud agẽti p̃sto ẽ . Quæ uero quæ
obseruantia mihi etiam si ex aliq̃ parte se sunt ostẽdẽtia:nõ possum occupare eadẽ securo & reposito ani
mo subito emergunt.Aliquando ẽt seriam rem agenti & occupato snia diu frustra quæsita: intempestiua

molesta est. Necesse est ergo me ad delitias componam memoriæ quæ mihi olim iā pcario' paret. Facitis
autem iuuenes mei rem necessariam & utilem: q̄ non cōtenti exēplis sæculi uestri: priorisq̄ uultis agno/
scere. Primum quia quo plura exēpla inspecta sunt: plus in eloquentia proficit: nō est unus quāuis præci/
puus sit imitandus. Quia nunq̄ par fit imitator auctori. Hæc natura est rei: Semper citra ueritatem mior
est similitudo. Deinde ut possitis æstimare quantum quotidie ingenia decescāt: & nescio qua iniquitate
& ad malum bonitate naturæ: eloquentia se retro tulerit. Quicquid romana facundia habet quod insolē
ti gratiæ: aut opponat: aut præferat: circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia quæ lucem nostris studiis
attulerunt: tunc nata sunt. In deterius quotidie data res est: siue luxu temporum. Nihil est enim tam mor
tiferum ingeniis q̄ luxuria: siue cum plurimum pulcherrime rei cecidisset translatum est omne certamen
ad turpia multo honore: quæstuq̄ ingētia: siue fato quodam: cuius maligna perpetuaq̄ i omnibus rebus
lex est. Vt ad summum perducta: rursus ad infimū: uelocius quidem q̄ ascenderat relabuntur. Torpent. n.
ecce ingenia desidiosæ iuuentutis: Nec uigilatur in labore ullius rei honestæ. Somnus lāguorq̄: ac somno
& languore turpior: malaꝝ reꝝ industria inuasit animos. Cantandi: pulsandi: saltandiq̄ obscœna studia
effœminatos tenent: & capillum frangere: & ad mulieres blanditias uocem extenuare mollicie corporis
certare cū fœminis & immundissimis se excolere munditius nostrorum adolescentiū specimen est. Quis
æqualū nostroꝝ? quis dicā satis ingeniosus: satis studiosus: immo quis satis uir est? Emolliti: eneruesq̄ &
nati sunt inuiti manent: expugnatores alienæ pudicitiæ, negligentes suæ. In hoc nec dii tantum mali pmit
tant: ut cadat eloquentia: quam non mirarer: nisi amicos in quos se conferret eligeret. Erratis optimi iu/
uenes nisi illam uocem non magni Catonis sed oraculi creditis: Quid enim est oraculum? Nempe uolun
tas diuina hominis ore enunciata. Et quem tandem antistitē sanctiorē inuenire sibi diuinitas potuit q̄ Ca
tonem: per quem humano generi non præciperet: sed conuitium faceret. Ille ergo uir quid ait. Orator est
mi fili: uir bonus dicendi peritus. Ite nunc: atq̄ istis: fluxis atq̄ expolitis: & nunsq̄ naturæ in libidine uiris:
quærite oratores merito talia habent exēpla: qualia ingenia: Quis est qui nunc memoriæ studeat? Quid
non dico magnis uiribus: sed suis placeat. Sententias disertissimis uiris factas: facile in tantā hominum de
sidia proflui dicūt: & si accerrimā eloquētiā: quā præstare non possunt: uiolare non desinunt. Eo libētius q̄
exigitis faciā. Et quæcūq̄ a celeberrimis facundiæ uiris dicta teneo: ne ad quenq̄ prauatū pertineāt: popu/
lo dedicabo. Ipsis quoq̄ multū præstaturus uideor: quibus obliuio imminet. ut aliquid tradatur posteris:
quo memoria eoꝝ producatur. Fere. n. aut nullius cōmētarii maximoꝝ declamatoꝝ extāt: aut quo peius
est: falsa. Itaq̄ ne aut ignoti sint: aut aliter q̄ debeant noti: summa cum fide suum cuiq̄ reddā. Omnes autē
magnis nominis in eloquētia uideor audisse præter Ciceronē. Nec Ciceronē quidē ætas mihi eripuerat:
sed belloꝝ ciuilium furor: qui tunc totū orbem peruagabat: quo intra Coloniam meā me continui. Alio
quin potuissem eū audisse in illo atriolo: in quo duos grandes prætextatos: aut secus declinare potui: & id
ingeniū quo solus populus romanus par imperio suo habuit cognoscere: & quod uulgo de alio dici solet.
sed in illo proprie debet qui potuit uiuā uocem audire. Declamabat aūt Cicero non quales nūc cōtrouer/
sias dicimus: nec teles quidē: quales ante Ciceronē dicebāt: quas: thesis uocabāt. Hoc autē genus materiæ
quo nos exercemus: adeo nouum est: ut nomē quoq̄ eius nouū sit. Cōtrouersias nos dicimus. Cicero cās
uocabat. Hoc uero alteꝝ nomē græcū est: sed in latinū ita translatū: ut p latio sit. Scholastica controuersia
multo recentius est: sicut ipsa declamatio: quia apud nullum auctorem antiquū. ante ipsum Ciceronē &
Caluum inueniri pōt: qui declamationē distinguit. Ait enim declamare est iam nō mediocriter dicere be
ne. Alterum putat domesticæ exercitationis. Alteꝝ esse uere actionis. Modo hoc nomen produt. Nam &
studium ipm nuper celebrari cœpit. Ideo facile est mihi ab incunabilis nosse rem post me natā. In aliis au
tem ante beneficium uobis daturus sum nescio: in uno accipio. Latronis enim Porcii charissimi mihi so
dalis memoriā sæpius cogor retractare: & a pria pueritia usq̄ ad ultimū eius diē productā familiarē ami/
citiam cū uoluptate maxima repetā. Nihil illo uiro grauius: nihil illo suauius. Nihil eloquentia eius digni
us. Nemo plus ingenio suo imperauit. Nemo plus indulsit: In utraq̄ parte uehemēti uiro modus deerat:
nec ītermittere studia sciebat: nec repetere. Cum se ad scribēdum concitauerat iūgebant noctibus dies: &
sine interuallo grauius sibi istabat. nec desinebat nisi defecerat. Rursus cum se demiserat in omnes luxus:
& in omnes iocos resoluebat. Cum uero se siluis montibusq̄ tradiderat: oēs illo agrestas in siluis ac mon/
tibus natos: laboris patientia ac uenandi solertia prouocabat. & in tantam sic uiuendi peruenerat cupidita
tem: ut uix posset ad priorē consuetudinem retrahi. At cū sibi dimiserat animū: & se blandiēdo quoad di
xerat reuocabat. tantis uiribus incūbebat in studiū: ut non tātum nihil perdidisset: sed multum acqsiuisse
desidia uideret. Oībus quidem prodest subiectum animū relaxare. Excitatur enī ocio uigor: & oīs tristi/
tia quæ continuatione pertinacis studii adducitur: fœminaꝝ hilaritate discutit. Nulli tamen intermissio
manifestius proderat: quotiens ex interuallo dixerat: multo acrius uiolentiusq̄ dicebat. Exultabat enim
nouato & integrato robore: & tantū ad se exprimebat: quātū cupierat. Nesciebat dispensare uires suas: sed
immoderati aduersum se imperii fuit. Ideoq̄ studiū eius phiberi debebat: quia regi non poterat. Itaq̄ so/
lebat ipse cū se assidua: & nunq̄ intermissa contentione sentire īgenii lassitudinē: quæ non minor ē q̄ cor/
poris: sed occultior. Corpus illi erat: & natura solidum: & multa exercitatione duratū. Itaq̄ nunq̄ eū arden
tis īpetus aī deseruit. Vox robusta: sed sordida lucubratiōibus & negligētia: nō natura infuscata. Nō bene
ficio: tamē lateꝝ quos tenebat in ore extollebat. Et q̄uis inter initia paꝝ attulisse uideatur: ipsa actōe accre
scebat. Nulla nūq̄ illi cura uocis exercēdæ fuit. Illo fortē agrestē: hispanæ cōsuetudis morē nō poterat dedi
scere: utcūq̄ res tulerat ita uiuere. Nil uocis causa facere. Nō illā per gradus paulatim ab imo usq̄ ad sūmū

perducere. Nō rursus a summa cōtētiōe paribus interuallis descēdere. Nō sudorē olei unctione discutere. Non latus ablutione reparare. Saepe cum per totam lucubrauerat noctē: ab ipso cibo statim ad declinandum perueniebat. Iam uero cum rem inimicissimam corpori faceret: uetari nullo modo poterat. Post coenam fere lucubrabat. Ne patiebatur alimenta per stomachū: somnū quietēq; aequaliter digeri: sed perturbata & dissipata in caput agebat. Itaq; oculoꝝ aciē cōfuderat & colore mutauerat. Memoria & natura quidē foelix. sed plurimū adiuta arte. Nunq̄ illa quae dicturus erat: edificēdi causa relegabat. Edisceret illa cum scripserat. Cum id in illo magis mirabile uideri possit: q̄ nec lente & anxie: sed eadē poene quo dicebat impetu scribebat. Illi quidem qui scripta sua torquent qui de singulis uerbis in consilium ueniūt: necesse ē. quae totiens animo suo admouerint: nouissime afficiant. At quorumcunq; stilus est uelox tardior memoria est. In illo non tantū naturalis memoriae foelicitas: erat sed ars summa ad apprehendēda q̄ tenere debebat. & ad custodienda. Adeo ut omnes declamationes suas quiscunq; diceret teneret: Iam itaq; superuacuos sibi fecerat codices: Aiabat se scribere in animo cogitata. Dicebat ita: ut in nullo nunq̄ uerbo eum memoria deceperit. Historiaꝝ oīum summa noticia. Iubebat aliquem nominari ducem: & statim eius acta cursu reddebat. Adeo quaecūq; in animū eius semel ascenderēt. in prōptu erant. Video uos o iuuenes mei plus iusto in hanc eius uirtutem obstupescere. Alia uos in illo mirari uolo. Hoc tantum uobis miꝝ uidet: non operosa potest tradi arte. Intra exiguum paucissimoꝝ dieꝝ tēpus: poterit quilibet facere id quod Cyneas: fecit qui missus a Pyrrho legatos ad romanos: postero die nouus homo & senatum: Et oēm urbanā circūfusam senatui plaebē: nominibus suis persalutauit. Aut quid ille fecit: qui recitatum a poeta carmen nouū suum esse dixit: & protinus memoria recitauit. Cum hoc ille cuius carmen erat: facere non posset. Aut quod fecit Hortensius qui Arisima prouocatus in actione persedit diem totum: & omnes res: & praecia: & emptores ordine suo recēsuit argentariis recognoscētibus: ita ut in nullo falleret. Cupiris stati ista discere. Suspēdā cupiditatē uestrā: & faciā alteri beneficio locum. Interim hoc uobis in quo obligatus sum persoluā. Plura fortasse uideor de latrone: meo uobis q̄ audire desideratis exposuisse. Ipse quoq; hoc praeuiderā futuꝝ uobis: ut memoria eius quotiēs occasio fuisset difficulter euelleret. Tamē nec his contentus ero: sed quotiens me inuitauerit memoria libentissime faciam. Vt illū torū & uos cognoscatis: & recognoscā illum. Illud unū non differam. Falsam opinionē de illo in animis hoīum connaluisse. Putant eni fortiter qdē: sed paꝝ subtiliter eū dixisse. Cum in illo si qua alia uirtus fuit: etiā subtilitas fuerit. Id quo nunc a nullo fieri aiaduerto: semp fecit. Nunq̄ inciperet sedens: quaestiones eius quod dicturus erat controuersiae proponebat: quod summae fiduciae est. Ipsa enim actio multas latebras habet: Non facili potest si quo loco subtilitas fuerit apparere cum orationis cursus iudicium audientis īpediat: dicentis abscondat. Ast ubi nuda proponuntur membra: siquid aut numero: aut ordine excedit: manifestū est. Quid ergo? unde haec de illo fama? Nihil est iniquius his qui nunq̄ putat esse subtilitatem: & in illo cum omnes oratoriae uirtutes essent: hoc fundamentum tot & tātis superstructis molibus obruebatur. Nec deerat in illo sed nō eminebat. Et nescio an maximum uitium subtilitatis sit. nimis se ostendere. Magis nocent insidiae quae latēt. Vtilissima est dissimulata subtilitas quae effectu apparet: & habitu latet. Interponam itaq; aliquibus locis quaestiones controuersiarum sicut ab illis compositae sunt. Non his argumenta subtexam: nec & modū excedam: & propositum tam meum q̄ uestꝝ cū uos sentētias audire uelitis: & quicquid ab illis adduxero: molestum futuꝝ sit. Hoc quoq; latro meus fatiebat: ut amarer sententias: cum condiscipuli essemus apud Maxillū rhetorē: hominē satis aridū: paucissimo bello sed non uulgato genere dicentem: cū ille exilitatem orationis suae imputaret controuersiae & diceret. Necesse est me per spinosam locum ambulantē suspensos pedes habere. Aiebat latro: Non me hercule tui pedes spinas calcant: sed habent. & statim ipse dicebat sententias quae interponi argumentis: q̄maxime declamātis & maxilli possent: Solebat autem & hoc genere exercitatōis uti. Vt aliquo die nihil praeter epithimata scriberet: aliquo die nil p̄ter enthymemata: aliquo die nil praeter has translatiuas. quas proprie sententias dicimus quae nihil habent cum ipsa cōtrouersia implicitum: sed satis apte alio transferuntur tanq̄ quae de fortuna: de crudelitate: de saeculo: de delitiis dicuntur. hoc genus sententiarum supellectilem uocabat. Solebat schemata quoq; per se quaecūq; erat cōtrouersia scribere. Et putant illum homines hac uirtute caruisse. Cū ingeniū quidem eius hac dote abūdauerit: iudiciū aūt eius fuerit strictis. Non placebat illi orationē inflectere: nec unq̄ recta uia discere: nisi cum hoc aut necessitas coegisset: aut magna suasisset utilitas: Schema obscura negabat decoris causa iuenta: sed subsidii: ut quod palā aures offensurum esset: si palā diceret: id oblique & furtim surriperet. Sūmam qdē eius esse dementiā: detorquere orationē: cui rectā esse liceret. Sed iam diutius uos nolo morari. Scio q̄ sit odiosa Circensibus pompa. Ab ea autem controuersia incipiam: q̄ primū declamasse latronem meū meminí admodum iuuenem in Maxilli schola: cum iam coepisset ducere diem.

Incipit Declamatio prima primi: libri quae est de patruo abdicante nepotem: quem prius adoptauerat

Iberi parentes alant ut uinciantur. Duo fratres dissidebant inter se. alteri filius erat. Patruus in egestatem incidit. Patre uetante adolescens illum aluit ob hoc abdicatus tacuit. Adoptatus a patruo est. Patruus accepta haereditate locuplex factus est. Egere coepit pater. Vetante patro aluit illum filius. Abdicatur. Contradicit.

Prima pars pro nepote.

O iam productus erat: ut oēm spem ultimoꝝ alimentoꝝ in ea sola domo poneretur: in qua habebar abdicatum & inimicum. Ipse inquit ali me uetuit. Imitationē alienae culpae inocentiam uocas. Omnis instabilis & incerta foelicitas est. Quis crederet iacentē super crepidine Marium: aut fuisse

consulē:aut futurꝝ.Quid non timidū fœlicibus putas?Quid desperandū infœlicibus?Ne circa plura ista
bilis fortunæ exempla te mittā:uide qbus alimenta rogenť:& qs roget:Nō sum hospes grauis. Vnū senē
aduoco.Hoc tibi uitio placui pater:Periret totus orbis nisi iram finiret misericordia.Iactatus inter duos
patres:utriusq; filius:semp tamē fœlicioris abdicatus.Illud tamē pater deos testor:diuitē te relinquo. Cir-
cuibo tecū pater limina aliena.Omnibus ostendam:& me qui alimēta dedi:& te qui negasti. Abdicari nō
possum ob id quod feci:lege cogente.Quid si flere me uetes:cum uideo hominē calamitosum. Nō sunt
affectus nostri in nostra potestate.Quædam iura non scripta:sed scriptis omnibus certiora sunt.

Pars altera pro patruo contra nepotem.

Rescere proposuit ex mea inuidia homo qui se melius iactare potest:q̄ defendere.Iustus meus me-
c tus est:ne hæredē ingratū scribā:inimicū relinquā.Etiam si non odisti eum qui fecit mihi iniuri-
am:tamen ego odi illum qui fecit tibi. Desinit esse filius qui non tantum a patre abdicatus:sed ab
alio adoptatus est. Audite q̄ ualde eguerim.Fratrem rogaui.Quis es tu:qui de facto patrum feras senten-
tiam.Ad te arbitrum odia nostra non mittimus.Iudices habebimus deos.

Extra controuersiam.

Lsius Flauius prætedatus apud Cestium controuersias declamabat.Semp aūt cōmēdabat eloq̄n-
a tiam eius:aliqua res est extra eloquentiam.In puero clementia.Lenocinium erat ingenii ætas.

Declamatio secunda de uirgine prostituta.

Acerdos casta:castis pueris pura sit.Quædā uirgo a piratis capta uenerit. Empta a lenone:& pro-
s stituta est.Venientes ad se exorabat stipem.Militem qui ad te uenerat:cum exorare non posset eū
luctantem:& uim inferre uolentem occidit.Accusata.Absoluta:& reuersa ad suos est.Petiit sacer-
dotium.Contradicitur.

Prima pars contra uirginem petentem sacerdotium.

Acerdos uestra adhuc in lupanari uiueret:nisi hominem occidisset.Quid mihi sacerdotem cuius
s præcaria est castitas?Id enim deerat ut templa eas recipiant:quas aut carcer:aut lupanar eiecit.Indi-
gnam te sacerdotio dicerem:solum si transisses per lupanar.Fortuna inquit pati coegit:& misere-
ri debent omnes mei.Ad nos miserandas non facimus sacerdotes.Nec est apud nos maximus honos ulti-
morꝝ malorꝝ solatium.Ita domi custodita est ut rapi posset.Ita cara fuit suis ut non redimeretur.Ita rapta
pepercere piratæ:ut lenoni uendereť.Sic enim leno ut prostitueret.Sic uenientes dep̄cata est:ut ferro opus
esset. Mouet me respectus omnium uirginum:si in ciuitate nulla inueniri potuit:nec meretrice castior:
nec homicida purior.Nulla est satis pudica de qua quæritur.Omnes inquit exoraui:Si qs dubitat an me-
retrix esset.Audite q̄ blanda sit.Ponamus tres sacerdotium petere.Vnam quæ rapta sit.Alteram quæ pro-
stiterit.Tertiam quæ hominem occiderit.Omnibus negabo.

Pars altera pro uirgine petente sacerdotium.

Oluerunt dii esse miraculo.In captiua libertatem:In prostituta pudicitiā:In homicida innocētiā.
u Narrare sane omnes tanq̄ ad prostitutam uenisse.dum tanq̄ a sacerdote discesserint: q̄ pudica sit
miles ostendit:q̄ innocens iudex:q̄ fœlix reditus.Inter tot pericula dii illæsam non seruassent: nisi
eam sibi seruaturi fuissent.Totus populus ad seruandam pudicitiam contulit:quicquid ad uiolandam at-
tulerat.Dicat pudicitiam suam diis quibus debet.

Extra controuersiam.

l Onge recedendum est ab omni obscœnitate uerborum & sensuum.Quædam satis est causæ de-
trimento tacere:q̄ inuerecunde dicere.

Declamatio tertia de incesta saxo deiecta.

i Ncesta saxo deiiciatur.Incesti damnata anteq̄ deiiceretur uestam inuocauit: deiecta uixit. Repeti-
tur ad pœnam.Contradicitur.

Prima pars contra incestam.

D enim deerat ut modestior in saxo esset:q̄ in sacrario fuerat.Dubitari non potest quin tādiu deii-
i ciēda sit:dōec efficiať per qđ deiecta ē.Patrociniū suū putat peundi infœlicitatē.Quid tibi iportu-
na mulier ipræcer?nisi ut ne his qdem deiecta pereas.Exponā cum quo stuprꝝ uel quādo cōmisit.
Quia ꝓbaui:ista dānastis.Nō putas legē cauisse ut perires:quæ cauit quēadmodū pires.Male de diis exi-
stimas:si sacerdoti suæ tā sero occurrerunt.Ita dii maluerunt dānatā absoluere:q̄ sacerdotem.

Pars altera pro incesta.

Amnata deiecta ē absoluta descēdit.Putares puellā nō deiici:sed dimitti.Lex sacerdotē nō ad saxū
d usq; deferret:nisi snīam deorꝝ expectaret.Erat altitudo mōtis ēt secure aspiciētibus horrenda.

Declamatio quarta quæ de forti sine manibus.

Dulterum cum adultera quis depræhenderit:dum utrunq; corpus interficiat:sine fraude sit: lice-
a at adulterum & in matre filio uindicare.Vir fortis in bello manus perdidit.Deprehendit adulte-
rum cum uxore de qua filium adolescentem habebat.Imperauit filio ut occideret. Non occidit.
Adulter effugit.Abdicat filium.Contradicit.

Prima pars pro forte contra filium.

Olus ego ex oībus maritis nec adulterum dimisi:nec occidi.Quis non putet:aut me sine filio: aut
s filium sine manibus:Contemptus est iste aquo sciemus.Cum adulteros deprehendi tunc primū
sensi me manus in bello perdidisse meas.domi etiam filii manus perdidi. Tam frustra ad filium

q̃ ad gladium cucurri. In bellum non præuenit:& ante patrem q̃ patri negauit manus: usq; eo pugnauit pro nobis ut pro se non posset. Adolescens quos dimisisti sequere:non potui inquit matrẽ occidere. Quo sis excusatior addice & patrem.

Pars altera contra fortem hominem pro suo filio.

a Lterum potauit parricidium:matrẽ corã patre occidere. Nõ semp scelera nostri sunt iuris. Et truces animos misericors natura debilitat in tã inopinati flagitii spectaculo:toto corpore stupui. Pater tibi manus defuerunt:mihi oĩa priusq̃ in memoriam reuerteret: exierunt. Maius erat scelus quod imperabas:q̃ q̃d depræhẽderas:Si quid exegeras & exegeris ultra uires meas dicã. Ignosce. Nõ possum:Ignoscit pater filio nauigationem recusanti:si non ferat mare. Ignoscit nõ seq̃nti castra si non potest: quis ipse pater militaris sit. Ipsam legem recita. Liceat marito:liceat & filio. Quare tã multos nominat: nisi quia aliquos putat esse qui non possunt. Exierunt adulteri inter patrẽ debilem:& filium stupentem.

Declamatio quinta de eo qui duas rapuit.

r Apta raptoris:aut mortem:aut indotatas nuptias petat. Vna nocte quidã rapuit duas. Altera mortem optat raptoris. Altera uero nuptias petit.

Prima pars contra raptorem.

s Tupro accusat:stupro defendit. Cum altera rapta litigat. Altera aduocat. Vindicate patres. Fortior publicæ disciplinæ seueritas surgat. Iam binæ rapiuntur. Coit populus uelut publicæ metu terr itus uix credens duos fuisse raptores. Alteram iniuriæ rapuit. Alterã patrocinio. Perieras iam raptor:ni bis perire meruisses. Si te ante rapuisses:& nuptias optasses. Deinde hãc uitiasset anteq̃ nuberet negares illum iubente rapta debere mori:Nihil amplius raptori præstare potes:q̃ me lege tua pereas. Cõtra alienam legem nullũ ius hẽs. Tu raptori præstas:ut illũ ipsa nõ occidas. Nõ potes p̃stare ne q̃s occidat.

Pars altera pro raptore.

i Nter pares sententias mitior uincat. Refert uirgineam dic Lucretiam. Plures tamen sabinæ sunt. Contumeliosum mihi erat te dignam uideri:in cuius honorem homo occidatur:me dignũ non uideri:in cuius honorem homo non seruetur.

Declamatio sexta de filio quodam ducente filiam archipiratæ.

c Aptus a piratis scripsit de redemptione non redimebatur. Archipiratæ filia eũ iurare coegit ut duceret se in uxorem:si dimissus esset. Iurauit ei:Relicto patre secuta est adolescentem. Duxit illam. Orba incidit. Pater imperat ut archipiratæ filiam dimittat.& aliam ducat. Nolentem abdicat.

Prima pars contra filium.

b Onæ spei uxor:bonæ spei nurus:quæ uel amare captiuum potest:uel odisse patrẽ. In carcere inq̃t ac tenebris iacebã. Narrat inquit socero beneficia. Puella non misericordia mota est:sed libidine.

Pars altera pro filio.

i Llo me loco non deseruit:in quẽ uenire & pater timuit. Vidisses membra uinculis p̃ssa: macie retractatos introrsus oculos. Attritus cathẽis erã:& inutiles manus. talẽ q̃s amare nisi misericors põt Inter tot cõsulatus:Marius nihil hẽt clarius:q̃ se auctorẽ Pompeiũ se hæreditariæ extulissent imagines:nemo magnũ dixisset seruũ regẽ Roma tulit. Quid tibi uident illi qui rapti ab aratro paupertate sua beatam fecerunt rempu. Non possimus una fœlices esse quod solemus una infœlices erimus.

Declamatio septima de tyrannicida a piratis dimisso.

l Iberi parentes alant. aut uinciant. Quidã alteq; fratrẽ tyrãnũ:alteq; in adulterio depræhensum deprecante patre ne faceret interfecit. A piratis captus scripsit patri de redemptiõe. Pater piratis epistolam misit:si præcidissent ei manus duplam pecuniam se daturum. Piratæ illum dimiserũt. Pater in egestatem incidit petit alimenta. Negantem uult in uincula ducere.

Prima pars pro filio tyrannicida.

s I præcideritis:scribe potiũs occideritis. Tyrannicida exitũ tyrãni rogo. Non timeo: nequas mãus piratæ soluerunt:iudices alligent. Pro adultero filio rogas. Quæritæ nunc unde tyranni fiant duplam dabo. Apparet pro unico filio rogat:duplam dabo. alteram pro filio:alteram pro tyrãnicida. Si manus præcideritis. Hoc nec adultero fecimus:nec tyrãno. Etiam nunc manus meas petis. Nega tuam esse epistolam:& habes argumentum. Dic ego rogare & pro adultero soleo. Remiserunt me reipublicæ cum mãibus patri cum epistola. Hoc nostro sæculo ad fabulas deerat:ut narraret aliquis a piratis dimissus:alligatus a patre. Eius crudelitatis emptor:cuius nec pirata uenditor. Duplam dabo. Quid necesse est potui uilius solui ut præcidatis manus. Obstupuere prædones.& inquiunt. Indica patri:non omnia piratas uendere. Qualem optem patrem nescio. Diues debilitat. Pauper aligat. Neutq; hoc manibus meis expedit. Vbi est matrimonium tuum: uel qui tyrannos instruis: uel qui adulteros facis:

Pars altera contra filium tyrannicidam.

s Vscepi tria prodigia inter me & se furentia. Vnum qui posset patriam opprimere. Alium quoq; fratrem uiolare:Alium q̃ p̃rem. Lex hæc scripta est pro malis p̃ribus:q̃ boni etiam sine lege alunt. Sciebam piratas non facturos:nec pecuniam accepissent.& si sperassent:utiq; præcidissent. Nõ ira illa patris:sed calliditas fuit. Vnde redimerem non habebam. Rogare in tam auara ciuitate neminem poteram in qua nec filii patres alunt. Vsus consilio sum:sciẽs piratas non crudeles:sed auaros. feci ut desperarentur q̃ posses redimi. An prudenter cogitauerim nescio. Interim fœliciter cogitaui. Exclusa mens ẽ: ex quo uidi unum in arce filium:alterum in adulterio:tertium in paricidio.

Extra controuerſiam.

Eliſtus ſolus orbus ſenex:qui color approbandus eſt impetu.Magna enim ui opus eſt : ut aliquis
r accuſans ſe miſerabilẽ faciat ſparſum.Nemini hominem inter ſcholaſticos inſanum:inter inſanos
ſcholaſticum.

Declamatio octaua quæ eſt de forti abdicato.

q Vi ter fortiter fecerit:militia uacet.Ter pater fortem in acie:quarto uolentem exire retinet.Nolen
tem abdicat.

Prima pars pro abdicato.

Vod patriæ ſupereſt mihi:patri iudicio omne:filio pugnante:laxum Iam pro te dubito.Neſcio q̄d
q lex timet?Miraris ſi quod legi ſatis eſt:patri nimis eſt.Caſu mihi abdicandi eſt : ne ſine filio uiuā
Abdicatio mea ĩ poteſtate abdicata eſt.Optius finis uirtutis eſt:anteq̄ deficias deſinere.Lex quoq̧
uiro forti interdum diffinit:aut conſulit.

Pars altera contra fortem abdicatum.

Erte abdicatis pugnare licet.Pudet me qa inter uicti militant.Senator poſt ſexageſimum quintū
c annum in curiam uenire non cogitur:nec uetatur.Quicquid honoris nomine datur : in utranq̧
partem licet.Alioquin deſinit præmium eſſe:cui neceſſitas imponitur.Ocium imperas animo nō
ocioſo.Tumultus exortus eſt.In me omnium ciuium diriguntur oculi.& ad hoc uerum dicendum ē.Ni
hil mihi patria debet.Nunq̄ pugnaui niſi coactus. Adhuc militia mea legis munus eſt.Athenienſes abdi
cato uicerunt duce quantum non intereſt.Ille abdicationem uirtute deleuit.Ego merui.

PROLOGVS LIBRI SECVNDI.



Vm repeterem quos unq̄ declamantes ſæpe audiſſem : occurrit mihi inter alios philoſophos Fabianus q adoleſcens ad modum tātæ opinionis in declamādo:quantæ poſtea ĩ diſputando fuit. Exercebat ap̄ Arellium fuſcū:cuius genus dicēdi imitatus:plus deinde laboris impendit:ut ſimilitudinē effugeret:quā ĩpenderat ut inexprimeret. Erat.n.explicatio.Fuſci arelli ſplēdida qdē:ſed opoſa & ĩplicata:cultus nimis acq̄ſitus:cōpoſitio uerboꝝ mollior q̄ illa ut tā ſanctis fortibus p̄ceptis p̄paraſſe animus pati poſſet. Sūma inæq̄litas orōnis:q̄ mō exilis erat:mō in nimia licentia uaga & effuſa:principia:argumēta:narratiōes aridæ dicebantur.In deſcriptiōibus extra legē oībus uerbis:dūmodo uitaret p̄miſſa libertas.Nihil acre:nihil ſolidū : nihil horridum.ſplēdida orō: & magis laſciua q̄ læta. Ab hac cito ſe Fabianus ſeparauit:& luxuriā quā cum uoluit abiecit:obſcuritatē euadere nō potuit.Hic āt illum uſq̧ in phiam ꝓſecuta eſt.Sæpe minus q̄ audiēti ſatis eſt eloquit̃:& in ſumma eius ac ſimpliciſſima facultate dicendi.Antiquoꝝ tamen uiroꝝ remanēt ueſtigia:q̄dā tam ſubito deſinunt ut non breuia ſint:de abrupta.Dicebat āt Fabianus fere dulces ſnias : & quotiēs incidebat aliq̄ materia:q̄ cōuitium ſæculi reciperet:inſpirabat magno magis q̄ acri aīo. Illi deerat oratorium robur & illi pugnatoris mucro:ſplendor uero uelut uoluptarius non elaboratæ orōni aderat. Vultus dicētis leuis:& pro tranq̄llitate moꝝ emiſſus:uocis nulla contētio:nulla corporis aſſeueratio : cū uerba uelut ĩmiſſa fluerent.Iā uidelicet cōpoſitus & pacatus aīus:cum uero cōpreſſiſſet affectus & irā doloremq̧ ꝓcul expuliſſet.paꝝ bene imitari poterat q̄ effecerat. Suaſoris aptior erat locoꝝ habitus fluminūq̧ decurſus:& urbium ſitus:moreſq̧ populoꝝ nemo deſcripſit abundantius.Nunq̄ ĩopia uerbi ſubſiſtit:ſed uelociſſimo curſu ac facillimo oēs res beata circunfluebat orō.Hæc eo libentius o Melli fili cariſſime refero:qa uideo aīum tuum a ciuilibus officiis abhorrentem:& ab oī habitu aduerſum hæc unum cōcupiſcētem nihil cōcupiſcere:ut eloq̄ntiæ tātum ſtudeas:facilis ab hac in omnes artes diſcurſus eſt.Inſtruit etiam quos nō ſibi exercet:nec eſt ꝙ inſidias putas tibi fieri q̄ſi id agā:ut te bene crediti ſtudii labor teneat. Ego uero nō ſum bonæ mentis ĩpedimentum:ꝑge quo inclinat aīus:& paterno cōtentus ordine ſubduc fortunæ magnā tuæ partem.Eiicit q̄dem tibi maius ĩgenium q̄ fratribus tuis:oīum bonaꝝ artium capaciſſimum eſt:& hocipſum melioris ingenii pignus nō corrumpere bonitate eius:ut illo male utaris . Sed q̄ in fratribus tuis ambitioſæ curæ ſunt:foroq̧ & honoribus parant in quibus ipſa quæ ſperant̃ timēda ſunt. Ego quoq̧ aliquādo eius ꝓceſſus auidus & hortator laudatorq̧ uel periculoſe dum honeſtæ mō iduſtrie duobus filiis nauigantibus te in portu retines.Sed ꝓderit tibi illa qua tota mente agitas declamandi exercitatio.Sicut Fabiano profuit.qui aliquando cum Ceſtium audiret nihilominus declamabat & tā diligenter ut putares illum illi ſtadio parari.habuit etiam blandum rhetorem præceptorem:q eques rōanus Romæ docuit.Ante illum inter libertinos præceptores pulcherrimæ diſciplinæ continebat̃ : & minime probabili more turpe erat docere q̄d honeſtum erat diſcere.Nā primus oīum latinus Plocius Romæ fuerit puero Cicerone ap̄ Blandum diutius qa apud Fuſcum Arellium ſtuduit.Sed cum iā tranſfugiſſet tempore quo eloq̄ntiæ ſtudebat:nō eloq̄ntiæ cauſa ſcio futuꝝ:ut auditis eius ſententiis cupiatis multas audire.Sed nec ille diu declamationibus uacabat:& ego multo tp̄e minor q̄ ipſe erat : audiebā quotiens inciderat:non quotiēs uolueram.In hunc ego libellum quæcunq̧ ab illo dicta teneo:conferam.

Abdicatus poſt tres abdicandos.

d Iues tres filios abdicauit:Petiit a paupere unicum in adoptionem.Paupere dare uult.Nolentē ab
dicat.Contradicit.

Prima pars pro filio pauperis.

Vnq̄ futurum putaui:ut aut pater meus liberos odiſſet:aut diues concupiſceret.Dubitaui diu : an
n ille amicum tentaret an filium.Ita uero nos ſumus pauperes.Quid habemus q̄d diuites rogent?
Si immerito abdicauit : odi patrem tot eiicientem filios . Si merito : odi domum tot facientem

nocentes. Amo æque paupertatem & patrem utroqꝫ aſſueui. Non tibi per multis fulta liberis domus ē: quā
q̄ nec ſibi debuiſti dare: Tutior enim aduerſum fortunam eſt: cui aliquid poſt damnum ſupereſt. Abdico
inquit apparet unde uenias. Vna inter nos diſputatio eſt. Hic me dignū putat bono patre: Ego meo. Diui
tem inqt te eē uolo. mihi uis dare: Ego te uolo. Omne abdicandum: ſi talē p̄rem relinq̄: quē me uideri ue/
lim neſcio. Innocentem? ſi abdicor. Nocentem ſi adoptor. Non ut in cæteris abdicationibus: ut in mea po
teſtate eſt non abdicari. Perditurus ſum patrem ſi abdicor: perditurus ſum ſi non abdicor. Quid intereſt
utrū eiiciat an transferat? Et ſi parendum in omnibus patri: in eo non parēdum quo efficitur ne pater ſit.
Graue eſt carere unico. Grauius eo quo quem alias concupiſcit. Non delectant domino ignoti ſeruorum
greges. Nec ſonantia ergaſtula laxi ruris. Patrem gratis amo. Neceſſe eſt ut timeam domum liberis infœ/
licem. Non poteſt inueniri aptius tempus reconciliationis. Diues filium quærit.

Pars altera contra filium pauperis.

Agnum & hoc inter cætera paupertatis incōmodum eſt: q̄ abdicationem filius non timet. Sena/
m torium gradum cenſus aſcendere facit. Cenſus romanum quidem a plæbe diſcernit. Cenſus in ca
ſtris ordinem promouet. Cenſu in foro iudex legitur. Hunc facilius eſt paupertatē laudare q̄ ferre.
Si enim inquit: dati fuerint liberi mei: habebo hunc cum illis ſi perſeuerauerint: habebo pro illis.

Extra controuerſiam.

Orridi declamatores fidelius tuentur colores quos ꝓpoſuerunt. Nulla ſententiæ dulcedo ſurripit
h nullum ſchema ſolicitat. Sic quæqꝫ malam habent faciem: ſæpe pudicæ ſunt. non animus illis de/
eſt ſed corruptor. Gallus Nibius tam magnæ fuit olim eloquentiæ: q̄ poſtea inſaniæ. Cui accidiſſe
uni ſcio: ut ad inſaniam non caſu caderet: ſed iudicio perueniret. Nam dum iſanus mutatur. dum lenoci/
nium ingenii furorem putat quod ſimulabat ad uerum redegit. Otonius pater ædidit quattuor libros
colorū: quos Galio noſter Antiphontis libros uocat: tantum in illis ſomniorum eſt. Syriacus contra ma/
ximum ſcrutinium a quo præmebatur: cum comes eius fuiſſet: dixit: Per annos quindecim in officio tuo
fui: dic quid præcarium? Sed hæc eſt conſuetudo ueſtra: iniuriam uocatis finem ſeruitutis.

Declamatio ſecunda de iureiurando uiri & uxoris.

Ir & uxor iurauerunt: ut ſi quid alteri accidiſſet: alter moreretur. Vir peregre profectus eſt. miſit
u nuncium uxori qui diceret ſe deceſſiſſe. Vxor ſe præcipitauit: Recreata iubetur a patre uirum re/
linquere. Non uult. Abdicatur.

Prima pars pro filia uxore.

Ii immortales: qua debetis prudentia humanum genus regitis: effeciſtis ut illud non piculū amā/
d tis eſſet: ſed experimentum. Hos deiicere uult ſocer: quos nec mors quidem diuiſit. Moriat inquit
Habeo & cauſam & exemplum. Quædam ſe maritorū amore rogis ardētibus miſcuerunt. Quæ/
dam animabus redemerunt amore maritorum ſalutem ſolicitudine breui. Inter has puella uiua nominā
batur. Aſſidue contentiones erant. Sine te uiuere non poſſum. Immo ego ſine te: quia certantium exitus:
eſſe ſolet. Iurauimus. Hic animus ſine dubio iurantium fuit: ut uiui deducerentur: cum id quoqꝫ caueret
ne morte diuiderentur.

Pars altera contra filiam uxorem.

On poſſum inquit relinquere uirum. Quicq̄ non poteſt: qui mori poteſt pœne dum falſæ mortis
n nuncium miſit: uere recepit. Poteſt uiro pati. Peregrinationem eius tuliſti. Iureiurando libera: es
iam caſu proximo.

Extra controuerſiam.

Vidius Naſo apud Aurelium Fuſcum magiſtrum ſuum: hanc controuerſiam declamauit. Nam
o latronis admirator erat. Latro in præfatione quadam dixit. Nō uides ut immota fax torpeſcat &
ignes exagitata reſtituat. Mollit uiros ocium: ferrum ſitu rubigenē ducit. Et Naſo dixit: Vidi ego
iactatas mota face creſcere flammas: Et rurſus nullo concutiente mori. Hic autem dixit: quicquid laboris
eſt: in hoc eſt ut uxorem a uiro & uirum ab uxore diligi concedas. Neceſſe eſt deinde: ut iurare promittas:
ſi amare promiſeris eiſdem. Pauca noſti pater crimina. Et litigauimus & cecidimus alium. Et quod fortaſ
ſe non putas: perieramus. Rogatus aliquando ab amicis ſuis: ut tolleret tres uerſus petiuit inuicem: ut tres
exciperet: in quos illis nihil liceret. Conſcripſerant illi qui tolli uellent ſecreto. Hic quos tutos eſſe uellet in
utriſqꝫ codicellis idem uerſus erant: ex quibus primum fuiſſe narrabat. Abinouamus pedo: qui inter ar/
bitros fuit. Semibouemqꝫ uirum: ſemiuirumqꝫ bouem. Gelidum boream: Oelidum nomen. Ex quo ap/
paret ſummi ingenii uiro: non iudicium defuiſſe ad compeſcendum ſcientiam carminum ſuorū: ſed ani/
mum: Aiebat iterum deteriorem eſſe faciem in qua aliquis neuus eſſet.

Declamatio tertia de nepote ex meretrice ſuſcepto.

Bdicauit quidam filium. Abdicatus ſe contulit ad meretricem: & ex ea ſuſtulit filiū: Aeger ad pa/
a trem miſit. Cum ueniſſet: commendauit ei filium: & deceſſit. Pater poſt mortem illius in adoptio
nem recepit nepotem. Accuſatur ab altero filio dementiæ.

Prima pars pro patre.

Ementia in me noui generis arguitur ſanus eſſem: ſi non agnoſcerem meos. Expectabam ut aliqs
d pro abdicato rogaret. Nemo audiebat propinquorū fratre ceſſante. Deficientis ſpiritus ſuſtinebat
in aduentum meum: iam cadentes oculos ad nomen meum erexit. Fugientem animam retinuit.
In ſinu meo: & filium: & animam depoſuit. Nunciatū eſt mihi in ultimis eſſe filium. Nec hoc a fratre.

Pars altera contra patrem.

Ater istius incertus est. Bene cum isto ageret: si & mater. Incidit in meretricem. Inter cætera mala
p & fœcūda mulier. Nescio aduersus patrem iniuriosior sis: ꝙ abstulisti illi hæredem: an ꝙ dedisti.
Adoptauit enim filium eius: propter quem eiecerat suum.

Declamatio quarta de raptore patrem non exorante.

r Aptor nisi in tricesimum diem suum & raptæ patrem exorauerit: pereat. Raptæ patrem exorauit
suum non exorat. Reum facit dementiæ.

Pars prima contra raptorem.

Vid contremiscis senectus? Quid lingua trepidas? Quid obturpuistis oculi? Nōdum tricesimus
q dies est. Nec tristiore quidam uultu expugnatam filiæ pudicitiā tulit. Nimis cito exoratus ē. Nec
oīa uitia eius ab adolescētia repetā. Virginem rapuit. Patrem accusat. Hoc intra triginta dies. Putas
me accusatori ꝑmissuꝝ quod filio negaui? Miraris dubitare patrē. Lex ipsa inter mortē & nuptias dubia
est. Semp.n. sibi omnia licere credit. Nihil me unq̄ rogauit. Ignouit enim inquit. Aliquis ante me rogatus
est Demens sum. Vides. Nimiꝝ turpiter uiuo. Legem ignoro: dies tuos non numero. Demens inquis es.
Potes aliquis ignoscere sic roganti: Deliberabo cum amicis: deliberabo cum propinquis me miseꝝ q̄ pœ
ne permisi. O me miseꝝ in hoc tantum ꝙ triginta diebus irasci non possum. Quid miraris si citius illum
exorasti. Facilius est donare iniuriam: q̄ crimē. Procede in mediū senex: cuius misericordia crudelis sum.
Iam īquit angustum tempus est. Et tibi uacat accusare. Sic aliquis exorat. Sic depræcatur. Apparet te nūc
primum rogare. Quid enim tam demens agitur. Non sum exoratus. Nondum transiuit tempus. Adhuc
exorari possum. Quam iniquum est: nondum esse me nocentem: & iam esse reum.

Pars altera pro raptore.

E miserum pater iræ tuæ detractum est nihil: tempori autem multum. Infœlicior sum q̄ si neutꝝ
m exorassem. Si seruaturus es filiū: iā tēpus fuit. Si occisurus iam tēpus est. Prior rogatus: est quē ma-
gis timebam.

Declinatio quinta de torta a tyranno pro marito.

Orta a tyrāno uxor: Nunqd de uiri tyrānicidio sciret perseuerauit negare. Postea maritus eius ty-
t rannum occidit. Intra qnquēniū non parientē sterilitatis nomine dimisit. Agit illa ingrati.

Prima pars pro uxore.

As nuptias tyrānicidiū diduxit: qs non diduxit tyrānus: Trahebant matronæ. Rapiebant uirgi-
h nes: nullæ tunc uidebantur fœliciores: q̄ quæ filios non habebant: Suspicatus est tyrannus de ty-
rānicidio hūc cogitare: siue isti aliquid excidat siue nō. Bene tegit uultus magna cōsilia. Tamen de
uxoris garrulitate quæri non potest: cum sciat quēadmodū taceat. Imposita in eculeo: sæpius ab absentē
uiꝝ respexit q̄ ad præsentem tyrannum. Explicat totus aduersus infœlicem fœminam: tyrannicæ crude-
litatis apparatus: & illo instrumenta uiroꝝ quoq; animos ipso uisu frangentia. ad excutiēdum muliebris
pectoris sententiam imponunt. Verberibus corpus arumpit. Nescio respublica: an tibi liberos ista mulier
datura sit. Tyrannicidam non dedit. Miraris si transit quinquennium inter uxorem tortam: & uiꝝ occu-
patum. Scissum corpus flagellis igne adustū: tormentis conuulsum. Ignosceris puto mulieri: si dixerit fes-
sa est? Quid tyrānicidio gloriaris? Facilius est tyrannum occidere: q̄ sustinere: uerbera: laminas: eculeos:
quicquid antiqua seuitia inuenerat: quicquid adiecerat noua. Quid amplius dicam? Et tyrannus: torque
bat cum de tyrannicidio quæreret. Non præmit sensum onerosa sumptibus. Et ut sceleri mos est: in dete
ritus luxu fluente: mulieris ambitio: priuatis insanit: usq; in publica damna mutuo certamine. Nunquid
gēmas: & ex alieno littore petit lapillos. Expecta pōt parere. Nō respondet ad certa fœcūditas diē. Sui iuris
reꝝ natura est. Vtrunq; putas tuum esse mytandum tyrannicidium: an huius silentium?

Pars altera contra uxorem.

Go torta sum merito obiicies: nisi te uindicassem: ēt si scisti. de tyrannicidio: nec indicasti. Non est
e beneficiū: sed scelus nō facere deniq; neq; scisti. Nō.n. tibi iudicaui. Nec tam magnū cōsilium: uiri-
bus quoq; graue animis commisi muliebri garrulitati: quæ id solum potest tacere quod nescit.
Quo tempore uxor torta est: nihil adhuc de tyrannicidio cogitabam: postea cogitaui. Et hæc cogitandi
causa fuit. Vxoris ultio. Si quod audierit tacuit: nō beneficiū est: sed fides. Extra controuersiam.

Inicius quo nemo ciuis romanus in agendis causis præstantius habuit ingenium. Quicquid lon-
u ga cogitatio illi præstatura erat: prima intentio animi dabat. Et tempore causas agebat: sed nō de
siderabat hanc conditionem: ut ex tempore agere uideretur. De hoc eleganter dixit diuus Augu-
stus. Vinicius ingenium in numerato habet.

Declamatio sexta de parte & filio luxuriosis.

q Vidam luxuriante filio luxuriari cœpit accusatur a filio. Contradicit.

Prima pars pro patre contra filium.

Ccusator meus intra se contrarios habet affectus. Cupit reū dānari. Crimen absolui: sed tu senex
a inquit hoc dicis: luxuria tua serius cœpit: citius desinet. Quidā summū bonū dixerūt uoluptatē
Nihil est mihi opus præcipiētibus. Habeo exēplū. Ostendi tibi luxuriā quam in te non uidebas.
Ebrietatem patri obiicit ebrius.

Pars altera pro filio contra patrem.

Dolescens luxuriosus peccat. Senex luxuriosus insanit nemo uitia quæ odit imitatur. Quis impe-
a rator ob hoc da prælio fugit: ut bene pugnaret exercitus: Non coercet uitia qui prouocat. Meam
quoq; luxuriā pr̄i iputabo. Nō sub seuera fui disciplina: nō sub bene istitutæ domus lege q̄ posset

adolescẽtis formare mores:& a uitiis ætatis abducere. Quodã nõ ad luxuriã a patre præmissus sum. Madent cani unguento:& cõmessator senex nulli nimis luxuriosus:sed parum sanus uidetur

Declamatio septima de peregrino negociatore & formosa.

Vidã cum hẽret uirginẽ formosam uxorẽ peregre ꝓfectus ẽ. In uicinia mulieris & pegrinus mercator migrauit. ter illam appellauit de stupro: adiectis prætiis. Negauit illa decessit negociator: testamento oium bonoꝶ suoꝶ reliquid formosam hæredem:& adiecit elogiũ:qa pudicam cõperi. Adiit hæreditatem. At redut maritus. Accusat adulteri uxorem ex suspitione.


Prima pars contra formosam.

Erã quærelã detuli. Nõ accuso adulterã:nisi diuitẽ factã:post tantos ĩpudicitiæ q̃stus:si tacere iã nõ possum cõfitendũ hoc hẽo. Hac me cã absuisse. Tẽpus est de uxore & marito credi. Ferat matrona oculos iacentes in terrã:& aduersus officiosum salutare:in hũana potius q̃ uerecundia sit lõge ante suã ĩpudicitiã neget ore q̃ uerbo. Nemo fortiter negãtẽ iteꝶ rogauit. Oium bonoꝶ hæres sola esto:quam corrumpi nõ potuisti:qa tã fœliciter pudicitiã custodisti. Tace paulisp nomẽ auctoris:Nunqd nõ testõ uiri credit? Adeo ne iã ois pudicitia sæculi nři abiit:ut aduersus q̃rimoniam uiri:alieno teste defendat uxor Muliebriũ uitioꝶ fundamẽtũ auaritia ẽ. Quæ põt nõ timere opionẽ adulterii: põt nõ tiere adulteriũ. Ex oi rupe cõsiliũ trahit quo uestis cruẽtet. Infœlices ancillaꝶ greges abũdãt:ut adultera tenui ueste ꝑspicua sit. Et nihil maritus in corpe uxoris suæ q̃ q libet aliẽus pegrinusq; agnouerit. Futura.n.æstimabo iudicia. Interim qđ rogat:cõperit impudicã. Oẽs te impudicã loquunt. Pudicã tantũ unus & pegrinus cui plus laudator q̃ accusator nocet. uxorẽ meã nusq̃ audiui pudicã:nisi in adulterii elogio. Deiice in terrã oculos:& aures tuas exteriorum uocibus claude. Sibi qsq; pro te neget. ĩpudicam ille dixit. Ego impudicam. Puto plus creditis ciui:q̃ peregrino:marito q̃ adultero. Ipsum elogium corruptoris animo scripsit:qa pudicã inqt cõperi:quod nulli præter me contingit.

Pars altera pro uxore formosa.

f Ormosa ẽ. Hoc natura peccauit. Sine uiro fuit:Hoc maritus peccauit. Appellata est:Hoc alius peccauit. Negauit hoc pudice:Hæres relicta est. Hoc fœliciť. Hoc hæreditatẽ adiit. Hoc cõsulto fecit.

Incipit Prologus libri tertii Senecæ Nouato Seneca mellifilis salutem.



Vosdã desertissimos agnoui uiros nõ respõdentes famæ suæ cũ declamarẽt ĩ foro. Maxia oium admiratiõe dicẽtes simul:ad has domesticas exercitatiões secesserãt disertos ad ingenio suo qđ accidere plærisq; æque mihi miꝶ q̃ certũ ẽ. Memini itaq; me a Seuero Cassio q̃rere qd eẽt:cur in declamatiõibus illi sua nõ respõdet eloq̃ntia. In nullo.n.hoc fiebat notabilius. Oro eius erat ualens cultu ingentibus plena sentẽtiis. Nemo minus passus est aliqd in actiõe sua ociosum esse. Nulla pars erat:quæ nõ sua uirtute staret. Nihil in quo auditor sine dãno aliud ageret. Oĩa nitentia & itenta aliquo petentia. Nemo magis in sua ꝑtate hũit audientiũ affectus. Veꝶ est qđ de illo dicit Gallio nř cũ diceret regno quodã potiebať adeo oẽs ĩpetrata faciebãt. Cum ille uoluerat irascebanť. Nemo nõ illo dicente timebat ne desineret. Non est q̃ illũ ex his quæ dedit extimetis. sunt qdẽ & hic qbus eloquẽtia eius lõge maior erat q̃ lectio. Non hoc ea portiõe illi accidit q̃ oibus fere: qbus maiori cõmẽdatiõi ẽ audiri q̃ legi:sed in illo lõge maius discrimẽ ẽ. Primũ tantũdẽ erat ĩ hoie: q̃tum in ĩgenio corpis magnitudo:cõspicua suauitas ualẽtissime uocis. Quãuis hæc inter se raro coeant: ut eadẽ uox & dulcis sit & solida ꝓnunciatio:quã histrio nõ posset ꝓducere:tamẽ qõnis posset uideri. Nec in illo.n.qcq̃ magis mirareris q̃ qđ grauitas:q deerat uitæ actiõi superat:q̃diu extra iocos se cõtiebat cẽsoria oro erat. Deinde ipsa quæ dicebat meliora erãt q̃ quæ sciebat. Vir.n.ꝑsentis ai in maioris ingenii q̃ studii magis placebat in his quæ inueniebat:q̃ in his quæ attulerat:iã uero iratus cõmodius dicebat. Ideo diligẽtissime cauebãt hois ne dicẽtẽ interpellarẽt. Vni illi ꝓderat excuti. melior semp fortũa q̃ cura de illo merebatur. Id.n.quã tamẽ hæc fœlicitas illi ꝑsuasit negligẽtiæ una die priuatas plures agebat:& ita ut alterã ante meridiẽ ageret:alterã post meridiẽ:publicã uero nunq̃ amplius q̃ unã uno die:nec tãtũ scio quẽ reũ illi defendere:nisi se cõtigerit:adeo ut nunq̃ reꝶ nullã materiã dicẽdi:nisi i piculis suis hũit sine cõmentario nũq̃ dixit:nec hoc cõmẽtario cõtẽtus erat. In quo nudæ res ponunť:& maxia parte ꝑscribebať actio. Illa quæ falsæ id dici poterãt annotabãť:sed cũ ꝓcedere nollet nisi instructus libẽter ab instrumẽtis recedebat. Ex tpe coactus dicere infinita antecedebat. Nunq̃ uero utilius erat illi dephendi q̃ ꝑparari sed magis illud superes quo diligẽtiã nõ reliquæbat cũ illi tã bene temeritas cederet. Oia ergo hẽbat:quæ illũ ut bene declamaret instruerẽt Phrasin nec uulgarẽ nec sordida:sed electa. Genus dicẽdi nõ remissum aut languidũ. sed ardens & cõcitatũ:nec lectas:nec uacuas explicatiões sed plus sensum q̃ uerboꝶ habẽtes diligentiã. Maximũ uero mediocris ĩgenii subsidiũ:tamẽ nõ tãtũ ĩfra se cũ declamaret:sed ĩfra multos erat. Itaq; raro declamabat & non nisi ab amicis coactus. Sed quærenti mihi q̃re in declamationibus ĩpar eẽt sibi:hæc aiebat: qđ in me miraris poenæ oibus euenit. Magna quoq; igenia a qbus multũ abesse me scio:q̃ndo plus q̃ ĩ uno eminuerũt opæ. Virgiliũ illa fœlicitas igenii orone soluta reliqt. Ciceronem eloq̃ntia sua in carminibus destituit. Orones Salustii in honore historiaꝶ legunť. Eloquẽtissimi uiri Platonis oro:quæ ꝓ socrate scripta est nec patrono:nec reo digna ẽ. Hoc nõ ingeniis tãtũ:sed corpibus uidemus accidere:quoꝶ uires nõ ad oia quæ uiribus efficiũť apte sunt. Illi nemo luctãdi par ẽ ille ad tollerãdã magni põderis sarcinã ꝑualet. ille qcqd apphẽdit nõ remittit:sed i ꝓcliuis nitẽtibus uehiculis moraturas mãus iniecit. Ad aialia ueni. alii ad aprũ:alii ad ceruũ canes faciũt. Equoꝶ nõ oium (quãuis celerrimi sint) idonea curriculis uelocitas ẽ. Quidam melius equitẽ patiunť:qdã iugũ:ut ad morbũ te meũ uocẽ. Pylades in comœdia Bathyllus ĩ tragœdia multũ a se aberãt noie meo cũ uelocitas pedũ nõ cõcedať tãtũ:sed obiciať. Lẽtiores manus sunt. qdã cum obloma

chis:quidá cũ thracibus optime pugnát:qdá ſiccũ ſchema cõponi cupiũt:quõ alteri eſt:in ipſa oróne quis una materia ſit tamẽ ille qui argumẽtat negligentius narrat. Ille nõ tá bene implet q̃ p̃parat. Paſſienus nẽ cũ cœpit dicere ſecũdũ principiũ ſtati fugauit ad epilogũ oẽs reuertũt ne dicá tãtũ qbus neceſſe ẽ audiũt. Miraris eũdẽ nõ æque bene declamare q̃ cás agere:aiũt eũdẽ nõ tá bene ſuaſorias q̃ iudiciales cõtrouerſias dicere. Silo Pompeius ſedẽs & fœcũdus illitteratus & hẽret diſertus:ſi a pclamãte dimitteret declamabat tam male ut uideat belle optaſſe cũ dixi nunq̃ ſurgas. Magna & uaria res eſt eloquẽtia:nec adhuc ulli ſic indulſit:ut tota cõtigeret:ſatis fœlix ẽ:q ĩ aliq̃ eius pté ẽ receptus. Ego tamẽ & ppriã cám uideor poſſe reddere aſſueui nõ auditorẽ ſpectare ſed iudicẽ:aſſueui nõ mihi reſpõdẽr:ſed aduerſario nõ minus deuito ſupuacua dicere q̃ cõtraria. In ſcholaſtica qdẽ nõ ſupuacuũ eſt:cũ ipſa ſupuacua ſit. Indicabo tibi affectũ meũ cũ in foro dico aliqd ago. cũ declamo id qd bellisſime Cẽſorius aiebat de his q honores ĩ municipiis ãbirio ſe peterent. Videor mihi ĩ ſomnis laborare deĩde res ipſa diuerſa ẽ:totũ aliud ẽ pugnare.aliud uẽtilare:hoc ita ſp arbitriũ ẽ ſcholá q̃ſi ludũ eẽ:forũ harená. Et ille ideo ĩ foro primũ dicturus tyro dictus eſt Age dum iſtos declamatores pduca ſenatu in forũ:cũ loco mutabũt:uelut ĩ aſſueta claſſe:& dilecta umbra corpa ſub diuo ſtare nõ poſſunt. Nõ ĩbrẽ ferre:nõ ſolẽ neſciũt:uix ſe iueniũt:aſſueuerũt.n.ſuo arbitrio diſerti eẽ. Nõ ẽ q̃ oratorẽ ĩ hac puerili exercitatiõe ſpectes qd ſi uelis gubernatorẽ in piſciná æſtimare:diligẽtiſſime tibi excuſatẽ táq̃ huic rei nõ eẽm natus:niſi ſcirẽ & Pollionẽ aſiniũ:& Meſſalá coruinũ & Baſeanũ:q nũc prio loco ſtat:minus bene uideri q̃ Ceſtiũ:aut latronẽ. Vtrũ ergo putas hoc dicentium uitiũ eẽ aut audientium nõ illi peius dicũt:ſed hi corruptius iudicát pueri fere:aut iuueniles ſcholas freq̃ntát. Hi nõ tãtũ diſertiſſimis uiris quos pauloante rettuli:ſed ẽt Ciceroni Ceſtiũ ſuũ p̃ferũt.niſi lapides timerẽt. Quo tamen uno mõ poſſũt:p̃ferũt huius.n.declamatiões ediſcũt. Illius orónes nõ legũt:niſi eas qbus Ceſtius reſcripſit. Memini me ĩtrare ſcholas cũ recitaturus eẽt in millionẽ Ceſtius ex cõſuetudine ſua miratus dicebat:ſi Thrax eẽm ſuſius eẽm:ſi pantomimus eẽm:pantillus eẽm:ſi equus milleſio nõ cõtinuibilẽ exclamaui & ſi cloaca eẽs:magna eẽs. Riſus oium ingẽs ſcholaſtici intueri me qs eẽm:q tá craſſas ceruices hẽrẽ. Ceſtius Cicerõi reſpõſurus mihi qd reſpõderet nõ inuenit:ſed negauit ſe exiturũ niſi exirẽ de domo. Ego negaui me de balneo publico exiturũ niſi lotus eẽm. Deinde libuit Ciceroni de Ceſtio in foro ſatiſſacere. ſubinde nactus eũ ĩ ius ad p̃torẽ uoco & cũ q̃tũ iocorũ cõuitiorũq; effudiſſem:poſtulaui ut.P.R.nomẽ eius recipet lege ĩ ſcripti malefici:tãta illi ꝑturbatio fuit:ut aduocatiõe peteret. Deĩde adultũ.P.R.edixi:& ĩgrati poſtulaui. Iam apud.P.R.urbanũ curatorẽ ei petebá:ĩteruenĩẽtibus amicis q ad hoc ſpectaculũ cõcurrerát:& rogãtibus dixi moleſtũ me ãplius nõ futurũ ſi iuraſſet diſertiorẽ eẽ Ciceronẽ q̃ ſe.ueruz ne ut hæc faceret:uel ioco:uel ſerio effici potuit. Hác igt tibi fabulá rettuli:ut ſcires ĩdeclamatiõibus:uel unũ tãtũ. Aliđ gẽus hoium eẽ ſi cõparari illis uolo:nõ ĩgenio mihi maiore opus ẽ:ſed ſenſu miore. Itaq; uix tá obtieri ſolet:ut declamẽ.illđ obtineri põt ut uelĩ aliis q̃ familiariſſimis audientibus. Et ita faciebat eius declamationes inæquales erant:ſed neq; em inebát. In quacũq; declamatiõe poſuiſſes:inæqualẽ eá feciſſet. Cõpoſitio aſpa:& quæ uitaret compoſitionẽ ſniæ uiuæ. Iniquũ tamen erit ex his eũ æſtimari quæ ſatis ſubtexá.non.n.hæc ille optime dixit. ſed hæc optime teneo.

Luxurioſus ſodalibus cæcatus.

c Accus de publico mille denarios accipiat. Decem adoleſcẽtes cũ bona ſua comediſſent ſortiti ſunt ut cuius nomẽ p̃uio exiſſet:ex pacto excæcaret:& acciperet mille denarios. Exiit ſors cuiuſdá. Excæcatus ẽ petiit mille denarios. Negant.

Prima pars cõtra luxurioſum excæcatum.

Ic ſunt oculi quos extimuiſtis mariti. O legem abrogandá:ſi excæcat hoies. Nulli dat mille dena-
h rios:niſi q inuitus accipit. Dic nũc miſer qa hoc cũ excæcareris nõ dixiſti:Reſp.debilitatẽ conſolatur non emit. Cõſumptis p̃rimoniis mẽbra coferũt. Vtilius ẽ reipu.unũ cæcũ tepelli:q̃ nouẽ fieri. Nõ ſolũ a nobis petit alimẽta:ſed primus. Alá eũ qui pp debilitarẽ alit. Nõ alá q̃ pp alimenta debilitat. Sic fit ubi hoies maiorẽ ptẽ uitæ in tenebris ita agũt:ut nouiſſime ſolẽ q̃ſi ſupuacuũ faſtidiant.

Pars altera pro excæcato.

Llis nouẽ nihil daturus ẽ nulli nunc fauorabilis erit:ſi eos a qbus excæcatus eſt deceperit. Circum-
i uẽtus adoleſcẽs ab illis nouẽ ueteranis cõſumptoribus:ſolus inqt nouẽ cogẽtibus reſiſtere non potuit. Oia ex cõpoſitio facta ſunt. Vnus mentionẽ intulit:omnes approbauerũt. Electus ẽ q ſortiret. Sors huius quæ exierit prima ſubiecta eſt. Cũ repugnaret excæcatus eſt. Si circũuẽtus eſt inquit iniuriam pſequat de ui agat. Talionẽ petat. Videbimus primum eſt:ut habeat unde uiuat.

Declamatio ſecunda de paricida abſoluto.

q Vidam filium accuſauit paricidii. Aequis ſententiis abſolutum abdicat.

Prima pars contra paricidam.

Inus ẽ iá quod rogo. Nõ peto ut me a paricida uindicetis. An iſte accuſatori parcet.qui patri nõ pe-
m percit:Igit nihil mediũ ẽ ĩter teſtamẽtũ:& eculeũ. Nõ ẽ abſolutus paricida:ſed dubius. Vt abſoluaris:multis tibi ſententiis opus eũ. Vt dánaris:una. Nõ abſoluerũt reum:ſed ſolum pepercerũt Miraris in hac ciuitate miſericordiá in qua lex abſolutionem dat paribus tabulis. Quæris q̃multis non placeas:ſi unum adiecero paricida es. Adſolutionẽ legi:nõ innocentiæ debes:abſolutus inquit ſum. Nõ abdico te pp paricidium:ſed pp alia uitia:quæ te fecerũt tam credibilẽ paricidá.

Pars altera pro paricida.

m Anifeſtus eſt adoleſcentis color:ut dicat ſe auctoritate patris oppreſſum.

Declamatio tertia de abdicato qui fratem abdicatum adoptauit.

c Vm filio tricenario pater patrimonium diuidat. Quidam hũit filios frugi:& luxurioſum. Abdicat

luxuriosum.Frugi:peregre pfectus est.Captus est a piratis:scripsit de redemptiõe patri.Patre cessante:luxuriosus præuenit:& redemit.Rediit frugi.Adoptauit fratrẽ suum.Abdicaẽ.

Prima pars pro fratre adoptante.

o On ẽ q̃ quisq̃ me laudet.Prior frater fecit inter nos pietatis exẽplũ.Vna nauigauit:una periclitatus ẽ:una omnes emersus ẽ terras.Nõ reliqt me:tandem ad paternã domũ reduxit.Non ẽ q̃ accusatio ne ætatis utaris:Potes nauigare.Vtriq̃ gratias agere debes.Frater me isti reduxit. Ego isti fratrẽ. Si tanquam inertem abdicasti:nauigaui:si tanq̃ impium:suos redemit.Non põt eripi filio qđ lege accepit. Quomõ.n.pr̃ põt eripe qđ nõ põt dare. Pars altera cõtra filium adoptantem.

i ci enim funt tā grati:ut quod acceperint etiam fi non uident:cogitent.Ingratis quoq; memoria cū ipfo munere incurrit.Vbi ante oculos eft:& obliuifci fui non finit:fed auctorem fuum ingerit:& inculcat.Eo quidem magis duratura quæramus:quia nunquam admouere debemus.Ipfa res euanefcen/ tem memoriam excitat.Libentius donabo argentum factum q̄ fignatum.Libentius ftatuas:q̄ ueftem:& quod ufus breuis dederat:apud paucos poft remanet gratia.Plures funt apud quos non diutius in animo funt donata:q̄ in ufu.Ergo fi fieri poteft:confumi munus meum uolo.Extet:hæreat amico meo:& uiuat Nemo tam ftultus eft ut monendus fit:ne cui gladiatores aut iam uenationem iam munere edito mittat: & ueftimenta æftiua bruma:hyberna folftitio.Sic in beneficio fenfus communis:tempus:loci obferuet: perfonas:quia momentis quædam grata & ingrata funt.Quanto acceptius eft fi id damus quod quis nō habet:q̄ cuius copia abundat.Quod diu quærit non inuenit:q̄ quod ubiq; uifurus eft.Munera nō tam p̄ ciofa:q̄ rara:& exquifita fint.Quæ etiam apud diuitem fui locum faciant:ficut gregalia quoq; poma:etiā poft paucos dies itura in faftidium delectant:fi pro uenere maturius.Illa quoq; nō erūt fine honore:quæ aut nemo illis alius dedit:aut nos nulli alii.

Lexandro macedone:cū uictor oriētis aīos fupra humana tolleret:Corinthii per legatos gratulati
a funt:& ciuitate illū fua donauerunt.Cū rififfet Alexāder hoc officii genus:Vnus ex legatis:Nulli i/ quit ciuitatem unq̄ dedimus alii q̄ tibi & Herculi.Libens accepit delatum honorē:& legatos inui tatione:aliaq; humanitate profecutus cogitauit:non qui fibi ciuitatem darent:fed cui dediffent.Et homo gloriæ deditus:cuius nec naturā:nec modū nouerat.Herculis liberiq; ueftigia fequens:ac ne ibi quidē refi ftēs:ubi illa defecerāt.ad fociū honoris fui refpectfor a dātibus tanq̄ cælum qđ mēte uaniffima cōplecte/ batur teneret:quia Herculi æquabatur.Quid enim ibi fimile habebat uefanus adolefcēs cui pro ueritate erat fcelix temeritas?Hercules nihil fibi uicit.orbem terrarum tranfiuit:non concupifcendo:fed uindicando. Quid uinceret maloꝝ hoftis:bonoꝝ uindex:terraꝝ mariſq; peccator?At hic a pueritia latro:gentiūq; ua/ ftator:tam hoftiū pernicies:q̄ amicoꝝ:q; fummum bonū duceret terrori effet cunctis mortalibus oblitus nō ferociffima tantū:fed ignauiffima quoq; aīalia timeri:ob uitiis malum.

D propofitum nunc reuertamur.Beneficium quod quibuflibet datur:nulli gratum eft.Nemo fe
a ftabularii:aut cauponis hofpitem iudicat:nec conuiuam dantis epulum.Vbi dici poteft:Quid.n. in me cōtulit?Nempe hoc quod in illum:& uix bene notum fibi:& in illū etiā inimicū:ac turpiffimum hominem.Nūqd enim me dignum iudicauit?Morbo fuo morem geffit.Quid uoles gratum ef/ fe:raro effice.Quis patitur fibi imputari?Nemo hæc ita interpretetur:tanq̄ reducam liberalitatem:& fræ/ nis altioribus reprimam.Illa enim in quantū libet exeat:fed eat:non erret.Licet ita largiri:ut unufquifq; etiam fi cum multis accepit:in populo fe effe non putet.Nemo non habeat aliquam familiarem notam:p quam fperet fe propius admiffum.Dicat:accepi idem quod ille:fed ultro.Accepi quod ille:fed ego intra breue tempus:cum ille diu meruiffet.Sunt qui idem habeant:fed non eifdem uerbis datum:non eadem: non eadem cōmunitate tribuentis.Ille accepit cum rogaffet.Ego cum rogarem.Ille accepit:fed facile red/ diturus:fed cuius fenectus & liberoꝝ orbitas magna promittebat.Mihi plus dedit:quis idem dederit:qa fine fpe recipiendi dedit.Quemadmodum meretrix:ita inter multos fe diuidet.Vt nemo non aliquod fi/ gnum familiaris animi ferat.Ita qui beneficia fua amabilia uult effe:excogitat quomodo multi obligent & tamen finguli habent aliquod quo fe cæteris præferant.Ego uero beneficiis non obiiciam moras:quæ quo plura maioraq; fuerint:plus afferent laudis.Adfit tamen iudicium.Neq; enim cordi effe cuiq; poffunt forte:ac temere data.Quare fiquis æftimat nos:cum ifta percipimus:benignitatis fines introrfus referre: & illi minus lapfum limitem aperire:ne perperam monitiones noftras exaudiat.Quam enim uirtutē ma gis ueneramur?Cui magis ftimulos addimus?Quibus non tam conuenit hæc adhortatio?q̄ nobis focie/ tatem humani generis fancientibus.

Vid ergo eft?cum fit nulla honefta uis animi:etiā fi a recta uolūtate incepit:nifi quā uirtutum mo
q tus fecit.Vero liberalitatē tecum potiri.Tunc iuuat accepiffe beneficium & fupinis quidem mani bus:ubi illud ratio ad dignos perducit:nō q; quilibet caius & confilii indigens impetus differt:qđ oftentare libet:& infcribere fibi.Beneficia tu uocas:quoꝝ auctoritatem fateri pudet.At illa quanto gratio ra funt:quantoq; in partem teneriorem animi:nunq̄ exitura defcendunt:cū delectant cogitantem:magis a quo q̄ quid acceperis.Chryfippus panfienus folebat dicere quorūdam fe iudicium malle:q̄ beneficium: & quorūdam beneficiū malle:q̄ iudiciū.& fubiiciebat exempla:Malo aiebat diui augufti iudicium.Malo Claudii beneficiū.Ego uero nullius puto expetendum effe beneficium:cuius uile iudicium eft.Quid er/ go?Nō erat accipiendum a Claudio quod dabatur?erat.Sed ficut a fortuna quam fcires ftatim malam fie ri.Quid ergo ifta inter fe mixta diuidimus.Non eft beneficium cui deeft pars optima:datum eē iudico. Alioquin pecunia ingens fine ratione:nec recta uoluntate donata:non magis beneficiū ē q̄ thefaurus.Mul ta funt autem quæ oportet accipere:nec debere. Explicit liber primus de beneficiis.

Incipit Liber fecundus:Quēadmodū dandum fit beneficium.



Nfpiciamus Liberalis uiroꝝ optime:id quod ex priore parte adhuc fupereft:quemadmodum dandum fit beneficium.cuius rei expeditiffimam uideor monftraturus uiam:fi fic demus quomodo uellemus accipere.Ante omnia libenter cito fine ulla dubitatione.Ingratum eft

beneficiũ quod diu iter manus dantis hæsit:quod quis ægre dimittere uisus est:& sic darẽ tanq̃ supra raperet.Etiã siqd more interuenit:euitemus omnimodo ne dubitasse uideamur.Proximus est autem neganti qui dubitauit:nullamq; iniet gratiam.Nam cum in beneficio iucundissima sit tribuentis uoluntas. qui nolente se tribuisse ipsa cunctatione testatus est:non dedit:sed aduersus ducentẽ male retinuit. Multi autem sunt quos liberales facit frontis infirmitas.Gratissima sunt beneficia:parata:facile:occurrentia:ubi nulla mora fuit:nisi in accipientis uerecundia.Optimũ est antecedere desiderium cuiusq;:proximum sequi illud:melius occupare anteq̃ rogemur:quia cum homini probo ad rogandũ os concurrat:& suffundat rubor.Qui hoc tormentum remiserit:multiplicat munus suum.Non tulit gratis:qui cum rogasset accepit. Quoniã quidem ut maioribus nostris grauissimis uiris uisum ẽ. Nulla res carius cõstat:q̃ quæ præcibus empta est:uota homines parcius facerent:si palam facienda eẽnt.Adeo etiã deos quibus honestissime supplicamus tacite in alium & intra nos præcari.

m Olestum uerbũ est onerosum & demisso uultu dicendũ rogo:huic facienda est gratia amico:& cuicunq; quem amicum scis promerendo facturus:properet:licet sero beneficiũ dedit.Ideo diuinanda cuiusq; uoluntas:& cũ intellecta est necessitate grauissima rogandi:liberanda est.Illud beneficium iucundum uicturũq; in aio scias quod obuiã uenit.Si nõ contingit præuenire plura rogantis uerba intercidamus ne rogati uideamur:sed cerciores facti statim promittamus:facturosq; nos etiam anteq̃ interpellaremur:ipsa festinatiõe approbemus.Quẽadmodũ in ægris opportunitas cibi salutaris est.& aqua tempestiue data remedii locũ obtinuit.Ita q̃uis leue & uulgare beneficiũ sit:si præsto fuerit:si proximã quãq; horã nõ perdidit:multũ sibi adiicit:gratiamq; præciosi:sed lenti & diu cogitati muneris uincit. Qui temperate fecit:nõ est dubiũ qn libenter faciat.Itaq; lætus facit & induit sibi animũ sui uultũ.

i Ngentia quorũdã beneficia:silentiũ:aut loquendi tarditas imitata grauitatẽ & tristiciam corrumpit:cũ promitterẽt uultu negantiũ.Quãto melius adiicere bona uerba rebus bonis:& prædicatione humana benignaq; commẽdareq; præstes.Vt ille se castiget q tardior in rogando fuit: adiicias licet familiarem quærelã.Irascor tibi q cũ aliquid desiderasses:non olim scire me uoluisti:q̃ tam diligenter rogasti:q quenq̃ abhibuisti.Ego uero gratulor mihi:q experiri animũ nostrũ libuit:postea quicquid desiderabis tuo iure exiges.Semel rusticitati tuæ ignoscitur.Sic efficies ut animũ tuũ pluris extimet q̃ illud quicquid est ad quod petendũ uenerat.Tunc est summa uirtus tribuentis:tunc benignitas ubi ille qui discessit:dicet sibi magnũ hodie lucrum feci.Malo q illũ talem inueni:q̃ si multiplicatũ hoc ad me de quo loquæbar alia uia peruenisset.Huic enim animo nunq̃ parẽ referã gratiã.

e T pleriq; sunt qui beneficia asperitate uerborum:& supercilio modum adducunt eo sermone usæ ea superbia:ut impetrasse pœniteat.Aliæ deinde post rem promissam sequuntur moræ. Nihil autem est acerbius q̃ ubi quoq; quod impetrasti rogandum est.Repræsentanda sunt beneficia: quæ a quibusdam accipere difficilius est:q̃ impetrare.Hic rogandus est ut admoneat:ille ut consumet.Sic unũ munus per multorum teritur manus:ex quo gratiæ minimum apud promittentẽ remaneant.Quia auctori detrahit quisquis post illum rogandus est.Hæc itaq; curæ habebis:si grate extimari quæ præstabis uoles:ut beneficia tua illibata & integra ad eos quibus promissa sunt perueniant.sine ulla:quod aiunt deductione.Nemo illa intercipiat:nemo detineat:nemo in eo quod daturus est:gratiam suam facere põt:ut non tuam minuat.

n Ihil æque amarũ q̃ diu pẽdere. Aequiore quidã aio ferunt præcidi spem suam:q̃ trahi. plærisq; autem hoc uitium est:ambitione praua differendi promissa ne minor sit rogantiũ turba:Quales regiæ potentiæ ministri sunt:quos delectat potentiæ suæ longum spectaculum:minusq; se iudicant posse nisi diu multũq; singulis quid possint ostendant.Nihil confestim:nihil semel faciunt. Iniuriæ illorum præcipites.Lenta beneficia sunt.Quare uerissimũ extima quod ille comicus dixit.Quid tu nõ intelligis:tantum te gratiæ demere:q̃tum more adiicis.Inde ille uoces quas ingenuus dolor exprimit.Fac cito si quid facis.Et nihil est tanti malo mihi iam neges ubi in tediũ adductus animus icipit beneficium odisse:dũ expectat:potest ob id gratus esse:Quẽadmodũ acerbissima crudelitas est quæ trahit pœnam.& misericordiæ genus est cito occidere:quia tormentum ultimum finẽ sui secũ affert.quod antecedit tempus maxima uenturi supplicii pars est.Ita minor est muneris gratia:quo munus diu pependit.Est enim bonarum rerum solicita expectatio.Et cum plurima beneficia remedium alicuius rei afferant: qui aut diutius torquæri patitur:quem protinus potest liberare:aut gaudere beneficio suo:tardius manus affert. Omnis benignitas properat:& proprium est libenter facientis:cito facere.Qui tarde dedit:& diem extrahens profuit:non ex animo fecit.Ita duas res maximas perdidit:& tempus:& augmentum amicæ uoluntatis.Tarde uelle nolentis est.

i N omni negocio liberalis nõ minima portio est quomodo quisq; aut dicaƭ aut fiat:multũ celeritas fecit:multũ abstulit mora:sicut in telis eadẽ ferri uis ẽ.Sed in ifinitũ iterest utrũ excusso lacerto torquæantur:an remissa manu effluant.Gladius idem & strigit & transforat.Quam præsso articulo uenerit refert.Idẽ est quod datur:sed interest quõ detur.Quam dulce:q̃ præciosum ẽ si gratias sibi agi non est passus qui dedit:si dedisse dum dat oblitus est.nã corripere eũ cui maxime aliquid præstes: dementia est & inserere contumeliã meritis.Itaq; non sunt exasperanda beneficia:nec quicq̃ illis triste miscẽdũ.Etiã si quid erit de quo uelis admonere:aliud tempus eligito.

f Abius uerucosus beneficium ab homine duro:aspere datum:panem lapidosum uocabat: quem esurienti accipere necessarium sit esse acerbum.Tyberius Cæsar rogatus a nepote.Mællio præto-

rio ut æri alieno succurreret:ædere illum sibi nomina creditorum iussit. Hoc non est donare: sed credi-tores conuocare:cum ædita essent scripsit nepoti iussisse se pecuniam solui. Adiecta contumeliosa admo-nitione effecit:ut nepos nec æs alienum haberet:nec beneficium. Liberauit illum a creditoribus. Sibi non obligauit. Aliquid liberius secutus est:puto noluit plures esse:qui idem rogaturi concurrerent. Ita fortas-se efficax ratio fuerit:ad hominem improbas cupiditates:pudore reprimendas. Beneficium uero danti:to ta alia sequenda est uia.

O Mni genere quod des:quo sit acceptius adornandū est. Hoc uero non est beneficium dare: repræ-hendere est:ut in transitu de hac quoq; parte dicam quid sentiam:ne principi quidem satis deco-rum est donare ignominiæ causa:tamen inquietudinem effugere. Tyberius nec hoc quidem mo-do putabat:potuit effugere. Nam aliquod postea qui idem rogarent inuenti sunt:quos omnes iussit red-dere in senatu:æris alieni causas:& ita illis certas summas dedit. Non est illud liberalitas:censura est. Auxi lium est principale tributum. Beneficium non est:cuius sine rubore meminisse non possum. Ad iudicem missus sum:ut impetrarem:causam dixi.

P Ræcipiunt itaq; omnes auctores sapientiæ quædā beneficia palam danda: quædam secreto. palā quæ quod sequitur gloriosum est. Vt militaria bona: & honores:& quicquid aliud noticia pul-chrius fit. Rursus quæ non producunt:nec honestiorem faciunt:sed succurrunt infirmitati: æge-stati:ignominiæ:tacitæ danda sunt: Vt nota sint solis quibus prosunt. Interdum & ipse qui iuuatur fallen dus est:ut habeat:nec a quo acceperit sciat.

A Rcesilaus:ut aiunt:amico pauperi:& paupertatem suam dissimulanti:ægro autem:& nec hoc qui dem confitenti deesse sibi in sumptum ad necessarios usus: cum clam succurrendum iudicasset: puluerino eius ignoranti sacculum subiecit:ut homo inutiliter uerecundus : quod si desiderabat in ueritate potius q̄ acciperet. Quid ergo ille nesciet:a quo acceperit? primum nesciat:si hocipsum benefi-cii pars est. Deinde multa alia faciam:multa tribuam:per quæ intelligat & illius auctorem. Deniq; ille ne-sciet accepisse se:ego sciam me dedisse. Parum est inquis:parum si fœnerate cogitas. Sed si dare quo gene-re accipienti maxime profuturum erit dabis:contentus eris te teste. Alioquin non benefacere delectat sed uideri benefecisse. Volo inquis sciat. Debitorem quæris. Volo utiq; sciat. Quid si illi utilius ē nescire si ho-nestius:si gratius:non in aliam partem abibis. Volo ut sciat. Ita tu hominem non seruabis in tenebris. Nō ergo quotiens patitur res:percipiendum gaudium ex accipientis uolūtate. Sin adiuuari illum:& oportet: & pudet si quod præstamus offendit:nisi absconditur beneficium in acta non mitto. Quid ni ego illi sum iudicaturus me dedisse:cum iter prima præcepta:maximæ necessaria sit? ne unq̄ exprobem:immo ne ad moneam quidem. Hæc enim beneficii inter duos lex est. Alter statim obliuisci debet dati:alter accepti nū-q̄. Lacerat animum & præmit frequens meritorem commemoratio.

I Icet exclamare q; ille triumuirali proscriptione seruatus a quodam Cæsaris amico exclamauit: cum superbiam eius ferre non posset. Redde me Cæsari. Quousque dicens. Ego te seruaui:ego te eripui morti. Istud si meo arbitrio memini uita est:si tuo mors est. Nihil tibi debet si me ser-uasti:ut haberes quem ostenderes:quousq; me circunducis:quousque obliuisci fortunæ meæ non sinis. Semel in triumpho ductus essem. Non est dicendum quid tribuerimus. Qui admonet repetit. Non est in standum non est memoria reuocandum:nisi ut aliud dando prioris admoneas. Ne aliis quidem narrare debemus. Qui dedit beneficium taceat:narret qui accepit. Dicetur enim q; illi ubiq; iactanti beneficiū su-um. Non negabis inquit te recepisse:& cum respondisset quando. Sæpe quidem inquit:& multis locis: idest quotiens & ubicunq; narrasti. Quid opus est eloqui? quid alienum occupare officium? Est qui istud facere honestius possit:quo narrante:& hoc laudabiliter quod ipse non narras. Ingratum me iudicas: si istud me tacente nemo sciturus est. Quod adeo non est comitendum:ut etiam siquis coram nobis narra-bit respondendum sit:dignissimus quidē ille est maioribus beneficiis:sed & ego magna uelle me scio om-nia illi præstare:quā adhuc præstitisse. Et hæcipsa non uniuersaliter:nec ea figura qua quidam reiiciunt: quæ magna ad se uolunt attrahære:deinde adiicienda omnis humanitas. perdet agricola quod sparsit: si labores suos destituet in semine. Multa cura sata producunt ad segetem. Nihil in fructum peruenit:quod non a primo usq; ad extremum æqualis cultura prosequitur. Eadem beneficiorum est conditio. Nunqd ulla maiora possunt esse q̄ quæ in liberos patres conferunt? Nec tamen tuta sunt. si infantia deserantur: ni-si longa pietas munus suum nutriat. Eadem cæterum beneficiorum conditio ē:nisi illa adiuueris perdes. Parum est dedisse:fouenda sunt. si gratos uis habere quos obligas:non tantum des oportet beneficia: sed ut ames. Præcipue ut dixi pareamus auribus. Admonitio tedium facit:exprobatio odium. Nihil æque in beneficio uitandum est q̄ superbia. Quid opus arrogantia uultus? quid tumore uerborum? Ipsa res te ex-tollit. Detrahenda est inanis iactatio. Res loquentur nobis tacentibus. Non tantum ingratum:sed inuisū est beneficium superbe datum.

C Aesar dedit uitam Pompeio poeno. Si dat qui non aufert:deinde absoluto & agenti gratias: por-rexit ad osculandum sinistrum pedem:qui excusant eum: & negant id insolentiæ causa factum: aiunt socculum auratum:immo aureum margaritis distinctum ostendere eum uoluisse. Ita pror sus:quid hic contumeliosum est? si uir consularis aurum:& margaritas osculatus est. Et alioquin nullam partem corporis eius electurus q̄ purius oscularetur homo natus in hoc ut mores liberæ ciuitatis persica seruitute mutaret. Parum iudicauit si senator senex submissis honoribus in cōspectu principum supplex sibi:eo moræ subiacuisset:quo uicti hostes uictoribus iacuere. Inuenit aliquid infra genua quo libertatem

detrudcret.Non hoc est rempublicam calcare.Equidem dicit aliquis.Nõ potest ad rem pertinere sinistro
pede parum enim fœde:furiosequ insolens fuerat:qui de capite consularis uiri secatus audiebat:nisi in os se
natoris ingessisset imperator pigros suos.

Superbia magnæ fortunæ.O stultissimum malum:ut a te nihil accipere iuuat:& omnẽ benefici
o in iniuriã cõuertis:ut te oĩa nimia delectãt:ut te oĩa dedecẽt:quoq altius te subleuasti:hoc depres/
sior es.Ostendisq tibi non agnoscere ista bona quibus tantũ inflaris.Quicquid das corrumpis.Li
bet itaq interrogare quid tantopere resupinet.Quid uultũ habitũq oris peruertat:ut malit habere perso
nam q̃ faciẽ.Iucũda sunt quæ humana fronte:& celera:placidaq tribuũtur:quæ cũ daret mihi supior:nõ
exultauit supra me:sed q̃ potuit benignissimus fuit:descẽditq in equũ:& detraxit muneri suo põpã:si ob/
seruauit idoneũ tẽpus:ut in occasiõe potius q̃ in necessitate succurreret.Vno modo persuadebimus ne be
neficia insolẽtia pdãt:si ostẽderimus nõ iõ uideri maiora quæ tumultuosius data sunt:ne ipsos qdẽ ob id
cuiq̃ posse maiores uideri.Vanã eẽ superbiæ magnitudinẽ:& quæ in odium etiã amãda perducat.

Vnt quædã nocitura impetrantibus:quæ non dare:sed negare beneficiũ est . Aestimabimus itaq
s utilitatẽ potius q̃ uoluntatẽ petentiũ.Sæpe enim noxia concupiscimus:nec despicere q̃ perniciosa
sunt licet:quia iudicium interpellat affectus.Sed cũ subsedit cupiditas:animi impetus fragrantis
cũ qui cõsilia fugat cecidit.detestamur perniciosos malorũ numerũ auctores:ut frigida ægris negamus:&
lugẽtibus ac sibi iratis ferrũ:aut amãtibus quicquid cõtra se usuros ardor petit:sic oĩum quæ natura sunt
impense ac submisse:nõnunq̃ etiã miserabiliter rogãtibus perseuerabimus non dare.Tum initia beneficio
rũ suorũ spectare:tũ etiã exitus decet:& ea dare quæ non tantũ accipe:sed etiã accepisse delectet.Multi sunt
qui dicãt scio hoc illi nõ ꝓfuturũ:sed qd faciã rogat:resistere præcibus eius nõ possum.Viderit:de se non
de me quæret.Falsum ẽ:imo de te:& merito:quod ẽ cũ ad mẽtẽ bonã redierit.Cũ accẽsio illa quæ aium in/
flammabat:se remiserit.Quid ni eũ oderit a quo in dãnũ ac periculũ suũ adiutus est? Exorari in pernicẽ
rogantiũ:sæua bonitas est.Quẽadmodũ pulcherrimũ opus est:etiam inuitos nolẽtesq seruare.Ita rogan/
tibus pestifera largiri:blãdũ & effabile odiũ est.Beneficiũ demus:quod usu magis ac magis placeat:quod
nunq̃ in malũ uertat.Pecuniã nõ dabo:quã numeraturũ adulteræ sciã:ne in societate turpis facti:aut con/
silii inueniar.Si potero reuocabo:si munus nõ iuuabo scelus.siue illũ ira quo nõ debebat impellit:siue am
bitionis calor abducit.A tutis non a semetipso uires sibi inferri patiatur.Nec cõmittã ut possit quãdoq di
cere:ille amando me occidit.

Aepe nihil interest inter amicorũ munera:& hostiũ acta.Quicquid illi accidere optant:in id horũ
s intempestiua indulgentia impellit atq instruit.Quid autẽ turpius:q̃(quid euenit frequẽtissime)
ut nihil intersit inter odium & beneficiũ?Nunq̃ in turpitudinẽ uostrã reditura tribuamus.Cum
summa amicitiæ sit:amicum sibi æquare.Vtriq sibi cõsulendũ est.Dabo egenti:sed ut ipse non egeã. Suc
currã perituro:sed ut ipse nõ pereã:nisi si futurus ero magni hominis:aut magnæ rei merces.Nullũ benefi
ciũ dabo:quod turpiter peterẽ.Nec exiguũ dilatabo:nec magna pro paruis accipi patiar . Nã ut qui quod
dedit imputat:gratiã destruit.itaq qui quantũ odiũ ostẽdit:munus suũ nõ cõmẽdat:sed exprobat.Respi
ciendæ sunt cuiq facultates suæ:uiresq.Ne aut plus præstemus q̃ possumus:aut minus . Extimãda ẽ eius
persona:cui damus.Quædã enim minora sunt:q̃ ut exire a magnis uiris debeãt.Quædã accipiẽte maiora
sunt.Vtriusq itaq personã cõfert teipsum inter illas q donabis examina:non quid aut danti graue sit:aut
paucũ.Non quid rursus qui accepturus est:aut fastidiat:aut non capiat.

Rbem cuidã Alexander donabat uesanus:& qui nihil animo nisi grãde cõcepit . Dũ ille cui dona/
u batur seipsum me usus:tanti muneris inuidiã refugisset:dicẽs nõ cõuenire fortunæ suæ . Nõ quæ
ro inquit quid te accipere deceat:sed quid me dare.Animosa uox uidet:& cũ regia sit : est stultissi/
ma.Nihil enim pro se quenq̃ decet.Refert quid:cur:quãdo:quare:ubi:& cætera.sine quibus facti ratio nõ
constabit.Tumidissimum animal si illũ accipere hoc non decet:nec te dare.habetur personarũ ac dignita/
tũ proportio.Et cũ sit ubiq uirtutis modus.æque peccat quod excedit:q̃ quod deficit.Liceat istud sane ti
bi:& te intantum fortuna sustulerit:ut coniugia tua urbes sint:quas quãto maioris animi fuit non capere:
q̃ spargere.Est tamẽ aliquis minor:q̃ in sinu eius condenda est ciuitas.

B Antigono Cinicus petiit talentũ.Respõdit plus eẽ:q̃ quod Cinicus petere deberet.Repulsus pe
a tit denariũ.Respõdit minus esse:q̃ qd regẽ deceret dare.Turpissima ẽ eiusmodi cauillatio . Inuẽit
quõ neutrũ daret.In denario regẽ:in talẽto Cinicũ respexit.Cum posset & denarium tanq̃ Cinico
dare:& talentum tanq̃ rex.Vt sit aliquid maius q̃ quod Cinicus accipiat.Nihil tã exiguũ est quod non ho/
neste regis humanitas tribuat.Si me interrogas probo.Est enim intollerabilis res poscere nũmos:& con/
temnere.Indixisti pecuniæ odiũ:hoc professus es.Hanc personã induisti:agenda est.Iniquissimum ẽ te pe/
cuniam sub gloria egestatis acquirere.Aspicienda ergo non minus sua cuiq persona ẽ:q̃ eius de quo iudi
do quis cogitat.Volo Chrysippi nostri uti similitudine de pilæ lusu:quam cadere non ẽ dubium:aut mit
tentis studio aut accipientis.Tunc cursum suum seruat:ubi inter manus utriusq apte ab utroq & iactata
& excepta uersatur.Necesse ẽ autem lusor bonus:aliter cum lusori longo:aliter breui mittat.Eadem bene
ficii ratio est:nisi utriq personæ:dantis & accipientis aptat.Nec ab hoc exibit:nec ad illum perueniet ut de
bet.Sicut exercitatio & docto negocium ẽ:Audacius pilam mittemus.utcunq enim uenerit manus illã ex
pedita & agilis repercutiet.Si cũ tyrone & idocto nõ tã rigide:nec tã excusse:sed languidius & ipsam eius
dirigẽtes manũ:remisse occurremus.Idẽ faciendũ est in beneficiis.Quosdã doceamus:& satis iudicemus
si conãtur:si audẽt:si uolũt.Facimus autẽ plærunq ingratos:& ut sicut fauemus tanq̃ ita demum magna

sint beneficia nostra:si gratia illis referri nõ potuit.ut malignis cursoribus propositũ ẽ:cum lusore traducere:cũ dãno scilicet ipsius lusus qui nõ põt nisi cũ sentitur extẽdi.Multi sunt tam prauæ naturæ:ut malit perdere quæ præstiterũt:q̃ uideri recepisse:superbi & imputatores.Quãto melius:quãtoq; humanius id agere:ut illis quoq; partes suæ constent:& fauere ut gratia sibi referri possit:benigne omnia interprætari gratias agente:nec aliter q̃ si referat audire præbere se facilẽ.Ad hoc ut quẽ obligauit ẽt exolui uelit.Male audire solebat fœnerator si acerbe exigit:æque si in recipiendo tardus ac difficilis moras quærit.Beneficium tam recipiendum est:q̃ non exigendum.Optimus ille qui dedit facile:nunq̃ exiget.Reddi gauisus est bona fide quid præstitisset oblitus:qui accipientis animo recipit.

q Vidã nõ tãtũ dãt beneficiũ supbe:sed etiã accipiũt.quod nõ est cõmittẽdũ. Iã enĩ trãseamus ad aliã partẽ:tractaturi quõ se gerere hoĩes in accipiendis beneficiis debeãt.Quodcũq; ex duobus constat officiũ:tantũdẽ ab utroq; exigit:Qualis pater esse debeat cũ inspexeris scies non minus operis illic superesse:ut despicias qualẽ esse oportuerit filiũ.Sũt aliquæ partes mariti:sed non minores uxoris. Inuicẽ ista quãtũ exigũt præstãt:& parẽ desiderãt regulã:quæ ut ait Hecaton:difficilis est. Omne enĩ honestũ in arduo est:etiã quod uitiũ honesto est.Nõ enĩ tantũ fieri debet:sed ratione fieri.Hac duce per totã uiã eundum est.Minima maximaq;:ex huius cõsilio gerenda sunt:quomodo hæc suaserit dandũ.Hæc ãt hoc primũ censebit:nõ ab oĩbus accipiendũ.A q̃bus ergo accipiemus?ut breuiter tibi respõdeã : Ab his q̃dẽ q̃bus dedisse uideamur:Nõ etiã maiore delictu quærẽdũ est cui debeamus:q̃ cui præstemus.Nã ut nõ sequãtur ulla incõmoda plærũq; subsequunẽ etiã plurima.Graue tormẽtũ est debere cui nolis. Cõtra iucũdissimũ est ab eo accepisse beneficiũ quẽ amare etiã post iniuriã possis:ubi amicitiã alicui iucũdã eã fecit & iustã. Illud uero homini uerecũdo & promo miserrimũ est:si cũ amare oportet quẽ nõ iuuat.Totiẽs admoneam necesse est nõ loqui me de sapientibus:quos quicquid oportet iuuat:qui animum in potestate habent : & legem sibi quam uolunt dicunt:& quod dixerunt seruãt. Se de imperfectis hominibus honestam uitam seq uolentibus:quorum affectus sæpe contumacitet parent.

i Taq; eligẽdus est a quo beneficiũ accipiã.Et q̃dem diligẽtius quærẽdus beneficii:q̃ pecuniæ creditor.Huic enĩ reddẽdũ ẽ quãtũ accepi:& si reddidi solutus sum ac liber.At illi plus soluẽdũ ẽ: & nihilominus etiã relata gratia cohæremus.debeo enĩ cũ reddidi rursus incipere : manetq; amicitia nõ recipere indignũ.Sic ne in beneficiorũ quidẽ sacratissimũ ius ex quo amicitia orit̃.Nõ semp inquit mihi licet dicere uolo.Aliquãdo beneficiũ accipiẽdũ est:& inuito.Dat tyrãnus crudelis & iracundus:qui munus suũ fastidire te:iniuriarũ iudicaturus est.Nõ accipiamur.Eodẽ loco latronẽ pone piratam : regẽ aĩum latronis ac piratæ habentẽ.Quid faciã?Parũ dignus est cui debeã.Cũ eligẽdus cui debeas: uim maiorẽ & metũ excipio:quibus adhibitis electio perit:si liberũ est tibi.Si arbitrii tui est utrũ uelis:an nõ : id apud te ipse perpẽdes.Si necessitas tollit arbitrium scies te nõ accipere:sed parcere.Nemo in id accipiendo obligat quod illi repudiare nõ licuit.Si uis scire an uelim:effice ut possim nolle.Vitã tamẽ tibi dedit.Nõ refert q̃d sit quod datur:nisi a uolente uolẽti detur.Si seruasti me.nõ ideo seruator es.Venenum aliquando pro remedio fuit:non ideo numeratur inter salubria.Quædam prosunt:nec obligant.

c Vber quidã tyrãni gladio diuisit:qui ad eũ occidendũ uenerat.Nõ ideo illi tyrãnus gratias ægit:q; rem quã medicorũ manus reformidauerant:nocendo sanauit.Vides nõ omne magnum in ipsa re momentũ.Quoniã nõ uidetur dedisse beneficiũ:qui malo animo profuit.Casus enĩ nõ beneficiũ est hominis iniuria.Leonem in amphitheatro spectauimus:q unum a bestiariis agnitũ:cũ q̃dam eius fuisset magister protexit ab impetu bestiarũ.Nõ ergo est beneficiũ ferre auxiliũ?Minime:quia nec uoluit facere:nec benefaciendi animo fecit.Quo loco ferã posui tyrãnum pone.Et hic uitã dedit:& illa.Nec hic:nec illa beneficium.Quia non est beneficium accipere cogi.Non est beneficiũ debere cui nolis.Ante des oportet in arbitrium mei deinde beneficium.

d Isputari de Marco Bruto solet:an debuerit accipere a diuo Iulio uitã:cum occidendũ eum iudicaret.Quã rationẽ in occidendo secutus sit alias tractabimus.Mihi enĩ cũ uir magnus fuerit in aliis: in hac re uidet̃ uehemẽter errasse.nec ex ĩstitutione stoica se ægisse:qui aut regis nomen extimuit: cũ optimus ciuitatis status sub rege iusto sit.Aut ibi sperauit libertatẽ futurã : ubi tã magnũ p̃miũ erat: & imperandi:& seruiendi.Aut extimauit ciuitatem in priorẽ formã posse reuocari amissis pristinis moribus:futuramq; ibi æqualitatem ciuilis iuris:& staturas suo loco leges:ubi uiderat tot milia hominum pugnantia:nõ iã seruirẽt seruituti.Quãta uero illũ aut rerũ naturæ:aut urbis suæ tenuit obliuio:qui uno interẽpto defuturũ credidit alium q̃dem ueller:cũ Tarquinius esset inuentus post tot reges:ferro ac fulminibus occisos.Sed uitã accipere debuit:ob hoc tamẽ non habere illũ parentis loco:qui unius dãdi beneficii iniuria uenerat.Non enim seruauit is qui non interfecit:nec beneficium dedit:sed missionem.

i Llud magis uenire ĩ disputationẽ potest:aliquando q̃d faciẽdum sit captiuo:cui redemptionis p̃cium hõ prostituti corporis & ĩfamis repromittit. Patiar me ab impuro seruari.Seruatus deniq; quã illi grãm referã?Viuã non obscuro.Non uiuã cũ redemptore.Quid ergo placeat dicam? Etiam ab aliquo tali accipiam pecuniã:quã pro capite dependam.Accipiã autẽ tanq̃ creditũ:nõ tanq̃ beneficiũ Soluã illi pecuniã:& si occasio fuerit seruãdi:periclitãtẽ seruabo.In amicitiam quæ similes iungit nõ descẽdã.Nec seruatoris illũ loco numerabo:sed fœneratoris consciẽtia reddendum quod accepi.Est aliquis dignus a quo beneficiũ accipiã:sed tanti nociturũ est.ideo nõ accipiã . Quia ille paratus est mihi cum incommodo:aut ẽt periculo suo prodesse.defensurus est me reum.sed illo patrocinio regẽ sibi est facturus inimicum.Inimicus sic cũ ille pro me periclitari uelit.Ego q̃d facilius est nõ facio:ut sine illo pericliter.

Neptū & friuolū hoc Hecaton ponit exēplū Arcesilai:quē ait a filio familiæ ablatā pecuniā nō ac-
i cepisse:ne ille patrē sordidū offenderet.Quid fecit laude dignū:quod furtū non recepit?quod ma-
luit nō accipe:q̄ reddere?Quæ est enī alienā rē nō accipe moderatior. Si exemplo magni aī opus
est ut utamur .Grecini Iulii uiri egregii:quē Xerxes occidit ob hoc unū ꝗ melior uir erat q̄ eē quenq̄ tyrā-
no expediret.Is cū ab amicis cōferētibus ad īpensam ludoꝝ pecunias acciper:magnā pecuniā a Fabio persi
co missam nō accepit.Et obiurgātibus his qui nō extimabāt mittētes:sed missa ꝗ repudiasset.Ego igt ab
eo beneficiū accipiā a quo propitiationē accepturus nō sum.Cūq; illi Rebilus cōsularis homo eiusdē īfa-
miæ maiorē summā misisset:instaret ut accipi iuberet.Rogo inqt ignoscas:& a persico nō accepi.

Trū hæc munera accipere est:an senatū legere?Cū accipiendū iudicauerimus hilares accipiamus
u profitentes gaudiū:& id danti manifestū sit:ut fructū præsentē capiat.Iusta enī causa lætitiæ est:
lætū amicū uidere.Iustiore fecisse:q̄ grate ad nos peruenisse iudicemus effusis effectibus ꝗ nō ipso
tamen audiente:sed ubiq; testemur.Qui grate beneficiū accipit:primā eius pensionē soluit.

Vnt qdam qui nolunt nisi secrete accipere:testē beneficii & consciūt uitāt:quos scias licet male co
s gitare:quō danti intantū producenda noticia est muneris sui:inq̄tum dilatatū est cui datur.Ita ac-
cipienti adhibēda cōcio est.Quod pudet debere:ne acceperis.Quidā furtiue agūt gratias:& in an-
gulo:& ad aurē.Nō est ista uerecundia : sed īficiandi genus.Ingratus est qui remotis arbirriis agit gratias.
Quidā uolūt nomina secū fieri:nec interponi pararios:nec signatores aduocari:nec chirographum dare.
Idem faciunt:qui dant operā:ut beneficiū in ipsos collatū:q̄ ignotissimū sit.Verenť palā forte ut sua poti-
us uirtute:q̄ alieno adiutorio cōsecuti dicanť.rariores in eoꝝ officiis sunt quibus iā aut dignitatē debēt.
& dum opinionem dicentium timent:grauiorem subeunt ingratorum.

Lii pessime loquunť de optimæ meritis.Tutius est quosdā offendere: q̄ demeruisse.Argumentū
a est nihil debentiū:odio quærūt.Atq; nihil magis præstandū est:q̄ ut memoria nobis meritorum
ægeat:quæ subinde reficienda est:quia nec referre pōt gratiā:nisi qui meminit.Nec delirare acci-
pientium est.nec submisse & humiliter.Nā qui negligēs est in accipiēdo:cum omne beneficiū recēs pate-
at:quid faciet cum prima eius uoluptas restrinxit?Alius accepit fastiose tanq̄ qui dicat:non quidem mihi
opus est:sed quia tam ualde uis faciam tibi mei potestatē.Alius supine:ut dubiū præstāti relinquat an sen
serit.Alius uix labra deduxit:& ingratior q̄ si tacuisset fuit.Loquendū pro magnitudine rei impensius : &
illa adiicienda:pluris q̄ putas obligasti.Nemo enī gaudet beneficiū suū latius parere.Nescis qd mihi præsti
teris:sed scire te oporter:quāto plus sit q̄ extimas.Statim gratus est qui se onerat.Nunq̄ tibi grām referre
potero.Illud certe non desinam ubiq; confiteri:me referre non posse.

Vllus magis Cæsarē Augustū demeruit:& ad alia īpetranda facilē sibi reddidit.Furniūs:q̄ ꝗ cum
n Petri Antoninas partes secuto:ueniā impetrasset dixit:Hanc unā Cæsar habeo iniuriā tuam : effe-
cisti ut uiuerem:& morerer ingratus.Quid est tam grati animi:q̄ nullo modo sibi satisfacere?nec
ad spem qdem exequēdi nunq̄ beneficii accedere.His atq; eiusmodi uocibus agamus:ut uolūtas nō late-
at:sed aperiať ut luceat.Verba cessent licet:si quēadmodū debemus affecti sumus conscientia eminebit in
uultu.Qui gratus futurus est:statim dū accepit de reddendo cogitet.Chrysippus qdem dicit illud : uelut
in certamē cursus cōpositū:& carceribus iclusum:& operire debere suū tēpus:ad quod uelut dato signo ꝓ
siliat.Et qdem magna illi celeritate opus est:magna cōtentione:ut consequatur antecedentem.

Idendū est nunc quid maxime faciat ingratos:aut nimiū sui suspectū:& īsitū mortalitati uitiū . Se
u suaq; mirandi:aut auiditas inuidia.Incipiamus a primo.Nemo nō benignus est sui iudex.Inde ē
ut omnia meruisse se extimet:& īsolutū accipiat:nec satis pro suo prætio se extimatum putet: nec
dicat.Hoc mihi dedit:sed q̄ sero:sed post quod labores.Quanto consequi plura potuissem:si illum aut il-
lum:aut me colere maluissem.Non hoc speraueram.In turbam coniectus sum:tam exiguo dignum me
iudicauit:honestius præterire fuit.

Vando Lentulus augur:diuitiaꝝ maximū exemplū:anteq̄ illū libertini pauperē facerēt : hic qua-
q ter miles sestertiū suum uidit.proprie dixi.Nihil enī amplius uidit:q̄ ingenii sui sterilis tam pusil
li.Cum enī esset auarissimus:nūmos citius emittebat q̄ uerba:tanta illi inopia erat sermonis . Hic
cū omnia incrementa sua diuo Augusto deberet:at quē attulerat pauptatē:sub onere nobilitatis laborā-
tem princeps iam ciuitatis:& pecunia:& gratia:subinde Augusto solebat queri:dicēs a studiis se abductū.
Nihil tantum in se congestū esse:q̄ perdidisset reddita eloquētia.At illi inter alia hoc quoq; diuus Augu-
stus præstiterat:ꝗ illū derisum a labore irrito liberauerat. Nō patitur auiditas quenq̄ esse gratum.Nunq̄
enim īprobæ spei quod datur satis est.Et maiora cupimus:quo maiora uenerūt.Multoq; concitatior est
auaritia:in magnaꝝ opum congestu collocata.Vt flaminæ īfinitæ acrior uis est : quo ex maiore incendio
emicuit.Aeque ambitio nō patitur quenq̄ in ea mensura honoꝝ conquiescere:qua quidam eius fuit im-
pudens uotū.Nemo agit de tribunatu gratias:sed quæritur ꝗ nō est ad præturā usq; perductus.Nec hæc
grata est si deest consulatus Nec hoc quidē faciat:si unus est ultra se.Cupiditas porrigit:& fœlicitatē suam
non intelligit.Quia non unde uenerit respicit:sed quo tendat.Omnibus his uehementius:& importuni-
us malum est inuidia:quæ nos inquietat:dum comparat.hoc mihi præstitit:sed illi plus : sed illi maturi
us:& deinde nullius causam agit:contra omnes sibi fauet.

Vāto est simplicius:quāto prudētius beneficiū acceptū augere scire.neminē tāti ab alio quāti a se
q ipso extimari.plus accipe debuisset:sed illi facile nō fuit plus dare.In multos diuidēdo liberalitas
est.Hoc initiū est boni:cōsulamus:& aīum eius grate excipiendo euocemus.Paꝝ fecit:sed sæpius

faciet. Illū mihi prætulit:& me multis. Ille non est mihi par uirtutibus:nec officiis:sed habuit suā ueneré: Quæ rēdo non efficiā:ut maioribus dignus sim:sed ut datis indignus. Plura illis hoībus turpissimis data sunt. Quid ad rē:q raro fortūa iudicat. Quotidie qrimur malos eē fœlices. Sæpeq; agellos pessimi cuiusq; trāsierant:optimoꝝ uiroꝝ segeté grādo percussit. Fert forté suā quisq;:ut i cæteris rebus:ita in amicitiis. Nullū est tam plenū beneficiū quod nō uellicare malignitas possit. Nullū tam angustum quod non bonus interpres extendat. Nunq̄ deerunt causæ q̄rendi:si beneficia a deteriore parte spectaueris.

Ide q iniqui sunt diuinoꝝ muneꝝ extimatores. Et quidē professi sapientiā quærunt:q nō magni
u tudine corporis æquemus elephātes:uelocitate ceruos:leuitate aues:impetu tauros:q solidior sit cutis beluis:detentior damnis:depressior ursis:mollior fibris:q sagacitate nos narium canes uincant:q acie luminū aquilæ:spatio ætatis coruus:multa animalia nandi fœlicitate. Et cum quædā nec colere qdem i id natura patiatur:ut uelocitatē corpoꝝ:& uires pares aīalibus habeamus:ex diuersis ac dissidētibus bonis:hominē non esse cōpositum:iniuriā uocant. Et in negligentes nostri deos q̄rimoniam iaciūt: q non bona ualitudo:etiā uirtus inexpugnabilis data sit:q non futuri scientia. Vix sibi temperant qui eo usq; imprudentiæ prouehantur:ut naturā oderint:q infra deos sumus:q nō in æquo illis stetimus. Quāto satius est ad contemplationem tot tantorūq; beneficiorum reuerti:& agere gratias : q nos in hoc pulcherrimo domicilio uoluerunt secula sortiri:q terrenis præfecerūt. Aliquis ea animalia comparat nobis: quoꝝ potestas pœnes nos est. Quicqd nobis negatū est dari nō potuit:Proinde quisquis es inqs extimator sortis humanæ:cogita quanta nobis tribuerit parens noster:quanta ualentiore animalia sub iugū misérimus:quanto ue lociora sequamur. Quā nihil sit mortale:non sub ictu nostro positum. Tot uirtutes accepimus:tot artes. Aium deniq; cui nihil non eodē quo intendit momento paruum est:syderibus uelociorem:quoꝝ post multa sæcula tututos cursus antecedit. Tātū deniq; frugum:tantū opum:tantū reꝝ aliaꝝ super alias aceruataꝝ. Circumeas licet cūcta:& quia nihil totū inuenies:q esse te malles : ex oībus singula excerpas:quæ tibi dare uelles. Ita breue extimata uere indulgentia:ut confitearis necesse est:in delitiis te fuisse. Ita & charissimos nos habuerunt dii immortales:habentq;. Et quis maximus tribui honos potuit ab ipsis:proximos nos sibi collocauerunt. Magna accepimus. Maiora non debuimus.

Aec mihi Liberalis necessaria credidi ut elicerē:& quia loquēdum aliquādo de magnis beneficiis
h erat:cum de minutis loqueremur:& quia ide manat enim huius detestabilis uitii audacia cui.n. respondebit grate:quod munus extimabit magnum:aut reddendum:qui summa beneficia spernit: Cui salutem: Cui spiritum debebit: qui uitā accepisse se a diis negat:quā quotidie ab illis petit. Qui cunq; ergo gratos esse docet:& hominum causam agit:& deoꝝ quibus nullius rei indigentibus positis extra desiderium referre nihilominus gratiam possumus. Non est q quisq; excusationem mētis ingratæ ab infirmitate atq; inopia erat & dicat. Quid eni faciā:& quō: quādo supioribus dominisq; reꝝ oīum gratias referā: Referre grām facile est. Si auarus es sine ipendio si in ea opera. Eodē qdem momēto quo obligatus es:si uis cū quolibet paria fecisti:quoniā qui libenter beneficium accipit:reddidit.

Oc ex paradoxis stoicæ sectæ minime mirabile:ut mea fert opinio:aut incredibile est:eum qui li-
h benter accipit:beneficiū reddidisse. Nam cū oia ad casum referamus:fecit quisq; quātum uoluit. Et cum pietas:fides:iustitia:omnis deniq; uirtus inter se perfecta sit:etiā si illi manū exercere noluit:gratus pōt etiā homini esse uoluntate. Quotiēs quod proposuit quisq; cōsequetur:capit opis sui fructū. Qui beneficiū dat:quid proponit: Prodesse ei cui dat ex uoluntate supra esse:si quod uoluit effecit. peruenitq; ad me animus eius:ac in utro gaudio effecit. Tulit quod petiit. Nō est enim sibi inuicē:aliquid reddi uoluit:aut non fuit beneficium:sed negociatio. Bene nauigauit:q quē destinauit:positū tenuit. Teli iactu certe māus peragit officiū si petita percussit. Beneficium q dat:uult excipe grate. Habet quod uoluit si bene acceptū est:si sperauit emolumentū aliquod:nō fuit hoc beneficiū:cuius propriū ē nihil de reditu cogitare. Quod accipiebā:eo animo accepi quo dabat:reddidi. Alioquin pessima optimæ rei cōditio est. Vt gratus:sim ad fortunā mittor. Si illa inuita respōdere nō possum:sufficit animus animo. Quid ergo: Nūqcquid potero:& faciā & reddā:& tēpoꝝ reruq; occasionem sequar:& eius sinū cupiā a quo aliqd accepi: Sed malo loco beneficium est:nisi & excussis manibus esse gratum licet.

Vi accepit inquit beneficiū:licet a io benignissimo acciperet : nondum consumauit officium suū.
q Restat enim pars reddendi. Sicut in lusu est aliquid pilam iacere:ac diligenter excipere. Sed non dicitur bonus lusor:nisi qui apte & expedite remisit quam acceperat. Exemplum hoc dissimile est. Quare: qa huius rei laus in corporis motu est:& in agilitate:non in animo. Explicari itaq; totum debet: de quo oculis uideatur. Nec tamen ideo non bonum lusorem dicam:qui pilam ut oportebat exciperat:sed per ipsum mora quominus remitteret: nō fuit. Sed quis inquit arti ludentis nihil desit:quia partem qdē fecit:sed & partem quam non fecit potest facere. Ludus ipse imprefectus est:qui & consumit uicibus mittendi ac remittendi. Nolo diutius hic refellere. Extimemus ita esse. Desit aliquid lusui:non lusori. Sic & i hoc de quo disputauimus:deest aliquid rei datæ:cui pars alia debetur non animo. Qui animum parē sibi nactus est:qtum in illo est:quod uoluit efficit.

Eneficiū mihi dedit. Accepi nō aliter q̄ ipse accipi uoluit. Iā habet quod petit:& quod unū petit. er-
b go gratus sum. Post hæc usus mei restat:& aliqd ex hoie grato commodo. Hæc nō iperfecti officii reliqua pars est:quod pfecti accessio facit. Videas statuā. Alius est fructus artis:alius artifex. Artis est fecisse quod uoluit. Artificis fecisse cum fructu perfecit opus suum:uideas ēt sed non uendidit. Triplex est illi fructus operis sui. Vnus conscientiæ : hunc absoluto operæ percipit. Alter famæ. Tertius utilitatis:

quē allatura est:aut gratia:aut uenditio:aut aliqua cōmoditas.Sic beneficii fructus primus ille cōscīētia.
Hunc pcipit qui quo uoluit munus suū pertulit.Secundus est:& famæ:& eorū præstari inuicē possunt.
Itaq; cū benigne acceptū est:beneficiū est:ipsum quidem bene accipiendo persolui.

Vid:ergo retulit gratiā:qui nihil fecit:Inquid primū fecit bono animo:bono obtulit:& quod est
q amicitiæ exequon.Post deinde aliter beneficiū:aliter creditū soluerit.Nō est q expectes ut solutio
nem tibi ostēdā:res inter animos gerit.Quod dico nō uidebit duræ:quāuis primo cōtra opinio
nem pugnet tuā:si te cōmēdaueris mihi:& cogitaueris plures esse q̄ uerba.Ingēs copia est rerū sine nomi
ne:quas nō propriis appellationibus notamus:sed alienis cōmodatis:quia pedē & nostrū dicimus:& lecti
& ueli:& carminis Canē:& uenaticū:& marinū:& sidus:Quia non sufficimus ut singulis singula assigne
mus:quotiēs opus est mutuamur.Fortitudo est pericula iusta cōtēnens:aut scientia periculorū repellēdo
rum:excipiendorū:prouocādorū.Dicimus enī tamē & gladiatorē fortē uirū & seruū nequā: quē in contē
ptum mortis temeritas impulit.Parsimonia est sciētia uitandi sumptus supuacuos.Vrars re familiari mo
derate utendi:parcissimorū tamē hominē uocamus pusilli animi & cōtracti.Cū in infinitū iterstitiū inter mo
dum & angustias.Hæc alia sunt natura.Sed efficit iopia sermonis ut:& hunc & illū parcū uocemus:ut &
ille fortis dicatur cū ratione fortuita despiciens:& hic sine ratione in pericula excurrens.Sic beneficiū est:
& actio ut diximus beneficia:& ipsum quod datur per illā actionem:ut pecunia:domus prætexta. Vnum
utriq; nomen est.uis quidem ac potestas longe alia.

Taq; attende.iā intelligis:nihil me q opinio tua refugiat dicere:illi beneficio quod actio perficit
t relata gratia est:si illud beniuole excipimus.Illud alterū quod in re cōtinetur:nōdū reddidimus:&
uolumus reddere.Voluptati uoluptate satisfecimus:rei rem debemus.Itaq; quāuis retulisse illū
gratiā dicamus:qui beneficiū libēter accepit.iubemus tamē aliquid simile ei quod accepit reddere. A con
suetudine quædā quæ dicimus abhorrent.Deinde alia uia ad cōsuetudinē redeūr.Negamus iniuriā acci
pere sapiētē:tamē qui illū pugno percusserit:iniuriarū dānabitur.Negamus rem stulti esse:& tamē eū qui
rem aliquā stulto surripuerit:furti condēnabimus.Insanire oēs scilicet stultos dicimus.Nec tamen oēs cu
ramus heleboro.His ipsis quos uocamus isanos:& suffragium:& iurisdictionē cōmittimus. Sic dicimus
eum qui beneficiū bono animo accepit:gratiā rettulisse.Nihilominus illū in ære alieno relinquimus:gra
tiam relaturū:etiam cū reddiderit:exhortatio est illa non inficiatio beneficii:timeamus ne uel intollerabi
li sarcina depressi deficiamus.Animo bono mihi donata sunt:& fama defensa:detractæ sordes spiritus:&
libertas potior spiritu:& quomodo referre gratiā potero:quando ille ueniet dies:quo illi animum nostrū
ostendam:Hic ille ē quo ipse suū ostēdit.Excipe beneficiū:amplexare:gaude:nō q accipias:sed q reddas:
debiturus sis.Nō adibis iam magnæ rei periculū:ut casus ingratū facere te possit. Nullas tibi proponam
difficultates.Ne despondeas animo.Ne laborum ac longe seruitutis expectatione deficias. Non differo te
de præsentibus fiat.Nunq̄ eris gratus:nisi statim sis.Quid ergo facies:Nō arma sumenda sunt:& fortasse
erunt.Non maria emetienda:fortasse etiam uentis minantibus solues.Vis reddere beneficium:Benigne
accipe:Rettulisti gratiam:non ut soluisse te putes:sed ut securior debeas.

Explicit liber secundus de beneficiis.

Lucii Annei Senecæ liber tertius de beneficiis incipit.


On referre beneficiū:nec beneficiis grām:& est turpe:& apud omnes habet.Eburti Libe
ralis.Ideo de igratis etiā igrati quærunt.Cum iterim hoc oibus hæret qd oibus displicet:
adeo q in cōtrariū itur:ut quosdā habeamus isestissimos:nō pōt beneficia tātū: sed pp̄ter
beneficia.Hæc prauitate naturæ accidere qbusdā non negauerim pluribus:qa memoriā te
pus iterpositū subduxit.Nā q̄ recentia apud illos uiguerūt:ea iteriecto spatio obsole scūt.De
qbus fuisse mihi tecū disputationē scio.Cū tu illos nō igratos:sed oblitos.Tāq̄ ea res igratū
excuset:quæ fecit.Aut quia hoc accidit alicui nō sit igratus:cū hoc non accidat nisi ingrato.Multa sunt ge
nera igratorū:ut furū:homicidarū:quorū una culpa est:cæterū in partibus uarietas magna.Ingratus q bene
ficium accepisse se negat quod accepit.Ingratus est qui dissimulat.Ingratus q non reddit.Ingratus oium q
oblitus est.Illi enī si non soluunt:tamē debēt.& extat apud illos uestigiū certe meritorū:itra malam cōsce
tiā cōclusorū.Et aliquando ad referendā grām cōuerti ex aliqua causa possunt:si illos pudor admōuerit:
si subita honestæ rei cupiditas:qualis solet ad tēpus:etiā in malis pectoribus exurgere:si inuitauerit facilis
occasio.Hic nunq̄ fieri gratus potest:cui totū beneficiū elapsum est.Et utrū tu peiorē uocas:apud quē gra
tia beneficii intercidit:an apud quem ēt memoria:Vitiosi oculi sunt:q lucem reformidant:cæci qui nō ui
dent.Et parentes suos non amare ipietas est.Non agnoscere insania.Quis tam ingratus est:q̄ qui quod in
prima parte animi positum esse debuit:& semper occurere:ita seposuit & abiecit:ut in ignorantiam uerte
retur:Apparet illum non sæpe de reddendo cogitasse:cui obtexit obliuio.

Eniq; ad reddendā grām:& uirtute opus est:& tēpore:& facultate:& aspirante fortuna.Qui me
d minit sine ipendio gratus est.Hoc quod nō operā exigit:nō opes:nō fœlicitatem:qui nō præstat
nullū habet quo lateat patrociniū.Nunq̄ enī uoluit gratus esse:qui beneficiū tam lōge proiecit: ut
extra cōspectū suū poneret.Quēadmodū quæ in usu sunt:& manū quotidie tactūq; patiunt:nunq̄ pericu
lum situs adeunt.Illa quæ ad oculos nō reuocant:sed extra cōuersationē:ut superuacua iacuerunt: sordes
ipsa colligunt uetustate.Ita quicquid frequens cogitatio exercet ac renouat:memoriæ nunq̄ subducitur:
quæ nihil perdit:nisi ad quod sæpe non respexit.

p Ropter hanc causam aliæ quoq; sunt:quæ nobis merita nōnunq̄ maxime uelant. Pria a communi

potissima:q; nouis semp cupiditatibus occupati:nõ qd habeamus:sed quid petamus ispicimus. nõ id qd est:sed quod appetitur itenti. Quicqd eni domi est:uile est. sequr autẽ ut ubi quod acceperis leue: nouo cupiditas fecit. Auctor quoq; eo nõ sit in præcio. Amauimus aliquẽ & suspeximus:& fundatũ ab illo sta tum nostr professi sumus:quãdiu nobis placebãt:ea quæ cõsecuti sumus. Deide irrũpit aium aliorũ ad miratio:& ad ea ipetus factus est:uti mortalibus mos est ex magnis maiora cupiẽdi. ptinus excidit: quic quid ante apud nos beneficiũ uocabat. Nec ea ituemur:quæ nos aliis præposuere:sed ea sola quæ fortuna præcederiũ ostentat. Nõ põt autẽ quisq iuidere & gratias agere. Quia iuidere qrẽtis & mœsti est. Gratias agere uero gaudentis. Deide qa nemo nostrum nouit:nisi id tempus quod eum maxime transit. Ad præ terita rari aium retorquent. Sic fit ut præceptores eorumq; beneficia itercidant:qa totam pueritiam relin qmus. Sic fit ut in adolescentiã nostrã collata pereãt:qa ipsa nunq̃ retractant. Nemo quod fuit tanq̃ i præ tertio:sed tanq̃ in perdito ponit. Ideoq; caduca memoria est futuro iminentium.

h Oc loco reddẽdũ est Epicuro testimonium:q assidue quærit:q; aduersus præterita sumus igrati: q; quæcunq; percepimus bona:non in memoriã reducamus:nec iter uoluptates numeremus. Cũ certior nulla sit uoluptas:q quæ iã eripi nõ põt. Præsentia bona nondũ tota isolido sunt. potest illa casus aliquis icidere. Futura pendẽt:& icerta sunt. Quod præterierit iter tuta sepositũ est. Quõ gratus qsq̃ esse aduersus beneficia põt:q omnem uitã suã trãstulit? Præsentium uel ituitus ac præteritor memoria gratum facit. Memoriæ minimum tribuit:quisqs spei plurimum.

desse:& mihi cogitauit prodesse. Eram enim gallus:& me etiam si non mea:publica tamen uota compræ
hendit. Deinde ego quoq; illi non tanq̃ proprium debebo:sed commune munus ex populo non tanq̃ pro
me soluam:sed tanquã pro patria conferam.

Iquis patriæ meæ pecuniã credat:nõ dicã me illius debitorẽ:nec ex hoc æs alienũ ꝓfitebor: aut cã/
s didatus:aut reus:ad exoluendũ tamẽ hoc:portionẽ meã dabo. Sic istius numeris quod uniuersis
daẽ:debitorẽ me nego:qa qdem dedit:sed nõ pp me:& mihi qdẽ:sed nesciẽs an mihi daret. Nihi/
lominus aliqd mihi depẽdendũ sciam:qa ad me quoq; circuitu lõgo peruenit. Propter me factũ debet esse
quod me obliget. Isto inquit modo:nec lunæ:nec soli quicq̃ debes. Nõ.n.pp me mouẽtur:sed cũ i hoc mo
ueanẽ:ut uniuersa conseruent:& pro me mouentur. Vniuersoꝝ enĩ pars sum. Adiice nũc:q nostra & ho/
rũ cõditio dissimilis est. Nã qui mihi prodest ut pro me prosit & sibi. Non dedit beneficiũ:quia me instru
mẽtum utilitatis fecit. Sol aũt & luna etiam si nobis ꝓsunt sua causa:non in hoc tamen prosunt: ut p nos
prosint sibi. Quid enim nos conferre illis possumus?

Tiã inqt solẽ ac lunã nobis uelle prodesse:si nolle potuerint. illis aũt non licet:nõ moueri. Ad sum/
e mã consistãt & opus suũ intermittãt. Hoc inde quod modis refellaẽ. Non ideo minus uult q non
potest nolle. Ergo magnũ argumẽtũ est firmæ uoluntatis. Et ne mutari qdẽ posse uir bonus non
põt:nõ facere qđ facit. Nõ.n. erit bonus si nisi fecerit. Ergo nec bonus uir beneficium dat. quia facit qđ de
bet. Præterea multũ interest utrum dicas. Nõ põt hoc nõ facere:qa cogiẽ an nõ põt nolle. Nam si necesse ẽ
illi facere:nõ debeo ipsi beneficium:sed cogẽti. Si necesse est illi uelle:ob hoc qa nihil melius qđ uelit: ipse
cogit. Itaq; quod tanq̃ coacto non deberẽ:tanq̃ cogẽti debeo. Desinant inquit uelle. Hoc loco tibi occurrat.
Quis tam demens ẽ ut eã neget uoluntatẽ eẽ cui nõ ẽ periculũ desinendi uertẽdiq; se in contrarium? Cum
ex diuerso nemo æque uideri debeat uelle:q̃ cuius uoluntas usq; eo certa est:ut æterna sit. An si is quoq;
uult q põt statim nolle:is uidebitur uelle in cuius naturam non cadit nolle.

Gendum inquit si possunt resistant:hoc dicis:omnia ista ingentibus ĩteruallis deducta:& in custo
a diam uniuersa disposita:stationes suas deserat:subita cõfusione reꝝ sydera syderibus ĩcurrant: &
rupta rerum concordia in ruinam diuturnam labantur:contextusq; uelocitatis citatissimæ: etiã
tot sæcula promissas uices in medio itinere destituat. & quæ nunc eunt alternis redeuntq; opportunis li/
bramentis:mundum ex æquo temperantia:repentino concrementur incendio:& ex tanta uarietate soluã
tur:atq; eant in unũ omnia. Ingnis cũcta possideat:quæ deide pigra uox occupet:& profunda uorago tot
deos sorbeat:certanti ut tu coargueres ista concedere:possunt tibi etiam inuito:euntq; ista tua causa etiam
si maior illis alia:ac prior causa est.

Diice nunc q nõ externa cogũt deos:sed sua illis in lege æterna uoluntas ẽ:statuerũt quæ nõ muta
a rent. Itaq; non possunt uideri facturi aliquid q̃uis nolit. Quia quẽ desinere non possunt perseuera/
re uoluerunt. Nec unq̃ primi consilii deos pœnitet. Sine dubio stare illis:& discissere in contrari/
um non licet. Sed non ideo:quia ius suo illos in proposito tenet:in imbecillitate permanent. Sed qa non li
cet ab optimis oberrare:& sic ire decretũ est. In prima aũt illa constitutione:cũ uniuersa disponerẽt: etiam
nostra uiderunt:rõnemq; hominis habuerunt. Itaq; nõ possunt uideri sua tantum causa decurrere: & ex/
plicare opus suũ:qa pars operis sumus & nos. Debemus ergo & soli:& lunæ:& cæteris stellis beneficium.

Quia ēt si potiora illis sunt:inique oriunt᷑:nos tamen in maiora ituros iuuant. Adiice q̄ destinato iuuant. Ideoq̄ obligati sumus:qui non in beneficiū ignorantiū incidimus. Sed hæc quæ accipimus:accepturos scierūt:& quanq̄ maius illis proponitur:sit maior q̄ actus sui fructus:q̄ seruare mortalia:tamen nostras quoq̄ utilitates a pricipio reꝝ præmissa res est:& is ordo mundo datus:ut appareat cura nostri non iter ultima habitā. Debemus parentibus nostris pietatē:& multi ut nō gignerēt coierant. Dii non possunt uideri nescisse:quid effecturi eēnt cū oibus alimenta protinus:& alia uiderit. Nec eos per negligentiam genuere: q̄bus tam multa generabāt. Cogitauit eni nos ante natura q̄ fecit. Nec tam leue opus sumus ut illi potuerīmus excidere. Vide q̄tū nobis permiserit:q̄ non itra homines tantum:sed super cuncta animantia humani iperii conditio sit. Vide in quantū corporibus uagari liceat:quæ coercuit sine terraꝝ:sed uicem in partem sui misit. Vide animi quantū audeant:queadmodū soli aut nouerit deos:aut quærant:& mente in altū data:diuina comitent᷑. Scies non esse hoiem tumultuariū & icogitatū opus. Inter maxima reꝝ suaꝝ natura nihil habet:quo magis glorietur:aut certe cui glorietur. Quantus iste furor est:controuersiam diis muneris sui facere. Quomodo aduersus eos hic erit gratus:qbus gratia referri sine ipendio non potest? Quis negat ab his accepisse se:a quibus q̄maxime accepit? qui & semper daturi sunt:& nunq̄ recepturi. Quāta aūt peruersitas:ob hoc alicui nō debere. Quia ēt isicianti benignus est:& continuationem ipsam seriemq̄ beneficii argumētū uocare necessariū dātis: Nolo sibi habeat:qs illum rogat & omnes alias impudentis animi uoces his astruet. Nō ideo de te minus meretur is cuius liberalitas ad te etiam dū negas peruēit cuiusq̄cunq̄ beneficioꝝ uel hoc maximū est:quod etiam quærenti daturus est.

n On uides quemadmodū teneram liberoꝝ isantiā:parentes ad salubriū reꝝ patientiā cogant. Flentium corpora ac repugnantiū diligēti cura souent:& ne mēbra libertas immatura detorqueat: in rectū exitura constrigunt:& mox liberalia studia iculcant:adhibito timore nolētibus: ad ultimū audacem iuuentā frugalitati pudori:moribus bonis:si paꝝ sequitur:coaptāt:applicāt. Adolescētibus quoq̄ ac iā potētibus sui:si remedia moetu ac itemperantia reiiciunt:uis adhibetur ac seruitus. Itaq̄ beneficioꝝ maxima sunt quæ a parentibus accepimus:dum aut nescimus:aut nolimus.

h Is igratis & repudiantibus beneficia:non qa uolūt:sed ne debeāt similes sunt ex diuerso nimis grati:qui aliqd incommodi præcari solent:his qbus obligati sunt aliqd aduersi in quo affectu memorem accepti beneficii approbēt an hoc recte faciāt:& pia uolūtate quæri᷑:quoꝝ aius simillimus ē prauo amore flagrantibus:q amicæ suæ optant exilium:ut desertā fugiētemq̄ comitent᷑. Optant inopiam ut magis desiderāti donēt. Optāt morbū ut assideāt. Et qcquid inimicus optaret amantes fouent. Fere idē itaq̄ exitus est odii & amoris isani. Tale qddam & his accidit q amicis icommoda optant quæ detrahat: & ad beneficium iniuria ueniont. Cū sanctius sit uel cessare:q̄ per scelus officio locum quærere. Quod si gubernator a diis tēpestates isestissimas:& procellas petat:ut gratior ars sua piculo fiat. Quid si iperator deos oret:ut magna uis hostium circūfusa castris fossas subito ipetu compleat:& uallum trepidāte exercitu cōuellat:& i ipsis portis:isesta sīgna costituat:quo maiore cū gloria rebus lapsis profligatisq̄ succurrat. Oēs isti beneficia sua de stabili uia ducūt:q deos cōtra eum aduocant cui ipsi affuturi sunt:& ante illos sterni q̄ erigi nolūt. Inhumana ista & puersa grati ai natura ē:cōtra eū optare:cui honeste deesse nō possis.

n On nocet illi uotum meum inqt:qa simul opto & periculum & remedium. Hoc dicis non nihil te peccare:sed minus q̄ sine remedio periculum optares. Neqtia est ut extrahas emergere:euertere ut suscites:ut emittas icludere: Non est beneficium iniuriæ finis:nec unquam id detraxisse:meritum est:quod ipse q detraxit itulerat. Nō uulneres me malo:q̄ sanes. Potes inire gratiam: si qa uulneratus sum sanas:non si uulneras ut sanandus sim. Nunq̄ cicatrix nisi collocata uulneri placuit:quod ita coisse gaudemus:ut non fuisse mallemus. Si hoc ei optares cuius nullum beneficium haberes:inhumanum erat uotū: quantum inhumanius ei optes:cui beneficium debes.

s Imul iquit ut possem ferre illi opem præcor. Primum ut te in media parte uoti tui occupem. Iam igratus es. Nondum audio inqt illi uelis præstare:scio inqt illū uelis pati. Solicitudinē illi & mœstū:& maius aliquod in peccatis malū optas:ut ope idigeat. Hoc contra illum est. Optas tua idigeat ope. Hoc pro te est. non succurrere uis illi:sed soluere. Qui sic præparat solui:uult non soluere. Ita quod unum in uoto tuo honestū uideri poterat:illud turpe & ingratum est nolle debere. Optas eni non ut facultatem habeas referendæ gratiæ:sed ut ille necessitatē rei iplorandæ superiorē te facis:& quod nefas est bene meritū ad pedes tuos mittis. Quanto satius est honesta uolūtate debere:q̄ per malā rōnem soluere. Si inficiareris quod acceperis minus peccares. Nihil eni nisi quod dederat amitteret. Nunc uis illum subiici tibi iactura rerum suaꝝ & status mutatiōe id deuocare:ut infra beneficia sua iaceat. Gratum te reputabo coram eo cui prodesse uis. Opta. Votum tu istud uocas:quod iter gratū & inimicū pōt diuidi:quod nō dubites aduersariū hostem fecisse:si extrema tacē᷑. hostes quoq̄ optauerūt capere quasdā urbes ut seruarēt: & uicere quosdam ut ignoscerent. Nec ideo non hostilia uota in qbus quod mitissimum est:post crudelitatem uenit. Deniq̄ qualia esse iudicas uota:quæ nemo tibi minus uolet:q̄ is pro quo fuerit succedere. Pessime cum eo agis cui uis a diis noceri:a te succurri. Inique cum ipsis diis. illis eni durissimas partes iponis tibi humanas. Vt tu prosis:dii nocebunt. Si accusatorem submittens:quem deide remoueres:si aliqua illū lite implicares quam subide discuteres:nemo de tuo scelere dubitaret. Quid iterest utrum istud fraude tēta᷑:an uoto? Nisi quod potentiores illi aduersarios quæris. Nō est quod dicas:quomodo eni illi iniurā facio? Votum tuū aut superuacuū est:aut iniuriosum:imo iniuriosum ēr si irritū. Quicqd non per uotum tuū efficis:dei munus ē. Iniuria uero qcqd optas fat ē tibi:non aliter debemus irasci:q̄ si profeceris.

I uota inqt ualuissent:& in hoc ualuissent ut tutus esses:primũ certũ nihil optas:periculũ sub ĩ cer
to auxilio. Deide utrunq; certum puta. Quod nocet prius est. Praeterea tu conditionem uoti tui
nosti:me tempestas occupauit:portus ac praesidii dubiũ: Quantũ existimas tormentũ ẽt si accepe/
ro eguisse:etiam si seruatus fuero trepidasse:etiam si absolutus fuero causam dixisse. Nullius metus tam
gratus est finis:ut non gratior sit solida & icõcussa securitas: Opta ut reddere mihi beneficium possis:cũ
opus erit non opus sit:si eẽt in tua potestate quod optas:ipse fecisses.

Vãto hoc honestius uotũ ẽ:opto in eo statu sit quo semper beneficia distribuat nunq̃ desideret. Se
quatur illum materia:qua tã benigne utatur largiendo iuuandoq;:ut nunq̃ illi sit dãdorum beneficiorum
inopia:datorum poenitẽtia:naturam per se pronã ad diuinã humanitatẽ:clementiã irritet: ac prouo/
cet turba gratorum. Sed quod illi & habere contigat:nec experiri necesse sit. Ipse nulli implicabilis sit.: ipsi ne/
mo placidus:tã aequali in eũ fortũa ĩdulgẽtia pseuerete:ut nemo in illũ possit esse nisi cõscientia gratus. Quã
to haec iustiora uota sunt quae nullã occasionẽ differunt:sed gratũ statũ faciũt. Quid.n. phibet referre gra
tiã psp̃is rebus? Quã multa sunt p quae qcqd debemus reddere ẽt foelicibus possumus. Fidele cõsiliũ assi/
dua cõuersatio:sermo cõis:& sine adulatione iucũdus:aut res si deliberare uelit diligẽtes: tu te sic credere
cõuictus familiaritas. Neminẽ tã alte secũda posuerũt:ut nõ illi eo magis amicus desit:qã nihil absit.

Ista tam tristis est:& oĩ uoto submouẽda occasio:ac procul repellẽda:ut gratus esse possis iratis di/
is opus est. Nec ex hoc qdem peccare te itelligis:quod melius cum eo agitur cui igratus es. propo/
ne in aio tuo carcerẽ:uicula:sordes:seruitutem:bellũ:egestatẽ. Haec sunt occasiões tui uoti. siqs te
cũ traxit p ista dimittitur. Quin potius eũ potẽtẽ esse uelis:cui plurimũ debes & beatũ. Quid enim ut dixi
uetat te referre:etiã summa foelicitate praeditis gratiã:cuius plena tibi occurret & uaria materia? Quid tu
nescis debitũ etiam locupletibus solui:nec te inuitũ distiguam. Oia sane excluserit opulẽta foelicitas:mon/
strabo tibi re inopiã:laborãt magna fastigia. Quid oia possidẽtibus desit? Si licet ille q uerum dicat:& homi
nẽ inter mẽtiẽtes stupẽtẽ:ipsaq; cõsuetudine p rectis blanda audiẽdi ad ignorãtiã ueri pductũ uindicet a
consensu cõtemptuq; falsorum. Nõ uides quẽadmodũ illos in praeceps agat extincta libertas & fides in obse
quiũ seruile submissa:dũ nemo ex animi sui alia sñia suadet:dissuadetq;:sed adulãdi certa ẽ:& unũ amico/
rũ oium officiũ:una cõtentio:qs blandissime fallat. Ignorauere uires suas:& dũ se tã magnos q̃ audiũt cre/
dũt:attraxere supuacua:& in discrimẽ rerum oium puetura bella. Utilẽ & necessariam rupe cõcordiã: secuti
iram quã nemo reuocabit:multorum sanguinẽ hauserũt:fusuri nouissime suũ. dũ haec saepe uidisti iudicant
inexplorata pro certis:flectiq; nõ minus extimãt turpe q̃ uici:& ppetua credũt quae in summũ pducta ma
xime mutant. Ingentia sup se ac sua regna fregerũt:nec intellexerũt in illa saeua & uanis & cito diffluẽtibus
bonis refulgẽte:ex eo tpe ipsos nihil nõ aduersi expectare debuisse:ex quo nihil ueri audire potuerunt.

Um bellũ graeciae indiceret Xerxes:aium tumẽtẽ oblitumq; q̃ caducis cõfideret: nemo non impulit.
Alius aiebat:nõ laturos nũcios belli:& ad primã aduẽtus famã:terga uersuros. Alius nihil esse du
bii quin illa mole nõ uinci solũ graecia:sed obrui posse:magis uerẽdũ ne uacuas desertasq; urbes in
uenirent:& profugis hostibus uastae solicitudies relinquerent:non habituris:ubi tantas uires exercere pos/
sent. Alius illi uix rerum naturam sufficere. Angusta esse classibus maria:multi castra explicandis aeq̃stribus
copiis cãpestria:uix patere caelũ sagittis ad emittẽda omnia manu tela. Cũ in hunc modũ multa undiq; ia/
ctarent:quae hominẽ nimia extimatione sui furentem cõcitarent: Demaratus Lacedaemonius solus dixit
ipsam illã quae sibi placeret multitudine indigestã:& graue metuẽda eẽ ducẽti. Nõ enim uires:sed põdus
habere. Vi modica nunq̃ regi posse:nec diu durare:quicquid stare nõ potest. In primo inquit statim mon/
te lacones obiecti:dabũt sibi sui experimẽtũ. Tot ista gẽtium milia trecẽti morabunt:haerebũt in uestigio
fixi:& cmissas sibi angustias tuebunt & corporibus obstruent. Tota illos asia nõ mouebit loco. Tãtas mi/
nas belli & poene totius generis humani ruẽtis ĩpetum paucissimi sustiet. Cum te mutatis legibus suis na
tura transmiserit:in semita haerebis:& extimabis futura dãna:cũ cõputaueris quãti tibi thẽmophilarum an
gusta cõstiterint. Scies te fugari posse:cũ scieris posse retineri. Cedẽt qdẽ tibi pluribus locis uelut torrentis
modo ablati:cuius cũ magno terrore prima uis defluit. Deinde hinc atq; illinc. i. simul nascent quo orien/
tur:& tuis & uiribus praemẽt. Verum ẽ qd dr̃:maiorem belli apparatũ esse:qui recipi ab his regionibus pos/
sit:quas oppugnare cõstituis. Sed haec res contra nos est. Ob hoc ipsum te graecia uincet:qa nõ capit. Uti to
to te non põs. Praeterea quae una rebus salus est:occurrere ad primos rerum impetus:& iclinatis opẽ ferre nõ
poteris:nec fulcire ac firmare labentia:multo ante uinceris q̃ uictum esse te sentias. Caeterum non ẽ q exerci/
tũ tuũ ob hoc sustineri putes non posse:qa numerus eius duci quoq; ignotus est. Nihil tam magnũ est qd
perire nõ possit:cui nascitur in perniciẽ:ut alia acquiescãt ex ipsa magnitudinis suae causa. Acciderũt quae
Demaratus praedixerat diuina atq; hũana impellẽtem:& mutantẽ qcqd obstiterat trecẽti stare iusserunt.
Stratosq; p totã graeciã passim. Xerxes intellexit q̃ñ ab exercitu turba distaret. Itaq; Xerxes pudore q̃ dam
no miserior. Demarato gratias egit:q; solus sibi uerum dixisset:& pmisit petere qd ueller:petiit ille ut sar/
dis maximã asiae ciuitẽtẽ curru uectus intraret:rectã capite tiarã gerẽs. Id solis datum regibus. Dignus fue
rat pmio anteq̃ peteret. Sed q̃ miserabilis gẽs in q̃ nemo fuit. q uerum diceret regi:nisi qui dicebat sibi.

Iuus Augustus filiam intra pudicitiae maledictũ impudicã relegauit:& flagitia pricipalis domus in
publicum emisit. Admissos gregatim adulteros pererratam nocturnis cõmessationibus ciuitatẽ:
forum ipsum ac rostra qbus pater legẽ de adulteriis tulerat:filiae in stupra placuisse. Quotidianũ ad
marsiam concursum:cum ex adultera in quaestuariam uersa:ius omnis licentiae sub ignoto adultero pete
ret. Haec tam uindicanda principi:q̃ tacenda:quia quarundam rerum turpido:etiam uindicantem redigit

parum potens ire:publicauerat. Deinde cũ interposito tpe in locũ resubdisset uerecundia:gemẽs q̃ non il-
la silẽtio pressisset:quæ tam diu nescierat:donec turpe esset sæpe exclamauit. Hoꝝ mihi nihil accedisset:si
aut Agrippa:aut Mecoenas uixissent. Adeo tot habẽti milia hominũ duos reparare difficile est. Cæsæ sunt
legiones:& protinus scriptæ. Fracta classis:& intra paucos dies natrauit noua. Sæuitũ est in operã publica
ignibus surrexerũt meliora consumptis. Tota uita Agrippæ & Mecoenatis uocauit locus. Quid putem de
fuisse similes qui assumerent:an ipsius uitiũ fuisse:qa maluit quæri q̃ quæreret. Nõ ẽ q̃ existimemus Agrip-
pam & Mecœnatẽ solitos illi natura dicere:qui si sibi dixissent:inter dissimulantes fuissent. Regalis inge-
nii mos est in poscentium contumeliam amissa laudare:& his uirtutem dare natura dicendi:a quibus iã
audiendi periculum non est.

Ed ut me ad propositũ reducã:uides q̃ facile sit gratiã referre fœlicibus:& i summo humanarum
opũ positis:dic illis non qđ uolũt audire:sed qđ audisse semp nolent. Plenas aures adulationibus
aliqñdo uera uox intret. Da consiliũ utile. Quæris qd fœlici præstare possis? Effice ne fœlicitati suæ
credat:ut sciat illã multis & fidis manibus continẽdam. Paꝝ in illũ contuleris:si illi sed uel stultã fiduciã p
mansuræ semper potentiæ excusseris:docuerisq; mobilia esse quæ dedit casus:& maiore cursu fugere q̃
ueniunt:nec his portõibus qbus ad summã puenit ẽ retrorsũ:sed sæpe iter fortunã maximã & ultimã nihil
interesse. Nescis qñtũ sit præciũ amicitiæ:si non itelligis multũ te ei daturũ:cui te dederis amicũ. Rem nõ
domibus tãtũ:sed sæculis rarã:quæ nõ alicui magis deest q̃ ubi credit̃ abũdare. Quid istos tu libros quos
uix nomẽ datoꝝ cõplectitur:aut memoria:aut manus amicoꝝ existimas esse. Non sunt q̃ agmine magno
ianuã pulsant:qui in primas & secundas admissiones digeruntur. Consuetudo ista uetus est regibus:Re-
gesq; simulantibus populũ amicoꝝ describere. Est propriũ superbiæ magno extimare introitũ:ac tactum
sui liminis p honore dare:ut hostio suo propius assideat:ut gradũ prior intra domũ ponas:ut qua dein-
ceps multa sunt hostia:quæ receptos quoq; excludunt.

Pud nos primi oĩum Gracchus:& mox Liuius Drusus istituerunt segregare turbã suã:& alios in
secretũ recipere. Itaq; isti amicos:primos habuerũt:& secundos nunq̃ ueros. Amicũ uocas cuius
disponit̃ salutatio:aut potest huius tibi patere fides:per fores qui maligne aptas non intrat:sed il-
labit̃. Hunc peruenire usq; ad distribuendã libertatẽ licet:cuius uulgare & publicũ uerbũ & promiscuum
ignotis non nisi suo ordinẽ emittitur. Ad quæcunq; itaq; istoꝝ ueneris:quoꝝ salutatio urbẽ cõcutit:sci-
to ẽt si animaduerteris obsessos:ingẽti frequẽtia uicos:& cõmeantiũ in utranq; partẽ cateruis itinera com
p̃ssa:tamẽ uenire te in locũ hoĩbus plenum:amicis uacuũ. In pectore amicus:nõ in atrio quærit̃:illo recipi-
endus est:illic retinendus est:& in sensus recõdẽdus. Hoc doce gratus es:male de te existimas:si inutilis es
nisi afflicto:si rebus tuis supuacuus. Quẽadmodũ te & in dubiis:& in aduersis:& in lætis sapienter geris:
& dubia prudẽter tractes:aduersa fortius:læta moderate. Ita in oĩa utilẽ te amico exhibere potes:i aduersa
eius si nec deserueris:nec optaueris. Multa nihilominus ut non optes in tanta uarietate quæ tibi materiã
exercẽdæ fidei præbeãt incidẽt. Quẽadmodũ mihi optat diuitias alicui in hoc ut illoꝝ ptẽ ipse ferat:q̃uis
p illo uideatur optare sibi pspicit. Sic qui optat amico aliquã necessitatẽ quã adiutorio suo fideq; discuti-
at:qđ est ingrati:se illi pfert:& tanti existimat illũ miseꝝ esse:ut ipse gratus sit:& ob hoc ipsum igratus ẽ.
Exonerare enim se uult:& graui sarcina liberare. Multũ itereest:utꝝ properes referre gratiã ut reddas be-
neficiũ:an ne ut debeas. Qui reddere uult illius se cõmodo aptauit & idoneũ illi uenire tẽpus uolet:q nihil
aliud q̃ ipse liberari uult:quocunq; ad hoc cupiet peruenire:qđ est pessimæ uoluntatis.

Sta inqs nimia festinatio igrati est:id apertius exprimere nõ possum:q̃ si repetiuero quod dixi nõ
uis reddere acceptum beneficiũ:sed effugere. Hoc dicere uideris. Quãdo isto carebo quocũq; mo-
do mihi laborandum est ne isti obligatus sim. Si optares ut illi solueres de suo:multũ abesse uide-
ris a grato:hoc quod optas iniquius est. Execraris enim illum:& caput sanctũ dira tibi ipræcatiõe defigis.
Nemo ut æstimo de immanitate aĩ tui dubitaret:si aperte illi paupertatẽ:si captiuitatẽ:si famẽ:ac metum
ipræcaueris. At qd itereest:utrum uox ista sit uoti tui? Sanius aliqđ horum opta:Scitui nõc:& hoc esse gra-
uum puta:qđ ne igratus qdem faceret:q modõ nõ usq; in odiũ:sed tantũ ad ificiationẽ beneficii puenirẽt.

Vis pius dicet Aeneã si patriam capi uoluerit:ut captiuitate patrem eripiat? Quis:siculos iuuenes
ut bona liberis exempla mõstrarent:si optauerũt ut ætna imensa igniũ isup solitũ ardens:daret ip-
sis occasio exhibendæ pietatis:ex medio parentibus incendio raptis. Nihil debet Scipioni Roma
si punicũ bellum ut finiret:perseuerare maluit. Nihil Deciis q̃ morte patriam seruauerũt:si prius optaue-
rant:ut deuotioni fortissime locum:ultima reꝝ necessitas faceret. Grauissima infamia est medici opus q̃-
rere. Multi quos hauserant morbos:& reuocauerant:ut maiore gloria sanarent:non potuerũt discutere.
Aut cum magna miseroꝝ uexatione uixerunt.

Allistratũ aũt:ita certe Hecaton auctorem:cũ in exiliũ iret in quod multos simul cũ illo seditiosa
ciuitas Athenaꝝ:& itẽperanter libera expulerat operante quodã:ut Atheniẽsibus necessitas resti-
tuendi exules esse abominatũ talẽ Rutilius noster animosus. Cum eni quidam illum consolaret̃:
& diceret istare arma ciuilia:breui futuꝝ ut omnes exules reuerterentur. Quid tibi inqt mali feci:ut mi-
hi peiorẽ reditũ q̃ exitũ optares. Malo ut patria in exilio meo erubescat:q̃ reditũ mœreat. Nõ ẽ illud exiliũ
cui neminẽ nõ magis q̃ dãnatũ pudet:quẽadmodũ illis. Callistratus & Rutilius seruauerũt bonoꝝ ciuiũ
officium:q reddi sibi penates suos noluerũt clade communi. Quia satius erat duos iniquo malo affici:q̃
omnes publico. Ita non seruat grati hominis affectũ:qui bene de se merentem difficultatibus uult oprimi
quas ipse sua moueat:qui etiam sibi bene cogitat male præcatur. Ne in patrocinium quidem:ne dum in

gloriã est: incendiũ extinxisse quod feceris. In qbusdam ciuitatibus ipsũ uotũ: sceleris uicem tenuit.

Emades Athenis certe eũ qui necessaria funeribus uẽdicabat: damnauit cũ probasset magnũ lucrũ optasse: quod contigere illi sine multoꝝ morte nõ poterat. Quæri tamẽ solet: an merito damnatus sit? Fortasse optauit nõ ut multis uẽderet: sed ut paruo sibi cõstarẽt quæ uẽditurus esset. Cum cõstet negociatio eius ex empto & uẽdito. Quare uotũ eius in unã partẽ trahis: cũ lucrũ ex utraq; sit? Præterea oẽs licet qui in ista negociatione sunt dãnes: oẽs idem eni uolũt: idest itra se optant. Magnam hoium partem damnabis. Cui eni non ex alieno cõmodo lucrũ? Miles bellũ optat in gloriã. Agricolam annonæ charitas erigit. Eloquẽtiæ p̃ciũ exoptat litium numerus. Medicis grauis annus est i quæstu. Institores delicataꝝ merciũ: iuuẽtus corrupta locupletat. Nulla tẽpestate nullo igne lædanẽ tecta: iacebit opera fabrilis. Vnius uotũ depræhẽsum est: oium simile est. An tu Aruntiũ: & Ateriũ: & cæteros q captandoꝝ testamentoꝝ artẽ professi sunt: non putas eadẽ habere quæ designatores & libitinarios uota. Illi quoꝝ mortes optent: nesciunt. Hi familiarissimũ quenq; ex eo propter amicitiam rei plurimũ est: mœreri cupiũt. Illoꝝ damno nemo uiuit. Hos qsqs differt exhaurit. Optant ergo non tantũ ut accipiant: quod turpi seruitute metuerunt: sed ẽt ut tributo graui liberentur. Non est itaq; dubiũ: quoniam hi magis qđ damnatũ est in uno optent: qbus quisqs morte profuturus est: uita nocet. Oium tamen istoꝝ tam uota sunt q̃ ipunita. Deniq; se qsq; consulat: & secretum pectoris sui reddat: & ispiciat qd tacitus optauerit. Quam multa sunt uota quæ ẽt sibi fateri pudet: q̃ pauca quæ facere coram teste possimus.

Sed non quicquid repræhendendum etiam dandum est: sicut hoc uotum amici quod in manibus est: male utentis bona uoluntate: & in id incidentis quod euitat. Nam dum gratum aium festinat ostendere ingratus est. Hæc ait in potestatem meam recidat: gratiam meam desideret: sine me saluus: honestus: tutus esse non possit. Tam miser sit: ut illi beneficii loco sit quicqd redditur. Hæc diis circũ ueniant: illum domesticæ insidiæ: quas ego possim solus opprimere. Instet potens inimicus & grauis: infesta turba: nec inermis creditor urgeat & accusator.

Ide q̃ sis æquus: hoꝝ optares nihil: si tibi beneficiũ non dedisset: ut alia taceã quæ grauiora cõmittis: pessima pro optimis referendo. hoc certe delinquis: quod non expectas suũ cuiusq; rei tempus: quod æque petat qui non sequitur q̃ qui antecedit. Quomodo nõ semper beneficium recipiendũ est: sic nõ utiq; reddendũ. Si mihi non desideranti redderes ingratus esses: quanto ingratior es qui desiderare me cogis. Specta quare subsidere apud te munus meum nõ uis. Quare obligatum moleste fers: quo æquari cum acerbo fœneratore: signare rationem parem properas: quid mihi negocium quæris? Quid in me deos immittis: quomodo exigeres qui sic reddis.

Nec oia ergo Liberalis hæc discamus beneficia secure debere: & occasiones reddendoꝝ obseruare: nõ manu facere hãcipsam cupiditatẽ. Prio quoq; tempore liberãdi se meminerimus igratũ esse. Nemo enim libenter reddit quod inuitus debet: & quod apud se non uult esse: onus iudicat ẽẽ nõ munus. Quanto melius ac iustius in promptu habere merita amicoꝝ: & offerre non igerere: nec oneratũ se iudicare. Quoniã beneficiũ commune uinculũ est: & inter se duos alligat. Dic nihil moror quo munus suũ reuertaẽ: opto hilaris accipias: si necessitas alterutri nostꝝ iminet: fatoq; quodã datũ est: ut aut tu cogaris beneficiũ recipere: aut ego accipere: det potius qui solet. Ego paratus sum: nulla mora inter nos est: ostendam hunc animum cum primum tempus aduenerit. Interim dii testes sunt.

Oleo mihi liberalis notare: hũc ad te affectũ: & quasi manu prendere uerentis & æstuantis: ne in nullo officio sis tardior. Nec decet gratum aium solitudo contra summam fiduciam sui: & ex conscientia ueri amoris dimissis omnis anxietas. Tam conuitium est recipere quod non debes q̃ non dare quod debes. hoc beneficii primum dati sit ius: ut recipiendi tempus dat qui dedit. An uereor ne homines de me segnius: idest obliquius: aut male: uel iniuste loquantur. Male agit qui famæ: non consciẽtiæ gratus est. Duos istius rei iudices habes: illum quem potes: & quem non potes. Quid ergo si nulla interuenerit occasio? semper debeo: debebis: sed palam debebis: sed libenter debebis: sed cũ magna uoluntate ap̃ te depositum intueberis. Pœnitet accepti beneficii: quem nondum redditi piget. Quare qui tibi dignus uisus est a quo acciperes: indignus uideatur: cui diu debeas.

IN magnis erroribus sunt qui ingentis animi credũt ꝓferre: donare: plurimũ suũ ac domũ replere: cum ista iterdũ nõ magnus animus faciat: sed magna fortuna. Nesciũt quãtũ maius ac difficilis sit capere q̃ fundere. Nam ut nihil alteri detrahã: quoniã utrũlibet uirtute par est: nõ minoris est animi beneficiũ debere: q̃ dare. Eo qdem operosius hoc q̃ illud: quo maiore diligentia custodiuntur accepta q̃ danẽ. Ideo non est trepidandũ: q̃ cito reponamus: nec procurãdũ intempestiue: quia æque delinquit. q ad ferendam grãm suo tempore cessat: q̃ qui alieno properat positũ illi apud me: nec illius nomine: nec meo timeo. Bene illi cautũ est. Non potest hoc beneficium perdere nisi mecũ: imo ne mecũ qdem. Aegi illi grãs qui nimis de beneficio reddẽdo cogitat: nimis cogitare alterũ de recipiẽdo putat: præstat se in utrũq; facilem. si uult recipere beneficium referamus: reddamusq; læti: illud apud nos custodiri mauult. Quid thesaurum eius eripimus q custodiã recusamus? Dignus est cui utq; uolet liceat. Opinionẽ qdẽ & famam eo loco habeamus: tanq̃ non ducere sed sequi debeat.



Lucii Annei Senecæ de Beneficiis liber septimus & ultimus.

BOnũ mi Liberalis habeas aium uolo: in manibus tene. Nõ hic te carmine longo atq; p ambages & lõga exorsa tenebo: & reliqua hic liber cogit exhausta materia. Circũspicio nõ qd dicã: sed qd non dixerim. Bõi tamẽ cõsules qoqd tibi supest cũ tibi supfuerit. Si uoluissem

lenocinari mihi debuit paulatim opus crescere:& ea pars in finẽ reseruari:quam qlibet satiatus appeteret. Sed qcqd maxĩe necessarium erat in primũ statũ congessi:nunc siqd effugit recolligo. Nec mehercule si me iterrogas nimis ad rem existĩo pertiere:ubi dicta sunt quæ regunt mores perseq cætera non i remedium aĩ:sed in exercitatione igenii iuenta. Egregie enĩ hoc dicere Demetrius cynicus uir meo iudicio magnus:etiam si maxius comperitur. Solet plus prodesse:si pauca præcepta sapientiæ teneas:sed illa promptu tibi & i usu sint:q̃ si multa qdem didiceris:sed illa non habeas ad manũ. Quemadmodũ igt:magnus luctator est:non q omnes numeros nexusq; perdiscit:quorum usus sub aduersario rarus est:sed q in uno se:aut altero bene & diligenter exercuit:& eoꝝ occasiones itẽtus spectat. Nec eni refert q̃multa sciat:si scit q̃ntũ uictoriæ satis est. Sic in hoc stud io multa delectant:pauca manent. licet nescias quæ ratio oceanum effundat ac reuocet. Quare septius qsq; annus ætati signum iprimat. Quare latitudo porticus ex remoto spectantibus:non seruet portionem suam:sed ultia in angustias coeant:& columnaꝝ nouissime iterualla iungantur. Quid si quod geminoꝝ conceptũ separet partum iungat. Vtrum unus cõcubitus spargaẽ in duos:an toti omnes concepissent. Cur pariter natis fata diuersa sint. Maximisq; reꝝ spatiis distent:quoꝝ iter ortus minimus iterest. Nõ multum tibi nocebit transisse:quæ nec licet scire:nec prodest. Inuoluta ueritas in alto latet. Nec de malignitate naturæ quæri possumus:qa nullius rei difficilis iuentio est:non cui hic unus iuuentæ fructus est iuenisse. Quicqd nos meliores beatosq; facturum est:aut in aperto:aut in pxio posuit. Si aĩus fortuita contempsit:si se supra metum sustulit & posuit:nec auida spe ifinita complectitur:sed didicit per se petere diuitias. Si deorum hominumq; formidinem eiecit:& scit non multum eẽ ab hoĩe timendum:a deo nihil. Si contemptor oĩum qbus torquætur uita dum ornatur:eo perductus est:ut illi liqueat mortẽ nullius mali esse materiá:multoꝝ finẽ. Si aĩum uirtuti consecrauit:& quacũq; uocat illa planũ putat. Si sociale aĩal est in commune genitus mũdus:& unã domũ spectat:& conscĩẽtiá suá dominus apuit:semp tanq̃ in publico uiuit:se magis ueritus q̃ alios:subductus illis tempestatibus:i solido ac sereno stetit:cõsumauit scientiá utilẽ atq; necessariá. Reliqua oblectamenta ocii sunt:licet eni iam in tutum retracto aĩo. Ad hæc quoq; excurrere cultum non robur ingenii afferentia.

Aec Demetrius noster:utraq; mãu tenere proficiẽtẽ iubet:hæc nusq̃ dimittere imo aspicere:& partem sui facere:eoq; quotidiana meditatione pduci:ut sua spõte occurrãt salutaria:& ubiq; ac stati desiderata præsto sint:& sine mora ulla ueniat illa turpis:honestiq; distictio. Sciatq; nec malum esse ullum nisi turpe:nec bonum nisi honestum. Hac regula uitæ opera distribuat. Ad hác legẽ & agat cũcta & exigat. Miserrimosq; mortaliũ iudicet:in quãtiscũq; opibus refulgebunt uentri ac libidini deditos:quoꝝ aĩus ierti ocio torpet. Dicat sibi ipsa uoluptas fragilis & breuis. fastidit obiecta:quõ auidius hausta est:citius in cõtrariũ recidẽs. Cuius subide necesse est:aut poeniteat. In qua nihil est magnificũ:aut qď natura hõis diis pximi deceat. Res humilis. mẽbroꝝ turpiũ:aut altiliũ ministerio ueniẽs:exitu foeda. Illa est uoluptas & hoĩe & uiro digna:nõ iplere corpus:nec saginare:nec cupiditates irritare:quaꝝ tutissima ẽ qes:perturbatione caret:& ea quam hoĩum iter se rixatum ambitus concutiet:& ea quæ intolerabilis ex alto uenit:ubi de diis famæ creditum est:uitiisq; illos nostris extimaueri:Hác uoluptatem æqualem itrepidã nunq̃ sensura sui tedium percipit. hic quem iformamus:q maxĩe:ut ita dicam:diuini iuris atq; humani peritus hic præsentibus gaudet:ex futuro non pendet. Nihil enĩ firmi habet qui in icerta propensus est. Magnis itaq; curis exemptus:& distorquentibus mentem nihil sperat aut cupit:nec se mittit in dubium:suo contentus. Nec illũ existies paruo esse contentũ. Oĩa illius sunt. Non sic quẽadmodũ Alexãdri fuerũt:cui q̃ndo in littore maris rubri steterat:plus deerat q̃ acqsierat. Illius ne ea qdem erant:quæ tenebat aut uicerat:cũ in oceano omnis loricus præfectus classibus præmissis explorator erraret:& bella in ignoto mari q̃reret. Non satis apparebat inopem esse:qui extra naturæ termios arma proferret:q se in profundum:iexploratum:& imensum auiditate cæca prorsus imitteret. Quid interest:quot eripuit:quot dederit:quantum terraꝝ tributo præmat? Tantum illi deest:quantum cupit.

Ec Alexandri tantũ uitiũ fuit:q̃ per Liberi Herculisq; uestigia foelix temeritas egit. sed oĩum quos fortuna irritauit implendo. Cyꝝ & Cambysen. & totũ regnum persici strema percense:quem inuenies:cuí modũ imperii societas fecerit. Qui non uitam in aliqua ulterius procedendi cogitatiõe finierit. Nec id miꝝ est. Quicqd cupiditati contingit poenitus hauritur & conditur. Nec iterest quantum eo quod inexplebile est congeras. Vnus est sapiens cui omnia sunt:nec ex difficili tuenda. Non habet mittendos transmaria legatos. Nec moranda in ripis hostilibus castra. Non opportunis castellis disponenda præsidia. Non opus est legione:nec equestribus turmis:quemadmodũ dii imortales regnũ iermes regũt & illis reꝝ suaꝝ ex edito:tranqlloq; tutela est. Ita hic officia sua:q̃uis latissime pateant:sine tumultu obit. Et omne humanũ genus:potentissimus eius:optimusq; ifra se uidet:derideas licet. Ingens spiritus res est. Cum orientem occidentemq; lustraueris animo:quo ẽt remmota:& solitudinibus iterclusa penetrãtur. Cum tot aĩalia tantã copiam reꝝ quas natura beatissime fundit aspexeris:a mittere hác dei uocem. Hæc omnia in ea sunt. Sic fit ut nihil cupiat:quia nihil est extra omnia.

Oc ings ipm uolui:teneo te:uolo uidere quõ his laqueis in quos tua spõte decidisti explicieris. Dic mihi quẽadmodũ põt aliqs donare sapienti:si oĩa sapientis sunt? Nã id quoq; quod illi donat ipsius est. Itaq; nõ põt dari beneficiũ sapienti cui qcqd datur:de suo daẽ. Atq dicitis sapienti posse donari. Idẽ aũt me scito:& de amicis iterrogare. Oĩa dicitis illis esse cõia. Nihil prohibet aliqd esse:& ẽt eius q possidet:cui datum & assignatũ est. Iure ciuili oĩa regis sunt. Et tamen illa quoꝝ ad Regẽ ptinet uniuersa possessio:i singulos dños descripta sunt:& una quæq; res habet possessorẽ suũ. Itaq; dare regi:& domũ:&

mancipiū & pecuniā possumus:nec donari illi de suo dicimur. Ad reges eni ptās oium ptinet:ad singulos
proprietas. Fies Atheniensium aut cāpanoꝝ uocamus:quos deide iter se uicini priuata termiatione disti/
guunt. lōgꝫ dōare agros nostros reipu. possumus:quis illius esse dicant. Quia aliter illius sunt:aliter mei.
Nunq̄ dubiū est qn seruus cū peculio domini sit:dat tamē domio suo minus. Nō eni adeo nihil habet ser
uus:qa nō est habiturus:si domius illū habere noluerit. Nec ideo nō est munus cū uolens dedit: qa potuit
eripi etiā si noluisset. Quēadmodū pbemus oia:nūc eni oia sapiētis esse iter duos conuenit illud qd' quæ
rit colligēdū ē:quō libertatis materia aduersus eū supsit:eius uniuersa esse cōtempsimus. Oia patris sunt:
quæ in liberoꝝ manu sunt. Quis tamē nescit donare aliqd & filiū patri? Oia deoꝝ sunt:tam & diis posui
mus donū:& stipē iecimus. Nō ideo quod habeo meū non est:si meū tuū est. Pōt eni idē esse meū & tuū.
Is iquis cuius pstitutæ sunt leno ē. Oia autē sapientis sunt. Leno autē est eius cuius prostitutæ sunt. Ergo
sapiens est. Sic illū uetant emere. Dicunt eni:nemo rem suam emit. Oia autem sapientis sunt. Ergo sapiēs
nihil emit. Sic uetant & mutuum sumere:quia nemo usuram pro pecunia sua pēdat. Innumerabilia sunt
per quæ cauillant:cum pulcherrime quid a nobis dicatur intelligant.

Nimuero sic oia sapientis esse dico:ut nihilominus ppriū qsqꝫ in rebus suis dominiū habeat. Quē
c admodum sub optio Rege:oia rex iperio possidet:singulari domino. Tempus istud probādæ rei
uenlet. Interim hoc huic quæstioni sat est. Id quod est meū:aliter sapiens est:aliter meū. meū ē ha/
bere:posse donare sapienti. Nec miꝝ est aliqd ei cuius est totum posse donari. Cōduxi domū a te. In aliqd'
tuū est:aliquod meū. Res tua est. Vsus rei tuæ meus est. Itaqꝫ nec fructus tanges colono tuo phibēte : q̄uis
tua in possessione nascantur. Et si annona carior fuerit aut fames heu frustra magnum alterius spectabis
aceruum:in tuo natū:in tuo positū:in horrea ituꝝ tua. Nec cōductū meū:quanq̄ sis dominus itrabis: nec
seruū tuū mercenariū meū abduces:& ad te reddā si cōduxero. Beneficiū accipies si tibi in uehiculo tuo se
dere promisero. Vides ergo posse fieri:ut aliqs accipiendo quod suum est munus accipiat.

N oibus istis quæ modo rettuli:uterqꝫ eiusdem rei dominus est. Quomodo? qa alter rei domius
d est:alter usus. Libros dicimus esse Ciceronis. Eosdem Dorus librarius suos uocat: & utrunqꝫ ueꝝ
est. Alter illos tanq̄ auctor sibi. Alter tanq̄ emptor asserit. At recte utriusqꝫ dicunt esse. Vtriusqꝫ eni
sunt:sed non eodem modo. Sic potest Titus liuius a Doro accipere:aut emere libros suos. Possum donare
sapienti quod uiritim meum est:licet illius sunt oia. Nam cum regio more cuncta conscientia possideat:
singularium autem in unum quemqꝫ proprietas sit sparsa:& accipere munus:& debere emere:& cōduce
re. Cæsar oia habet fiscus cuius tantum ac sua:& uniuersa imperio eius sunt. In patrimonio propria quid
eius sit sine diminutione imperii quæritur. Nam id quoqꝫ tanq̄ alienum abiudicatur:aliter illius est:Si sa
piens uniuersa animo possidet:iure ac dominio sua.

Ion modo omnes sacrilegos argumentis esse collegit:modo neminem cum omnes de sacro deie/
d cturus est dicit. Quisqs id quod deorum est sustulit & consumpsit:atqꝫ in usum suum uertit:sacri
legus est. Oia autem deorum suut. Quod qsqꝫ ergo tollit:deorum tollit:quorum omnia sunt. Er/
go qsqꝫ tollit aliqd sacrilegus est. Deide cum effringi templa:& expilari impune capitoliū iubet: dicit nul/
lum sacrilegium esse. Quia qd sublatum est:ex eo loco q deorum erat:in eum transfertur locum q deoꝝ
est. Hic respondetur. Omnia qdem deorum esse:sed non omnia diis dicata. In his obseruari sacrilegium q̄
religio numini ascripsit. Sic & totum mundum deoꝝ esse imortalium:templum solum quidem amplitu
die illoꝝ:ac magnificentia dignum:tamen a sacris prophana discerni:& non oia licere in angulo : cui no/
men phani ipositum est:quæ sub cælo & conspectu syderum licent. Iniuria sacrilegus deo qdem non po/
test facere:quam extrictum sua diuinitas posuit:sed tamen punitur:qa tanq̄ deo fecit. Opinio illum nostra
ac sua obligat pœnæ. Quomodo ergo sacrilegus uidetur:q aliqd aufert sacri:& si quocunqꝫ transtulit:qd'
surriperat iter terminos est mundi:& sic & sapienti furtum potest fieri. Aufertur eni illi non ex his q̄ uni/
uersa habet:sed ex his qbus dominus iscriptus ē:quæ uiriti ei seruiūt : illam alteram passionem agnoscet.
Hanc nolet habere si poterit. Emittitqꝫ illam uocem quam romanus iperator emisit:cum illi ob uirtutē
& bene gestam. R. P. tantum agri decerneretur:quantum arando uno die circuire potuisset. Non est inqt
nobis eo opus ciue cui plus opus sit:q̄ uni ciui. Quanto maioris uiri putas respuisse hoc munus:q̄ meruis/
se. Multi enim imperatores fines alus abstulerunt:sibi nemo constituit.

Redo cū aium sapientis ituemur potentē oium:& per uniuersa dimissum:oia illius esse dicimus.
c Cū ad hoc ius quotidianū:si ita res tulerit:capite censebit:multum iterest possessio eius aio ac ma
gnitudie extimetur:an censu. Hæc uniuersa habere de qbus loquæris abomiabitur. Non referā ti
bi Socratē:Chrysippū:Zenonē:& cæteros magnos qdem uiros:maiores qdem:qa in laudē uetustoꝝ iui
dia non obstat. Pauloāte Demetriū rettuli:quē mihi uidet reꝝ natura:nostris tulisse tpibus: Vt ostēderet
nec illū a nobis corrūpi:nec nos ab illo corripi posse. Viꝝ exactæ licet neget ipse sapientiæ : firmæqꝫ in his
quæ pposuit cōstantiæ. Eloquētiæ quoqꝫ eius quæ res fortissimas deceat:nō cōcinare:nec in uerba solici/
tare:sed igenti aio prout ipetus tulit res suas prosequentis. Huic non dudito qn prouidentia : & talem ui/
tam:& talē dicēdi facultatē dederit:ne aut exemplū sæculo nostro:aut cōuitium deesset.

Emerito si res nostras aliqs deoꝝ possidendā uelit tradere sub lege certa ne liceat donare affirma/
d uerim repudiatuꝝ dicturūue. Ego uero me ad istud iextricabile pōdus nō alligo:nec in aliā fecem
reꝝ hunc expeditū hoiem demitto. Quid ad me defers populoꝝ oium mala: quæ nec daturus q̄
dem acciperē:quoniā multa uideo:quæ me donare nō deceat. Nolo sub cōspectu meo ponere:quæ genti/
um oculos:Regūqꝫ præstrigunt. Nolo ituueri præcia sanguinis animarūqꝫ uestrarum. Pr ia mihi luxuriæ

ſpolia ppone:ſiue illa uis per ordinē ſpandere:ſiue ut eſt melius in unū aceruū dare. Video elaboratam
ſcrupuloſa diſtinctione teſtudinem & fœdiſſimorū:pigerrimorūq; animalium teſtas:ingentibus præciis
emptas:in quibus ipſa illa quæ placet uarietas ſubditis medicamentis:in ſimilitudinē ueri coloratur. Vi/
deo iſtic menſas:& extimatū lignum ſenatoris cēſu:eo præcioſis:quo illud in plures nodos arboris infœ/
licitas torſit. Video iſtic cryſtallina:quorū accēdit fragilitas præciū. Omnium enim rerū uoluptas apud i/
peritos ipſo:quo fugare debet periculo creſcit. Video murea pocula parum ſcilicet luxuria magno fue/
rint:niſi q nomina capacibus gemmis inter ſe pronunciauerunt. Vide uniones:non ſingulos ſingulis auri
bus comparatos:iam enim exercitatæ aures oneri ferendo ſunt. Iunguntur iter ſe:& inſuper alii binis ſup/
ponuntur. Non ſati muliebris inſania uiros ſubiecerat:niſi bina ac terna patrimonia:auribus ſingulis pe/
pendiſſent. Video ſericas ueſtes:ſi ueſtes uocandæ ſunt:in quibus nihil eſt:quo defendi aut poſſunt mem/
bra:aut corpus:aut deniq; pudor poſſit. Quibus ſumptis mulier parū liquido nudam ſe non eſſe iurabit.
Hæc ingenti ſumma ab ignotis:etiam ad commercium gentibus acceſſuntur:ut matronæ noſtræ:ne ad/
ulteris quidem plus ſui in cubiculo q̄ in publico oſtendant.

q . Vid agis auaritia:q rerū charitate aurū tuum uictum eſt? Omnia iſta quæ rettuli in maiore hono/
re pcioq; ſunt. Nūc uolo tuas opes recognoſcere. Laminas utriuſq; materiæ:ad quas cupiditas no/
ſtra caligat. At mehercule terra quæ quicquid utile futurū nobis erat protulit:iſta defodit:& mer
ſit:& ut noxiis rebus ac malo gentiū in mediū prodituris toto pōdere incubuit. Video ferrū ex hiſdē tene/
bris eſſe prolatū:quibus aurū & argentū:ne aut iſtrumentū in cædes mutuas deeſſet:aut pcium. Et tamen
ad hoc iſta aliquā materiā habēt:eſt in quo errorē oculorū animus ſubſequi poſſit. Video iſtic diplomata:
& ſyngraphas:& cautiones uacua habendi ſimulachra:umbra quædā auaritiæ laborātis:per quæ decipi/
ant animū & inaniū opinione gaudentem. Quid enim iſta ſunt? Quid fœnus:& kalendariū:& uſura? niſi
humanæ cupiditatis extra naturā quæſita nomina. Poſſum de rerū natura quæri:q aurū argentū nō inte/
rius abſcōderit:q nō illis maius q̄ quod detrahi poſſet:pondus iniecerit. Quid ſunt iſta? Iſtæ tabulæ q cō/
putationes:& uenale tēpus:& ſanguinolentæ centeſimæ:uoluntaria mala ex cōſtitutione noſtra penden/
tia:in quibus nihil eſt:quod ſubiici oculis:quod teneri manu poſſit:inanis auaritiæ ſomnia. O miſerum
ſi quē delectat ſui pīmonii liber magnus:& uaſta ſpatia terrarū colēda per uicos:& imēſi greges pecorum
prouincias ac regna paſcēdi:& familia bellicoſis nationibus maior:& ædificia priuata laxitatē urbium ma
gnarū uincētia. Cū bene iſta per quæ diuitias ſuas diſponit ac fudit circūſpexerit:ſuperbūq; ſe fecerit:ſi qc/
quid habet ei quod cupit cōparet:pauper eſt. Dimitte me in illis diuitiis redde. Ego regnū ſapientiæ noui:
magnum:ſecurum. Ego ſic omnia habeo:ut omnium ſint.

t . Taq; cū Cæſar illi ducēta talēta donaret:ridens reiecit:ne dignā qdē ſummā iudicans:qua nō acce
pta gloriaret. Dii deæq; q̄ pauxillo illū animo:aut honorare uoluit:aut corrūpere. Reddēdū egre/
gio uiro teſtimoniū eſt. Ingentē rē ab illo dici audiui:cū miraret clementiā eius:q ſe putaſſet tanti
poſſe mutari. Si tentare inquit me conſtituerat:toto illi fui experiendus imperio.

s Apienti ergo donari aliquid poteſt:etiā ſi ſapientis omnia ſunt. Aeque nihil prohibet:cū oīa ami/
cis dicamus eſſe cōmunia:aliquid amico dōari. Nō eni mihi ſic cum amico cōmunia omnia ſunt:
quomodo cū ſocio:ut pars mea nō ſit pars illius:ſed quomodo patri matriq; cōmunes liberi ſunt:
quibus cum duo ſunt:non ſinguli ſingulos habent:ſed ſinguli binos. Primū omniū iam efficiam:ut qſqs
eſt iſte:qui me in ſocietatem uocat:ſciat ſe nihil mecum habere commune. Quare? quia hoc conſortium
ſolum inter ſapientes eſt:inter quos amicitia eſt. Cæteri non magis amici ſunt q̄ ſocii:Deide pluribus mo
dis communia ſunt. Equeſtria omnium æquitum romanorum ſunt. In illis tantum locus meus fit pro/
prius:quem occupaui. Hoc ſicui ceſſi:q̄uis illi communi recenſuerim:tamē aliquid dediſſe uideor. Quæ
dam quorundam ſub certa conditione ſunt. Habeo in equeſtribus locum:non ut uendam:non ut locem:
non ut habitem:in hoc tantum ut expectem. Præterea non mentiar:ſi dicam me habere in equeſtri locū.
ſed cum in theatrum ueni:ſi plena ſunt equeſtria:& iure habeo locum illic:qui ſedere mihi libere non ha
beo:quia ab his cum quibus ius mihi loci commune eſt:occupatus eſt. Idem inter amicos puta fieri. Quic
quid habet amicus commune eſt nobis:ſed illius proprium eſt:quia tenet. Vti his uolente nō poſſum. De
rides me inquis? Si quod amici eſt:meum eſt:liceat mihi:uendere non licet. Nam nec equeſtria: & tamen
communia tibi cum cæterit equeſtribus ſunt. Non eſt argumentum ideo aliquid tuum non eſſe:quia uē
dere non potes:quia conſumere:quia mutare in deterius aut melius non potes. Tuum enim eſt etiam qđ
ſub lege certa tuum eſt accipi:ſed certe non minus habes.

n Ec te trahā lōgius beneficiū datur:poſſunt eſſe maiora & plura in quæ ſi ea beniuolētia effundat:
& ſic ſibi indulgeat:quēadmodū amātes olent:quorū plura oſcula:& cōplexus artiores nō augent
amorē:ſed exercent. Hæc quoq; quæ uenit quæſtio profligata eſt in prioribus. Itaq; breuiter per/
ſtringet. Poſſunt eni in hac quæ data ſunt aliis argumenta transferri. Quæritur an q omnia fecit ut bene/
ficium reddet:reddiderit. Vt neſcias īquit illū nō reddidiſſe:oīa fecit ut redderet. Apparet ergo non eē id
factū cuius faciendi occaſionē nō habuit. & creditori ſuo pecuniā nō ſoluit is q ut ſolueret ubiq; quæſiuit:
nec īuenit. Quædam eius conditionis ſunt:ut effectū præſtare debeant. Quibuſdam profectu eſt oīa atten
taſſe ut efficeret:Si oīa fecit ut ſanaret:peregit medicus partes ſuas. Etiam damnato reo oratori conſtat elo
quentiæ ſtudium:& officium:ſi omni arte uſus eſt. Laus imperatori etiam uicto:& duci redditur. Si &
prudentiæ & induſtria:& fortitudo muneribus ſuis functa eſt. Omnia fecit ut beneficium redderet. Ob
ſtitit illi fœlicitas tua. Nihil incidit durius:q ueram amicitiam experiretur:locupleti donare non potuit

sano assidere:foelici succurrere.Gratiam rettulit etiam:si tu beneficium non recepisti.Praeterea huic itentus semper:& huius rei tempus operiens qui in hoc multum curae:multum sedulitatis impendit:plus laborauit q̃ cui cito referre gratiam contingit.

d Ebitoris exemplū dissimile est:cui parū est pecuniā quaesisse:nisi soluit.Illic enim stat accerbus super caput creditor:qui nullū diē gratis occidere patiatur.Hic benignissimus qui tecū cursantē & solicitū atq anxiū dicat.Mitte hanc de pectore curā.Desine tibi molestus instare.Omnia a te habeo.Iniuriā mihi facis si me quicq̃ amplius desiderare iudicas.Plenissime ad me puenit animus tuus.Dic inquit mihi si reddidisse beneficiū diceres:illū si gratiā rettulisset.Eodē ergo loco est qui reddidit:& qui non reddidit.Contra illud pone:si oblitus esse obliti beneficii:si nec tentasset qdem gratus esse: negares illum gratiam rettulisse:At hic diebus noctibusq se laxabit:& omnibus aliis renunciabit officiis:huic uni iminens:& operatus:ne quo se fugeret occasio.Eodē ergo loco erūt:ille qui curā referendae gratiae abiecit:& hic qui nunq̃ ab illa recessit.Iniquus es si rem a me exigis:cū uideas animū nō defuisse ad summā: Puta cū captus esses:me pecuniā mutuā:rebus meis in securitatē creditoris oppositis nauigasse hyeme tā saeua:per infesta latrociniis littora emensum:quicquid periculi afferre potest etiā pacatū mare:peragratis omnibus solicitudinibus:cū quos nemo fugiebat:ergo quaerentem tandē ad piratas perueni:& iā te alius redemerat:negabis me gratiā rettulisse?etiā si in illa nauigatione pecuniā quā saluti tuae contraxeram: naufragus perdidi:etiam ubi uincula quae detrahere ubi uolui:ipse incidi:negabis me rettulisse gratiā.At mehercule athenienses:Armodiū & Aristogionē tyrānicidas uocant:& Mutio manus in hostilia ara relicta istar occisi Porsennae fuit.Et semper contra fortunam luctata uirtus etiam citra effectum propositi operis enituit.Plus praestitit qui fugientes occasiones secutus est:& alia atq alia captauit:per quae referre gratiā posset:q̃ is quem sine ullo sudore:gratum primo fecit occasio.

d Vas inquit res ille tibi praestitit?Voluntatē & rem.Tu quoq illi duas debes.Merito istud diceres ei qui tibi reddidit uoluntatē ociosam.Huic uere debes:& qui uult:& qui conatur:& nihil intētatum relinquit:sed non potest dicere:utrūq enim praestat q̃tū in se est.Deinde non semper numero numerus aequandus est.Aliquando una res pro duabus ualet.Itaq in locum rei succedit tam propensa uoluntas & cupida reddendi.Quid si animum sine re ad referendam gratiam non ualet: nemo aduersus deos gratus est:in quos uolūtas sola confertur.Diis inquit nihil aliud pstare possumus.Sed si huic quoq cui referre gratiam debeo:nihil aliud praestare possum.Quid est quare non eo aduersus hominem gratus sim?quo nihil amplius in deos confero.

u Itam quid sentit quaeris:& uis signare responsum.Hic beneficium recepisse se iudicet: ille se sciat non reddidisse.Hic illum demittat:ille se teneat.Hic dicat habeo:ille respondeat habeo.In omni quaestioni propositum sit nobis bonum publicum.Praecludendae sunt excusationes ingratis: ad quos refugere non possit:& sub quibus inficiationem suam gerere.Omnia feci.Fac etiam nunc.Quid tu tam imprudentes iudicas maiores nostros fuisse:ut non intelligerent iniquissimum esse eodem loco eum qui pecuniam quam a creditore acceperat:libidini aut aleae assumpsit:& eum qui icendio aut latrocinio:aut aliquo casu tristiore:aliena cum suis perdidit.Nullā excusationē receperunt:ut hoīes scirent fidē utiq praestandam.Satius eni erat a paucis ēt iustam excusationē non accipi:q̃ ab oībus aliquā tentari.Oia fecisti ut redderes.Hoc illi satis:tibi parū.Nā quēadmodum ille:sed enixā:& sedulam opam transire pro irrita patit:cui gratia referat idignus est.Ita tu igratus es: nisi ei q uoluntatem bonam in solutum accipit eo libentius debes:qa dimitteris.Non rapias hoc:nec testeris.Occasiones reddēdi nihilominus quaeras.Redde illa:qa repetit:huic qa remittit:illi qa malus:huic qa non malus.Ideoq non est:q ad te hanc quaestionē iudices pertinere.An q beneficium quis a sapiente accepit:reddere debeat:si ille desinat esse sapiens:& i malum uersus est.Redderes eni & depositum quod a sapiente accepisses: & etiam malo redderes creditum.Quid est cur nō & beneficium?Quia mutatus est ille:mutat.Quid si quid a sano accepisses?aegro nō redderes:cū plus semper imbecillo amico debeamus.Et hic aeger ē.Animo adiuuetur:feratur.Stultitia morbus est animi distinguendum hoc quo magis intelligatur existimo.

d Vo sunt beneficia.Vnum quod dare nisi sapiens sapienti non potest.Hoc est absolutum & uerū beneficium.Alterū uulgare plaebeium:cuius inter nos & imperitos commercium est.De hoc non ē dubiū:quin illi qualiscunq est debeam reddere:siue homicida:siue fur:siue adulter euasit.Habēt scelera leges suas.Melius istos iudex:q̃ ingratus emendat.Nemo te malum quia est:faciat.Malo beneficium proiiciam.Bono reddam.Huic quia debeo:illi ne debeam.

d E adultero beneficii genere dubitatur:q si accipere non potui nisi sapiens:nec reddere quidem nisi sapienti possum.Puta enim me reddere:ille non potest recipere.Non ē iam huius rei capax.Scientiam utendi perdidit.Quid si me remittere manco pilam iubeas.Stultum est dare alicui quod accipere non possit.Vt respondere ab ultimo incipiam.Non dabo illi quod accipere non poterit.Reddam etiam si accipere non poterit.Obligare enim non possum:nisi accipientem:liberari tātum si reddi possum ille uti illo non poterit:uiderit.poenes illum erit culpa:non poenes me.

r Eddere est inquit accepturo tradidisse.Quid enim si cui uinū debeas:& hoc ille infundere reticulo iubeat:aut cribro.reddidisse te dices:aut reddere uoles:q dū reddit inter duos perit. Reddere est id quod debeas ei cuius est uolēti dare.Hoc unū mihi praestādū est:ut qdam debeat quod a me accepit.Iam ulterioris est curae.Nō tutelā illi sed fidē debeo.Multoq satius est illū non habere:q̃ me non reddere.Et creditori statim in macellū laturo quod accepit reddā.Etiam si mihi adulteram cui numerē

delegauerit soluā.Et si nūmos quos accipiet in sinū suū distinctū fundet:dabo.Reddendū enī mihi ē:non
seruandū cui reddidero aut tuendū.Beneficii accepti nō redditi custodiā debeo . Dum apud me est saluū
sit.Cæteꝵ licet accipiētis manibus effluat:dandū est reposcenti.Reddo bono cū expediet.Malo cū petet.
Tale inqt beneficium quale accepisti:non illis potes reddere:Accepisti enī a sapiente:stulto reddis.Nō red/
do illi quale nunc potest accipere.Nec per me fit:quod deterius:sed per illum.Id quod accepi reddā.Cui si
ad sapientiam reddiderit reddam.Quale dum malis est reddam:quale ab illo potest accipi.Quid est inqt
non tantum malus factus est:sed ferus sed imanis:qualis Appollodorus:aut Phalaris.Er huic beneficium
quod acceperas reddas.Mutationem sapientis tantam:natura non patitur.Nam in pessima ab optimis la
psus necesse est ēt in malo uestigia boni teneat.Nunq̄ tantum uirtus extinguitur:ut non certiores aio no/
tas iprimat:q̄ ut illas cradat ulla mutatio.Feræ īter nos educatæ sunt in siluas eruperunt.Aliqd māsuetu/
dinis pristinæ retinent.Tantumqꝫ a placidissimis absunt:quantum a ueris feris : & nunq̄ humanā manū
passis.Nemo in summam neqtiam icidit:q unq̄ hæsit sapientiæ.Altius īfectus est:q̄ ut ex toto diu: & trā/
sire in colorem manum possit.Deīde iterrogo utrum iste ferus sit aio tantum:an & in perniciem publicā
excurrat?Proposuisti.n.mihi aut prohalatum & titanum:quorum si naturam habet itra malos:q̄diu ego
isti beneficium suum reddam.Ne qd mihi cum eo sit iuris amplius.Si uero sanguine humano : non tātū
gaudet:sed pascitur:sed & suppliciis oīum ætatum crudelitatem īsatiabilem exerceret:nec ira:sed auidita/
te quadam seuiendi furit:si in ora parentum filios iugulat:si non contentus simplici morte distorquæt.
Nec urit solum perituros:sed ex eo qd:si ars eius est cruor:& semper recendi madet.Paꝵ est huic benefici
um non reddere:qcqd erat.quoinde cohæreret:itercisa iuris humani societas abscidit . Si præstitisset qdē
mihi aliqd:sed arma patriæ meæ īferret:qcqd meruerat perdidisset:& referre illi gratiam scælus habere/
tur.Si non patriam meam īpugnat:sed suæ grauis est:& sepositus a mea gente suam exagitat: abscidit ni/
hilominus illum tanta prauitas animi:&t si non inimicum iuisum mihi efficit:priorqꝫ mihi ac potior eius
officii ratio est:qꝫ humano generi:q̄ qꝫ uni homini debeo.

Ed quāuis hoc ita sit:& ex eo tempore oīa mihi in illum bona sint libera:ex quo corrumpēdo fas
s omne:ut nihil in eum nefas esset effecerit:illum mihi seruandum modum credam.Vt si benefici/
um illi meū:neqꝫ uires maiores datuꝵ est:in exitū cōmune:nec cōfirmatuꝵ quas habet.Ita autem
erit quod illi reddi sine pernicie publica possit reddam.Seruabo filium eius īfantem.Quid hoc benefici/
um obest:cuiq̄ eorum quos crudelitas eius lacerat. Pecuniam q̄ satellitē stipendio teneat:non subministra
bo.Si marmora & uestes desiderauit:nihil oberat:cuiq̄ id quo luxuria eius instruitur . Militem & arma
non suggeram:si pro magno petet munere.Artifices scœne:& scorta:& quæ feritatē eius emoliant : libēs
offerā:cui triremes & cæratas nō mitterē.Luxurias & cubiculatas:& alia ludibria regnū in mari lasciuiēti
um mittā.Et si ex toto eius sanitas desperata fuerit:eadē manu beneficiū omnibus dabo:illi reddā quanq̄
ingeniis talibus uitæ exitus remediū est.Optimū est obire ei qui ad se nunq̄ redditurus est . Sed hæc rara
nequitia est:& semper portēti loco habita fuit:hiatus terræ:& e cauernis maris initur ut eruptio.Itaqꝫ ab
illa recedamus.De his loquamur:ut de his quæ detestanť sine horrore.Huic homini malo quem īuenire
in quolibet foro possum:quē singuli timēt:reddā beneficiū quod accepi . Non oportet mihi neqtiam eius
prodesse:qꝫ in eum non est.Redeat ad dominum bonus sit an malus.Quid diligenter istud excuterem:si
non redderem sed darem.Hic solus fabulam poscit.

Ythagoricus qdam emerat a sutore phecassia:rē magnā nō poscētibus minimis. Post aliquot dies
p uenit ad tabernā redditurus:& cū clausam diu pulsaret:fuit qui diceret:Quid perdis operā tuam?
sutor ille quē quæris electus cōbustus est.Quod nobis fortasse molestū est:q in æternum nostros
amittimus:Tibi minime qui scis futuꝵ ut renascatur.locatus in pythagoricū.At philosophus noster tres
aut quatuor denarios(nō inuita manu)domū rettulit:subinde cōcutiens.Deide cū repræhēdisset hāc su/
am nō reddendi tacitā uoluptatē intelligens arrisisse sibi illud lucellū redit ad eandē tabernā.& ait:ille tibi
uiuit:tu redde quod debes.Deide per clostrium quia se commissura laxauerat:quatuor denarios in taber
na inseruit ac misit.pœnas a se exigens improbæ cupiditatis:ne alieno assuesceret.

Vod debes:quære cui reddas.Et si nemo poscet:ipse tu appella.Malus an bonus sit:Ad te non per/
q tinet.Redde & accusa nō oblitus:quēadmodum inter nos officia diuisa sunt:illi obliuio imperata
est:tibi meminisse mandauimus.Errat tamen siquis extimat cum dicimus eum qui beneficiū de
dit obliuisci oportere:excutere nos illi memoriā rei præsertim honestissimæ. Quæ p̄cipimus ultra mo/
dum:ut ad uerum & suum redeant.Cum dicimus meminisse non debet:hoc uolumus intelligi prædica
re non debet:nec iactare:nec grauis esse.Quidam enim beneficium quod dederunt omnibus circulis nar
rant.Hoc sobrii loquuntur:hoc ebrii non continent:hoc ignotis ingerunt:hoc amicis cōmittunt:Vt hæc
nimia & exprobatrix memoria subsideret:obliuisci eum qui dedit iussimus:& plus imperando q̄ præsta/
ri poterat silentium suasimus.

Votiens parum fiduciæ est in his quibus imperes:amplius est exigendum q̄ satis est:ut præstetur
q quantū satis est.In hoc omnis hyperbole excedit:ut ad uerum mendacio ueniat.Itaqꝫ ille cū dixit
qui candore niues an terrent:cursibus auras:quod non poterat fieri dixit:ut crederetur quantum
plurimū posset.Et qui dixit his immobilior scopulus uiolētior amne.Hoc quidem semper suasurum pu
tauit aliquē:tam īmobile esse:q̄ scopulum.Nunq̄ tantū sperat hyperbola:quantum audet:sed icredibilia
affirmat:ut ad credibilia perueniat.Cum dicimus:qui beneficium dedit obliuiscatur . hoc dicius similis
sit oblito.Memoria eius nō appareat:nec icurrat.Cum dicimus beneficium repeti non oportere : non ex

toto repetitionem tollimus. Sæpe enim opus est malis exactore: etiam bonis admonitore. Quid ergo oc/casionem ignoranti non ostendam? necessitates illi meas non detegam? quare nescisse se aut mentiat aut doleat. Interueniat aliquãdo admonitio: sed uerecundia: quæ non poscat: nec in ius uocet.

Ocrates amicis audientibus: emissem ĩquit palliũ: si nũmos haberem. Neminem poposcit. Oẽs ad/
s monuit: a quo acciperet: ambiguus fuit. Quid ni esset. Quãtulũ enim erat quod Socrates accipie/
bat: nõne multum erat: eum meruisse: quo Socrates acciperet. Non illos castigare mollius potuit. emissem inquit pallium: si nũmos haberẽ. Post hæc quisquis properauerit: sero dat. Iam Socrati defuit: p̃pter acerbos exactores recipere prohibemus. non ut nunq̃ fiat: sed ut parce.

Ristippus aliquãdo delectatus unguẽto. Male ĩquit istis effœminatis eueniat: q rem tam bellam ĩ/
a famauerũt. Idẽ dicendũ est: male istis ĩprobis: & ĩportunis beneficiorum suorum quadruplatoribus eueniat: q tam bellã admonitionẽ iter amicos sustulerunt. Ego tamẽ utar hoc iure amicitiæ: & beneficiũ ab eo repetã: a quo petissem alternis beneficii loco accepturus est potius se reddere. Nunq̃ ne quæ/rens qdem dicã. Eiectũ littore egentẽ excepi: & regni demens in parte locaui. Non est ista admonitio: imo cõuitiũ est. Hoc est in odiũ beneficia perducere. Hoc est efficere: ut ĩgratum esse: aut libeat: aut iuuet. Satis abundeq; est submissis familiaribus uerbis: memoriam reuocare. Si bene qd de te merui. Fuit aut tibi qcq̃ dulce meum. Ille inuicem dicat. Quid ni merueris? egenum littore egentem excepisti.

Ed nihil ĩquit profecimus: dissimulat oblitus est. Quid facere debeã quæris rem maxĩe necessari/
s am: & in qua hanc materiam consumari decet. Quemadmodum ĩgrati ferendi sint: placido aio: mansueto magno. Nunq̃ te tam ihumano & immemor & ĩgratus offendat: ut non tantum dedisse delectet. Nunq̃ in has uoces iniuria ĩpellat. Vellem non fecisse. Beneficii tui etiam ĩfœlicitas placeat. Semper illum pœnitebit: ne nunc qdem pœnitet. Non est q̃ idigneris tanq̃ aliqd noui acciderit: magis mirari debes: si non accidisset. Alium labor: alium ĩpensa deterret: alium periculum: alium turpis uerecundia: ne dum reddit fateatur accepisse. Alium ignorantia officii: alium pigricia: alium occupatio. Aspice quemadmodum imensæ hoĩum cupiditates hiant semper & poscant. Non miraberis ubi neminem reddere: ubi nemo satis accipit. Quis est istorum tam firmæ uoluntatis ac solidæ: ut tuto apud eum beneficia depõas? Alius libidie ĩsanit. Alius ab deum seruit. Alius lucrosus est: cuius summam non uices. Alius iuidia labo/rat. Alius cæca ambitione: & in gladios ruente. Adiice torporem mentis ac senium: & ocia huic ĩquieti pectoris agitationem: tumultusq; perpetuos. Adiice extiationem sui nimiam & tumorem: ob quæ contennendus est ĩsolentem. Quid contumaciam in peruersa itentium? Quid leuitatem semper aliquo transili/entem loquar? Huc accedat temeritas præceps. & nunq̃ fidele consilium daturus timor: & mille errores: q̃bus uoluimur. Audacia timidissimorum: discordia familiarissimorum: & publicum malum icertissimis fidere: fastidire possessa: quæ consequi posse spes non fuit.

Nter affectus ĩquietissimos rem qetissimam fidem quæris? Si tibi uitæ nostræ uera imago suc/
t curreret: uideberis tibi uidere: capræ cum maxĩe ciuitatis faciem in qua omisso pudoris rectiq; re/spectu: uires in consilio sunt. Velut signo ad permiscenda oĩa dato. non igni: non ferro abstinetur. Soluta legibus scelera sunt. Nec religio qdem quæ iter arma hostilia supplices texit: nullum ĩpedimentũ est ruentum in prædam. Hic ex priuato: hic ex publico: hic ex prophano: hic sacra rapit: hic effringit: hic transilit: hic non contentus angusto itinere: ipsa q̃bus arcetur euertit: & in lucrum ruia uenit. Hic sine cæde populatur: hic spolia cruenta manu portat. Nemo non fert aliqd ex altero. In hac auiditate generis hu/mani: num tu nimis fortunæ communis oblitus es: q quæris iter rapientes referentem. Si idignaris ĩgra/tos esse. Indignare luxuriosos. Indignare auaros. Indignare ipudicos. Indignare ægros: deformes: senes: pallidos. Est istud graue uitiũ: est itollerabile: & quod dissociet homines: quod concordiã qua ĩbecillitas nostra fulcitur: scidat ac dissipet. Sed usq; eo uulgare est. Vt illud nec qui quæritur quidem effugeret.

Ogita tecũ an q̃buscunq; debuisti gratiam retuleris: an nullum unq̃ apud te perierit officium: an/
c te beneficiorum memoria comitetur? Videbis quæ puero data sunt: ante adolescentiam elapsa: q̃ in iuuenem collata sunt: non perdurasse in senectutem. Quædam perdidius: quædam proiecius. Quædam e conspectu nostro paulati exierunt. A q̃busdam oculos auertimus. Vt excusem tibi ĩbecillitatem tuam. In primis fragilis est memoria: & rerum turbæ non sufficit. Necesse est quantum recipit emittat: & antiqssima recentissimis obruat. Sic factum est: ut minima apud te nutricis esset auctoritas: q̃a beneficium eius longius ætas sequens posuit. Sic factum est: ut præceptoris tibi nõ esset ulla ueneratio. Sic euenit ut circa consularia occupato comitia: aut sacerdotorum cãdidato quæsture suffragatorum excideret. Fortasse uitium de quo quæreris: si te diligenter excusseris: in sinu iuenies. Inique publico crimini: stulte tuo ut absoluaris ignosce. Meliorem illum facies ferendo: utiq; peiorem exprobando. Non est q̃ frontem eius ĩdures: sine siqd est pudoris residui seruet. Sæpe dubiam uerecundiam uox conuitiãtis clarior rupit. Nemo id esse quod etiam uidetur timet. Depræhensus pudore emittitur.

Erdidi beneficium. Nunquid quæ consecrauimus perdidisse nos dicimus? Inter consecrata bene/
p ficium est: etiam si male respondit: bene collatum. Non est ille qualem sperauimus. Simus quales fuimus nos ei dissimiles. Damnum non tunc factum apparuit. Ingratus non sine nostro pudore protrahatur. Quoniam quidem quærela amissi beneficii: non bene dati signum est. Quantum possumus casum eius apud nos agamus. Fortasse non potuit: fortasse ignorauit: fortasse facturus est. Quædam bona lentus ac sapiens creditor fecit: qui sustinuit: hac mora fouit. Idem nobis faciendum est. Nutriamus fidem languidam.

Redidi beneficiũ stulte:nõ nosci detrimẽti tui tẽpora perdidisti:sed cũ dares.Nũc palam factũ est
e etiã in his quæ uidenẽ:in perdito moderatio plurimũ profuit.Vt corpoꝝ : ita animoꝝ molliter uitia detractãda sunt.Sæpe quod explicauit mora:ptinacia trahẽtis abruptũ est.Quid opus ẽ maledictis? quid quærelis? quid insectatione? Quare illũ liberas? quare dimittis? Si ingratus est : iam nihil debet.Quæ ratio est exacerbare eum in quẽ magna cõtuleris:ut ex amico dubio fiat nõ dubius inimicus: & patrocinium sibi nostra infamia quærat? Nec desit qui dicat:Nescio quid est ꝙ eũ cui tantũ debuit: ferre non potuit.Subest aliquid.Nemo nõ superioris dignitatẽ quærendo:etiam si non inquinauit aspersit. Nec quisq̃ fingere contentus est læuia:cum magnitudine mendacii fidem quærat.

Vanta illa melior uia seruaẽ illi spes amicitiæ:& si reuerti ad sanitatẽ uelit etiã amicitia:uincit ma
q los pertinax bonitas.Nec quisq̃ tam duri infestiq; aduersus diligẽda animi est:ut etiã uitiatus bonos nõ amet.Quibus hic quoq; cœpit debere quod ĩpune nõ soluit.At illa itaq; cogitationes tuas flecte.Nõ est mihi relata gratia.Quid faciam ꝙ dii oĩum reꝝ optimi auctores:qui beneficia ignoranti dare incipiunt:ingratis perseuerãt.Alius illis obiicit negligẽtiã nostri.Alius iniquitatẽ.Alius illos extra mũdum suũ proiicit:& ignauos hebetesq; sine luce:sine ullo opere destituit.Alius solẽ cui debemus: ꝙ ĩtra laborẽ:quietẽq; tẽpus durissimũ:ꝙ nõ tenebris immersi cõfusionẽ æternæ noctis effugimus.ꝙ animũ cursu se tẽperat:& corpora alit:sacra euocat:percogt fructus.Saxũ aliquod:aut fortuitoꝝ ignũ globũ : & qd ius potius q̃ dictũ appellat.Nihilominus tamẽ more optimoꝝ parentũ q malectis suorum ĩtantium arridẽt:non cessant dii beneficia congerere:de beneficioꝝ auctore dubitantibus.sed æquali tenore bona sua per gentes populosq; distribuunt.Vnam potentiam sortiti prodesse.Spargunt opportunis ĩbribus terras: maria flatu mouent:sydeꝝ cursu notant tempora.Hyemes æstatesq; iteruentu lenioris spiritus molliũt: errorem labentium aiarum placidi ac proprii ferunt.Imitemur illos.Demus etiam si multa in irritum data sint.Demus nihilominus aliis.Demus ipsis apud quos iactura facta est.Neminem ad excitãdas domos ruina deterruit.Et cum pœnates ignis assumpsit:fundamenta repente adhuc harena ponimus : & urbes haustas sæpius eodem solo condimus.Adeo ad bonas spes pertinax aius est.Terra mariq; humana opera cessarent:nisi male ruentia iterum tentare libuisset.

Ngratus est:Nõ mihi fecit iniuriã:sed sibi.Ego cũ beneficio meo darẽ usus sum.Nec iõ pigrius da
i bo:sed diligẽtius.Quod in hoc perdidi:ab aliis recipiã.Sed huic ipsi beneficiũ dabo iteꝝ:& tãq̃ bonus agricola:cura cultuq; sterilitatẽ soli uicã.Perit mihi beneficiũ.iste oĩbus.Nõ est magni animi beneficiũ dare & pdere:hoc est magni animi pdere & dare. Explicit liber ultimus de beneficiis.

LVCII ANNEI SENECAE DE IRA AD NOVATVM LIBER PRIMVS.



Xegisti a me Nouate ut scriberẽ quẽadmodũ posset ira lẽiri:nec ĩmerito mihi uideris hũc præcipue affectum pertimuisse:maxie ex oĩbus tetrũ ac rabidũ.Cæteris eñi aliqd qeti placidiq; inest.Hic totus concitatus & in ipetu est doloris armoꝝ sanguinis suppliciorꝝ minime humana fruẽs cupiditate:dũ alteri noceat sui negligẽs in ipsa irrues tela : & ultionis secũ multã tractare auidus.Quidã itaq; a sapiẽtibus uiris irã dixerũt breuẽ isaniã:æque eni ĩpotẽs sui est:decoris oblita:necessitudinũ ĩmemor.Inquod cœpit ptinax:& itẽta ratiõi: cõsiliisq; præclusa:uanis agitata causis ad cõspectũ æqui ueriq; ĩhabilis ruinis simillima:quæ super id qđ oppressere frangant.Vt scias autẽ nõ esse sanos quos ira possedit:ipsum illoꝝ habitũ ĩtuere.Nã ut furentiũ certa indicia sunt audax & minax uultus:tristis frons:torua facies:citatus gradus:inquietæ manus: color uersus:crebra & uehemẽtius acta suspiria.ita irascentiũ eadẽ signa sunt:flagrant:emicãt oculi: multos ore toto rubor & æstuante ab imis præcordiis sanguine:labia quatiũtur:dentes cõprimũtur: horrent ac subriguntẽ capilli:spiritus coactus ac stridẽs articuloꝝ seipsos torquẽtiũ sonus:gemitus:mugitusq;:& parum explanatis uocibus sermo præruptus:& cõplosæ sæpius manus:& pulsata humus pedibus:& totũ cõcitũ corpus:magnasq; iræ minas agẽs:fœda uisi & horrẽda facies deprauantiũ se atq; ĩtumescentium. Nescias utrũ magis detestabile uitiũ sit:an deforme? Cætera licet abscõdere:& in abdito alere ira se profert:& in faciẽ exit:quãtoq; maior hæc est:efferuescit manifestius.Non uides : ut oĩum aialium simul ad nocendum ĩsurrexerunt:præcurrãt notæ ac tota corpora:solitũ:qetũq; egrediantur habitũ: & feritatẽ suã exasperẽt. Spumant apris ora:dentes acuunẽ attritu:tauroꝝ cornua iactanẽ in uacuũ:& harena pulsu pedum spargitur:leones fremunt:ĩflantur irritatis colla serpẽtibus.rabidaꝝ canũ tristis aspectus est.Nullum est animal tam horrendum:tam perniciosumq; natura:ut non appareat in illo:si illis ira ĩuasit nouæ feritatis accessio.Nec ignoro cæteros quoq; affectus uix occultari libidinẽ metũq; & audaciam dare sui signa: & posse prægnosci.Neq; eñi ulla uehemẽtior ĩtra cogitatio est:quæ nihil moueat in uultu.Quid ergo ĩterest? qđ alii affectus apparent:hic eminet.Iam uero si effectus eius dãnaq; ĩtueri uelis:nulla pestis humano generi pluris stetit.Videbis cædes ac uenena:& eorum mutuas sordes:& urbium clades:& totarum exitia gẽtium & principum:sub ciuili hasta capita uenalia:& subiectas tectis faces:nec intra mœnia coercitos ignes: sed ingentia spatia regionum hostili flamma relucentia. Aspice nobilissimarum ciuitatum fundamenta uix notabilia:has ira deiecit.Aspice solitudines per multa milia sine habitatione desertas:has ira exhausit. Aspice tot memoriæ proditos duces mali exempla fati.Alium ira in cubili suo confodit.Alium ĩtra sacra mensæ ira percussit.Alium ĩter leges celebrisq; spectaculum fori lãcinauit.Alium filii paricidio dare sanguinem iussit.Alium seruili manu regale aperire iugulum.Alium in cruces membra diffindere. Adhuc singuloꝝ supplicia narro:qđ tibi si libuerit relictis in quos ita uiros nõ exarsit.Aspice cæsas gladio cõciones:& plæbem immisso milite contrucidatam:& in perniciem promiscuam : totos populos capitis dãna

passos tanq̄ aut curā nostrā deserētibus: aut auctoritatē cōtēnētibus. Quid de gladiatoribus quare populus irascit̄ & tā inique ut iniuriā putet q̄ nō libēter pereūt cōtēni se iudicāt: & uultu: gestu: ardore: aspectione in aduersariū uertit̄. Quod qdem tale nō est ira: sed quasi ira. Sicut puerorum: qui si ceciderūt terrā uerberari uolūt. & sæpe nesciūt quid est cui irascant̄: sed tantū irascūt̄ sine cā iniuria non tamen sine aliqua iniuriæ specie: nec sine aliqua pœnæ cupiditate. Deludūt̄ itaq̄ mutatione plagarum & simulatis depræcantium lachrymis placant̄: & falsa ultione falsus dolor tollit̄. Irascimur inqt sæpe non illis q læserūt: sed his q læsuri sunt. Vt scias iram non tantū ex iniuria nasci: uerum etiam irasci nos læsuris: sed ipsa cogitatione nos lædūt: & iniuriam q facturus est iam facit. Vt scias inqt non esse iram pœnæ cupiditatem. Infirmissimi sæpe potentissimis irascūt̄: nec pœnam concupiscūt quam non sperant. Primū diximus cupiditatem eē pœnæ exigendæ non facultatē. Cōcupiscūt āt homines: & quæ non possunt. Deinde nemo tam humilis est qui pœnā uel summi hominis sperare nō possit. Ad nocendū potentes sumus. Aristotelis finitio nō multū a nostra abest. ait enim: Irā esse cupiditatē doloris reponendi. quid inter nostrā & hāc finitionē intersit exequi longū est. contra utranḡ dr̄: feras irasci: nec iniuria irritatas: nec pœnæ dolorisue alieni causa. Nam etiam si hoc efficiūt nō hoc petunt. Sed dicendū est feras ira carere. & omnia præter hominē. nā cū sit inimica rationi nusq̄ tamē nascit̄ nisi ubi rōni locus est. Impetus habēt feræ: rabiē: feritatē: incursum. Irā quidem nō magis q̄ luxuriā: uel iniuriā: & in quasdā uoluptates itēperatiores hoīes sunt. Nō ē quod credas illi q dicit: Nō aper irasci meminit: nō sydere cursu Ceruа: nec armentis incurrere fortibus ursi. Irasci dicit incitari impingi. Irasci quidē nō magis sciūt q̄ ignoscere. Multa animalia humāis affectibus carent: hēnt autē similes illis quosdā impulsus. alioquin si amor in illis esset: & odiū esset. Si amicitia & simultas: si dissensio & concordia. Quorum aliqua in illis quoq̄ extāt uestigia. Cæterum humanorum pectorum ꝓpria bona malaq̄ sunt. nulli nisi homini cōcessa prudentia est prouidētia: diligētia cognitio. nec tantū uirtutibus humanis animalia: sed etiā uitiis prohibita sint. tota illorum ut extra: ita intra formæ humānæ dissimilis est. Regimē est illud & principale aliter ducunt: ut uox est quidē: sed nō explanabilis & perturbata: & inefficax ut lingua: sed deuīcta. nec in motus uarios soluta: ita ipsum principale: parum subtile: parum exactū caput. Ergo usus speciesq̄ rerum quibus ad impetus euocetur: sed turbidas & confusas. Ex eo procursus illarum tumultusq̄ uehæmētes sunt. Motus autē solitudinesq̄ & tristitia & ira nō sunt: sed his quædā similia. Ideo cito cadūt & mutant̄ i cōtrariū. & cū acerrime sæuierunt expaueruntq̄ pascunt̄: & ex fremitu decursuq̄ uesano statim quies soporq̄ sequit̄. Quid esset ira satis explicatum est. Quo distet ab iracundia apparet q̄ ebrius ab ebrioso: & timens a timido. Iratus pōt nō esse iracundus: Iracūdus nō potest aliquādo iratus nō esse. Cætera quæ pluribus apud græcos noībus in speciē irā distiguunt: quia apud nos uocabula sua nō habent̄. Præteribo etiā similiter amarum nos acerbūq̄ dicimus: nec minus stomachosum: rabiosum: clamosum: difficile: asperum: quæ omnia iratum differētiæ sunt. Inter hos morosum ponas: licet delicatū iracundiæ genus. Quædā enim sunt iræ quæ intra clamorē concidant. Quædā nō minus pertinaces q̄ frequētes. Quædā sæue manent uerbis parciores. Quædā in uerborum dictoriūq̄ amaritudine effusæ. Quædā ultra querelas & aduersationes nō exeunt. Quædā altæ grauesq̄ sunt: & introrsus uersæ. Mille aliæ species sunt mali multiplicis. Quid esset ira quæsitū est. An in ullū aliud animal q̄ in hominē caderet quo ab iracūdia distaret: & quæ eius species eēnt. Nunc quæramus an ira secundū naturā sit? & an utilis atq̄ ex aliqua parte retinenda? An secundū naturā sit? Manifestū erit si hominē inspexerimus: quo quid est mitius: dū in recto animi habitu est? Quid āt ira crudelius est? homine quid amātius? quid ira infestius? Homo in adiutoriū mutuū generatus est. Ira i exitiū. Ille cōgregari uult: illa discedere. hic prodesse: illa nocere. hic etiā ignotis succurrere: illa etiā clarissimos petere. hic aliorum icommodis uel impendere si paratus est. Ira in periculū dūmodo secum deducat aliū parata descendere. Quis ergo magis naturam rerum ignorat q̄ qui optimo eius operi & cōmendatissimo hoc ferum ac perniciosum uitiū assignat? Ira ut diximus auida pœnæ est: cuius cupidinē inesse pacatissimo hominis pectori minime secundū eius naturā est. Beneficiis autē humana uita cōstat & cōcordia: nec terrore sed mutuo amore in fructū auxiliūq̄ cōmune cōstringit̄. Quid nō aliquādo castigatio necessaria est: sed hæc sincera cū ratione. Non enim nocet: sed medet̄ specie nocendi. quēadmodū quædā hastilia detorta ut corrigamus adurimus: & adactis cuneis nō ut frāgamus: sed ut explicemus elidimus. sic ingenia uitio prauo dolore corporis animiq̄ corrigimus. Nēpe medicus primo in leuibus uitiis tentat non multum ex quotidiana cōsuetudine inflectere: & cibis: potionibus: exercitationibus ordinē ponere: ac ualitudinē tantum mutata uitæ dispositione firmare proximū est ut modus proficiat: si modus & ordo nō proficit: subducit aliqua & circūcidit si nō adhuc quidē respōdet. Intercidit cibis & abstinentia corpus exonerat: si frustra molliora cesserūt: ferit uenā mēbrisq̄ si adhærentia nocēt: & morbum diffundunt: manus affert. Nec ulli dura uidet̄ curatio cuius est salutaris affectus. Ira legū præsidē ciuitatisq̄ rectorem decet: q̄diu pōt uerbis & mollibus his ingenia curare: ut faciēda suadeat: cupiditatēq̄ honesti & æqui cōsiliet animis: faciatq̄ uitiorum odiū: præciū uirtutis. Transeat deinde ad tristiorē orationē qua moneat adhuc & exprobet. nouissime ad pœnas & has adhuc leues & reuocabiles decurrat. Vltima supplicia sceleribus ultimis ponat: ut nemo pereat nisi quemq̄ perire etiam pereuntis intersit. Hoc modo medētibus erit dissimis qui illis quibus uitam nō potuerunt largiri: facilē exitū præstāt. hic dānatus cū dedecore & trāsductione uitam exigit. Nō quia delectetur ullius pœna. Procul est enim a sapiente tam inhumana feritas: sed ut documentū omniū sit: & qui alicui noluerūt prodesse morte certe eorum respublica utatur. Nō est ergo natura hominis pœnæ appetens. Ideo nec ira quidē secundū naturā hominis: quæ pœnæ appetens est. Et Platonis argumentum afferā: quid enim prodest alienis uti: ex parte qua nostra sunt afferam. Vir bonus inquit non lædit: pœna


lædit:bono ergo pœna nõ cõuenit:ob hoc nec ira:quia pœna iræ cõuenit. Sic uir bonus pœna nõ gaudet: nõ gaudebit:ne in eo quidẽ affectu cui pœna uoluptati est:ergo nõ est naturalis ira. Nunquid q̃uis non sit naturalis ira assumẽda est? quia utilis sæpe fuit. Extollit animos & incitat:nec quicq̃ sine illa magnificũ in bello fortitudo gerit. Nisi huic flãma subdita est:& hinc famulus peragitauit:misitq; in pericula audaces optime:itaq; qdem putãt temperare irã nõ tollere:eoq; detracto quod exundat:ad salutarẽ modum cogere. Id uero retinere sine quo languebit actio & uis aut rigor animi resoluet. Primum facilius est excludere perniciosa q̃ regere:& nõ admittere q̃ admissa moderari. Nã cum se in possessione posuerunt: potentiora rectore sunt nec recidi se minime patiunt. Deinde ratio ipsa cui freni tradunt:tãdiu potens est:q̃diu deducta eũ ab effectibus. Si miscuit se illis & inquinauit:non potest cõtinere quos submouere potuisset. Cum mota enim semel & excussa mens ei seruit quo impellit. Quo rũdã reꝝ initia in nostra potestate sunt ulteriora:nos sua rapiunt ui:nec regressum relinquũt:ut in præceps datis corporibus nullũ sui arbitriũ ẽ: nec resistere morariue deiecta potuerũt:sed cõsilium omne an pœnitentia irreuocabilis præcipitatio abscidit: & nõ licet eo nõ peruenire quo nõ ire licuisse:Ita animus si in irã:amorẽ:aliosq; proiecit affectus: non permittitur reprimere impetũ:rapiat illũ oportet:& ad imũ agat suũ põdus etiã uitioꝝ natura ꝓcliuis. Optimũ est primũ irritamentũ iræ ꝓtinus spernere:ipsisq; repugnare sensibus:& dare operã ne incidã in irã. nã si cœperit ferre trãsuersos difficilis ad salutẽ recursus est. Quoniã nihil rationis est:ubi semel affectus ẽ inductus:iusq; illi aliquod uoluntate nostra datũ est. Faciet de cætero quantũ uolet:nõ quãtũ permiseris. In cõfinibus hostis arcẽdus est. Nã cũ intrauit:& portis se intulit:modũ in captiuis nõ accipit. Neq; enim se positus est animus:& extrisecus speculat affectus:ut illos nõ patiat ultra q̃ oportet procedere: sed etiam affectũ ipse imitat. Ideoq; nõ potest utilẽ illã uim & salutarẽ perditẽ iam infirmatãq; reuocari non: eni ut dixi separatas ista sedes suas deductasq; habet:sed affectus:& rõ in melius enimq; imitatio animi est:quomodo ergo ratio occupata & oppressa uitiis resurget:quæ iræ cessit? Aut quẽadmodũ a cõfusione se liberabit:in quã peioꝝ mixtura præualuit? Sed quidã inquit in ira se continent. Vtrũ ergo ira nihil ut faciant eoꝝ quæ ira dictat:an aliquid? Si nihil faciũt:apparet nõ esse ad actiones reꝝ necessariã irã:quã nos quasi fortius aliquid ratione haberet aduocabitis. Deniq; interrogo:ualẽtior est q̃ ratio:an infirmior? Si ualentior:quomodo illi modũ ratio poterit imponere? Cũ parere nisi imbecilliora nõ soleant. Si infirmior est: sine hac per se ad reꝝ effectus sufficit ratio:nec desiderat imbecillioris auxiliũ. At irati quidã cõstãt sibi & continẽt. Quõ cũ iã ira euanescit:& sua sponte decedit. Nõ cũ ipso feruore est:tũc eni potentior est. Quid ergo nõ aliquãdo in ira quoq; & dimittũt incolumes intactosq; quos oderũt. Et a nocẽdo abstinentẽ faciunt. Quomodo cũ affectus repercussit affectũ:aut uirtus:aut cupiditas aliquid impetrauit:nõ rationis beneficio quieuit:sed affectũ infida & mala pace. Deniq; nihil habet utile:nec acuit animum ad res bellicas. Nunq̃ enim uirtus uitio adiuuanda est se cõtenta. Quotiẽs impetui est locus nõ irascitur sed exurgit:& in quãtũ putauit opus esse concitat:remittiturq; nõ aliter q̃ quæ tormẽtis exprimunt tela. In potestate mittentis sunt inquãtũ torqueant. Ira inquit Aristoteles necessaria est:nec quicq̃ sine illa expugnari põt:nisi illa iplet aĩum:& spiritũ accẽdat. Vtẽdũ autẽ illa est nõ ut duce:sed ut milite:quod est falsum. Nõ se exaudit rationẽ quã sequit qua ducit:iam nõ est ira:cui propriũ est cõtumacia. Si uero repugnat:& nõ ubi iussa ẽ quiescit:sed libidine ferociaq; prouehit:tam inutilis animi miser est:q̃ miles qui signũ receptui negligit. Itaq; si modũ adiberi sibi patit:alio nomine appellanda est. Desinit ira esse:quã effrenatã indomitãq; intelligo:si non patitur perniciosa est:nec inter auxilia numeranda:ita aut ira non est:aut inutilis est: nã siquis pœnã exigit:nõ ipsius pœnæ auidus:sed qa oportet:neq; est annumerandus iratis. Hic erit utilis miles qui scit parere cõsilio. Affectus quidẽ tã mali ministri q̃ duces sunt. Ideo nunq̃ assumet ratio in adiutoriũ iprouidos & uiolentos impetus:apud quos nihil ipsa auctoritatis habeat:quos nunq̃ cõprimere possit:nisi pares illis similesq; apposuerit. Vt iræ moetũ:inertiæ irã:timori cupiditatẽ. Absit hoc a uirtute malũ: ut nũq̃ ratio ad uitia cõfugiat. Nõ põt hic animus fidele ociũ capere:quatiaturq; necesse est: fluctueturq; qui malis suis tutus est:qui fortis esse nisi irascit nõ potest:qui industrius nisi cupit:quietus nisi timet. In tyrannide illi uiuendũ est:in alicuius effectus uenendi seruitutẽ. Non pudet uirtutes in clientelã uitioꝝ dimittere. Deinde desinit qcq̃ ratio posse:si nihil potest sine affectu:& icipit par illi similisq; esse. Quid eni interest si æque affectus incõsulta res est sine ratione q̃ ratio sine affectu? inefficax par utrũq; est:ubi esse alteꝝ sine altero non potest. Quis autẽ sustineat affectũ exæquare rationi? ita inquit utilis affectus est si modicus est: immo si natura utilis est:sed si impatiens iperii rationisq; est. hoc dũtaxat moderatione cõsequat: ut quo minor fuit minus noceat:ergo modicus affectus nihil aliud q̃ malũ modicũ est. Sed aduersus hostes inge necessaria est ira. Nusq̃ minus:ubi nõ effusos esse oportet ipetus:sed temperatos & obedientes. Quid enĩ est aliud quod Barbaros tanto robustiores tanto patientiores laboꝝ cõminuat natura ira infestissima sibi. Gladiatores quoq; ars tuet. Ira denudat. deinde quid opus est ira? cũ idẽ perficiat ratio. An tu putas uenatorẽ irasci feris? an qui euenientes excipit:& effugientes ꝑsequit:& omnia illa sine ira facit ratio. Quid Cimbrorum:theotonicorũq; tot milia superclusa alpibus ira sustulit:ut tãtæ cladis noticiã ad suos nõ nũcius sed fama pertulerit:nisi q; erat illis ira pro uirtutæ:quæ ut aliquãdo protulit strauitq; omnia. Ira sæpius sibi exitio est. Germanis quid est animosius? quid incursu acrius? quid armoꝝ cupidius? quibus innascunt innutriunturq;:quoꝝ una illis cura est:in alia negligentibus. Quid induratius ad omnẽ patientiã: ut quibus magna ex parte nõ tegumẽta corpoꝝ prouisa sunt:nõ suffragia aduersus ꝑpetui cæli rigorem. Hos tamẽ Hispani Galliq; & Asiæ & Syriæq; molles bello uiri anteq̃ legio uisatur cedunt:ob nullã rẽ aliã opportunos q̃ ob iracundiã. Agendũ illis corporibus:animi delitias:luxu opes:ignorãtibus da rationemq;

da diſciplinã. Vt nihil amplius dicã: neceſſe erit nobis certe mores romanos repetere: quo alio Fabius affe/
ctu imperii uires retractauit: quoniam percũctari & trahære & morari ſciuit: quæ omnia irati neſciũt. Pe
rierat iperium: quod tũc in extremo ſtabat. ſi Fabius tantũ auſus eſſet: quantũ ira ſuadebat. Habuit in con
ſilio fortunã publicã: & extimatis uiribus ex quibus iã perire nihil ſine uniuerſo poterat: dolorẽ ultionẽq̃
ſepoſuit in unã utilitatẽ: & occaſioni intentus irã ante uicit q̃ Hannibalẽ. Quid Scipio: nõne relicto Hanni
bale punico exercitu omnibuſq̃ quibus miſcendum erat: bellũ in Africã trãſtulit tam lentus ut opinionẽ
luxuriæ ſegnitiẽq̃ malignis daret. Quid alter Scipio nõ circa numantiã multũ diuq̃ ſedit: & hunc ſuũ pu
blicũq̃ dolorẽ æquo animo tulit, diutius Numantiã q̃ Carthaginẽ uinci: q̃ dũ circũuallat includit hoſte:
eo cõpulit ut ferro ipſi ſuo caderẽt. nõ eſt itaq̃ utilis in præliis: nec quidẽ aut in bellis ira. In temeritatẽ enĩ
prona eſt: & pericula dum inferte uult nõ cauet. Illa certiſſima eſt uirtus: quæ ſi diu multũq̃ circũſpexit te
xit: & ex lento ac deſtinato prouexit. Quid ergo uir bonus nõ iraſcitur inqt ſi cædi patrẽ ſuũ uiderit: ſi ra
pi matrẽ nõ iraſcetur: ſed uindicabit: ſed tuebit? Quid autẽ times ne paꝝ illi magnus ſtimulus ẽt ſine ira
pietas ſit? Aut dic eodẽ modo. Quid autẽ ergo cũ uiderit ſecari patrẽ ſuũ: filiũue: uir bonus nõ flebit: nec
liquætur animo? quæ accidere fœminis uidemus: quotiens illas leuis periculi ſuſpitio pertulit. Officia ſua
uir bonus exequit iconfuſus: ĩtrepidus: & ſic bono uiro digna faciet: ut nihil faciat uiro indignũ: pater cæ/
detur: defendã. cæſus eſt: exæquar quia oportet: non quia dolet. Cũ hoc dicis Theophraſte: quæris inuidiã
præceptis fortioribus: & relicto iudice ad coronã uenis: quia unuſquiſq̃ in eiuſmodi ſuoꝝ caſu iraſcit: pu
tas iudicaturos homines id fieri debere quod faciunt. Fere enĩ iuſtum quiſq̃ affectũ iudicat quẽ agnoſcit.
Iraſcuntur boni uiri pro ſuoꝝ iniuriis: ſed idem faciunt ſi calida non bene præbent. Si uitrũ fractum eſt: ſi
calceus luto ſparſus eſt. Nõ pietas illã irã: ſed infirmitas mouet. ſicut pueri q̃ tam parentibus amiſſis flebũt
q̃ nucibus. Iraſci pro ſuis nõ eſt pii animi ſed infirmi. Illud pulchrum dignũq̃ parẽtibus: liberis amicis: ci
uibus: prodere defenſorẽ ipſo officio ducente nolentẽ uindicantẽ prouidentẽ nõ impulſum & rapidum.
Nullus enim affectus uindicandi cupidior eſt: q̃ ira: & ob idipſum ad uindicandũ inhabilis: prærapidus &
amens: & omnis fere cupiditas ipſa ſibi in id in quo properat opponit. Itaq̃ nec in pace nec in bello nunq̃
bona fuit. Pacem enĩ ſimilẽ belli efficit. In armis uero obliuiſcitur mortẽ eſſe cõmunẽ: uenitq̃ in alienam
poteſtatẽ dũ in ſua non eſt: deĩde nõ ideo uitia in uſu recipienda ſunt: quia aliquando aliqd boni effecerũt.
Nã & febres quædã genera ualitudinis leuant: nec ideo nõ ex toto illis caruiſſe melius eſt. Abominãdũ re
medii genus ſanitatẽ debere morbo. ſimili modo ira etiã ſi aliquãdo ut uenenũ: & præcipitatio: & naufra
giũ ex opinato profuit: non ideo ſalutaris iudicanda omnino eſt. ſæpe enĩ ſaluti fuere peſtifera: deĩde quæ
habenda ſunt quo maiora eo meliora & optabiliora ſunt: ſi iuſtitia bonũ eſt: nemo dicet meliorẽ futurã:
ſi quid detractũ ex ea fuerit: ſi fortitudo bonũ eſt: nemo illam deſiderabit ex aliqua parte diminui. Ergo
& ira quo maior hoc melior. Quis enim ullius boni acceſſionẽ recuſauerit? Atqui augeri illam inutile eſt
ergo & eſſe. Non eſt bonum quod ĩcremento malũ fit. Vtilis ĩquit ira eſt: q̃a pugnatores facit. Iſto modo
& ebrietas. Facit enim proteruos & audaces: multiq̃ meliores ad ferrum fuere male ſobrii. Iſto modo dic
ut freneſim atq̃ ĩſaniam uiribus neceſſariam: q̃a ſæpe ualidiorẽ furor reddit. Quid? non aliquotiens mœ
tus ex pauido fecit audacẽ?: & mortis timor ẽt inertiſſimos excitauit in prælium. Sed ira: ebrietas: timor:
aliaq̃ eiuſmodi fœda & caduca irritamenta ſunt: nec uirtutẽ iſtruunt quæ nihil uitiis æget: ſed ſegnẽ ali/
quãdo animũ & ignauũ paululũ alleuant. Nemo iraſcẽdo fit fortior: niſi q fortis ſine ira non fuiſſet. Ira in
adiutoriũ uirtutis nõ uenit: ſed inuicẽ. Quid? q̃ ſi bonũ eſſet ira: perfectiſſimũ quẽq̃ ſequæret. Atqui ira/
cundiſſimi infantes ſeneſq̃ & ægri ſunt: & inualidũ omne natura eſt quærelũ. Nõ poteſt ĩquit fieri Theo
phraſte: ut bonus uir nõ iraſcat malis. Iſto modo quo melior quiſq̃ hoc iracundior erit. Vide ne econtra
placidior ſolutuſq̃ affectibus: & cui nemo odio ſit: peccãtis uero quid habet: cur oderit cũ error illos in hu
iuſmodi delicta cõpellat. Nõ eſt autẽ prudẽtis errãtes odiſſe: alioquin ipſe ſibi odio erit. Cogitet q̃m multa cõ
tra bonum morẽ faciat: q̃m multa ex his quæ ægit ueniã deſiderẽt. Iam iraſcet etiã ſibi. Neq̃ enim æquus iu
dex aliã de ſua: aliã de aliena cauſa ſentẽtiã profert. Nemo inquã inuenit qui ſe poſſit abſoluere. Et innocen
tem quiſq̃ ſe dicit reſpiciens teſtes nõ cõſcientiã. Quãto humanius mittere: & paternũ animum præſtare
peccãtibus: & illos nõ perſequi: ſed reuocare errantes per agros: ignoranteſue melius eſt ad rectum iter ad
mouere q̃ expellere. Gorrigẽdus eſt qui peccat: & admonitione: & ui: & molliter: & aſpere. Melioreq̃ tã ſi/
bi q̃ aliis faciẽdus nõ ſine caſtigatione: ſed ſine ira: Quis enĩ cui medet iraſcit. At corrigi nequeunt: nihilq̃
in illis leue aut ſpei bonæ capax eſt. Tollant e cœtu mortaliũ factura peiora quæ contingunt: & quo uno
modo poſſunt deſinunt eſſe mali: ſed hoc ſine odio. Quid enim eſt cur oderim eũ cui tam maxime pro/
ſum cũ illũ ſibi eripio? Nunquid mẽbra ſua odit tunc cũ abſcidit? Nõ eſt illa ira: ſed miſera curatio. Rabi
dos affligimus canes. Trucẽ atq̃ immãſuetũ bouẽ cedimus: & morbidis pecoribus: ne gregẽ polluant: fer
rum dimittimus: portẽtuoſos fœtus extrahimus. Nõ ira ſed ratio eſt a ſanis inutilia ſecernere. Nil minus
q̃ iraſci punientẽ decet: cũ eo magis ad emẽdationẽ pœna proficiat ſi iudicio lata eſt. Inde eſt quod Socra/
tes ſeruo ait: Cederẽ te niſi iraſcerer. Admonitionẽ ſerui in tempus ſanius diſtulit. In illo tẽpore ſe admo/
nuit. Cuius erit tã temperatus affectus: cũ Socrates nõ ſit auſus ſe iræ cõmittere. Ergo ad coertionẽ erran
tium ſceleratorũq̃ irato caſtigatore nõ opus eſt. Nã cũ ira delictũ animi ſit: nõ oportet peccata corrigere:
ſed peccantẽ. Quid ergo nõ iraſcar latroni? quid ergo nõ iraſcar uenefico? nõ. Neq̃ enim mihi iraſcendũ
cum ſanguinẽ mitto. Omne pœne genus remedii loco admoueo. Tu adhuc in prima parte uerſaris erro/
rum: ne grauiter labores: ſed frequẽter obiurgatio te primũ ſecreta: deinde publicata emendare tentabit.
Tu longius iam ꝓceſſiſti: q̃ ut poſſis uerbis ſanari. Ignominia cõtineberis: cũ tibi fortius aliquid & quod

sentias inutendũ est. In exiliũ & loca ignota mitteris. In te duriora remedia: iam solida neqtia desiderat: & uincula publica: & carcer adhibent tibi isanabilis aĩ: & sceleribus scelera contexens: etiam nunc causis quæ nunq̃ malo defuturæ sunt impelleris. Sed satis tibi est magna ad peccandum causa peccare: prohibuisti neqtiam: & ita uisceribus imiscuisti: ut nisi cum ipsis exire nõ possit. Olim miser mori quæris: bene de te merebimur. Auferemus tibi istã qua uexaris isaniam: & ꝑpetua alienaq; uoluptate supplicia. Id quod unũ bonũ tibi superest: repræsentabimus mortẽ. Quare irascar cui maxime cũ prosum: interim optimum genus misericordiæ est occidere. Si itrassem ualitudinariũ exercitatus & sciens: ut domos diuitis non idem iperassem oĩbus per diuersa ægrotãtibus. Vana in tot animis iudicia uideo: & ciuitati curãdæ adhibitus sum pro cuiusq; morbo medicina quæratᷣ. Hunc sanet uerecũdia: hũc peregrinatio: hunc dolor: hunc ægestas. hunc ferꝝ. Itaq; & si peruersa iduenda magistratui uestis: & conuocanda classica concio est: procedã in tribunal nõ furẽs nec ifestus: sed uultu legis: & illa solẽnia uerba: leui magis grauiq; q̃ rapida uoce cõcipiam: & agi uidebor non iratus: sed seuerus. Et cũ ceruicẽ noxio præcidi iperabo: & cũ paricidã in suam culeo: & cũ mittã in suppliciũ militare: & cum Tarpeiæ proditorẽ: hostẽue publicũ iponam sine ira eo uultu a ioq; ero: quo serpentes & animalia uenenata percutio. Iracũdia opus est ad puniendũ. Quid eni uidetur lex irasci his quos non nouit nõ uidit: quos nõ futuros sperat. Illius itaq; sumẽdus est animus: qui nõ irascitᷣ sed cõstituit. Nã si bono uiro ob mala facinora irasci cõuenit: & ob secũdas res maloꝝ hominũ inuidere conueniet. Quid enim est idignius q̃ florere quosdã. & eos idulgentia fortunæ abuti: quibus nulla potest satis mala inueniri fortuna. Sed tã cõmoda sine inuidia uidebit: q̃ scelera sine ira. Bonus iudex dãnat iprobanda nõ odit. Quid ergo nõ cũ eiusmodi aliqd sapiens habebit in manibus: tangetᷣ animus eius: eritq; solito commotior? Fateor. Sentietq; leuẽ quẽdã tenuẽq; modũ. Nam ut dixit Zenon: In sapientis quoq; animo: etiã cũ uulnus sanatũ est cicatrix manet. Sentiet itaq; suspirationes quasdã: & umbras affectuũ: ipsis quidẽ carebit. Aristoteles ait: Affectus quosdã siqs illis bene utatᷣ pro armis esse. Quod uerum foret: si uelut bellica istrumenta sumi deponiq; possent induentis arbitrio. Hæc arma quæ Aristoteles uirtuti dat: ipsa per se pugnant: nõ expetũt manũ. Habent & non habentᷣ. Nil aliis istrumentis opus est. Satis nos instruxit ratione natura. Hæc dedit telũ: firmũ: perpetuũ: obsequens: nec anceps: nec quod in dominũ remitti posset. Nõ ad prouidẽdũ tantũ: sed ad res gerẽdas satis est per se ipsa ratio. Etenim quid est stultius q̃ hoc ab iracundia petere præsidiũ: rem stabilẽ pro incerta: fidelẽ ab infida: sanã ab ægra? Quid q̧ ad actiones quoq; in qbus solius opera iracundiæ uidentur necessaria? multo per se ratio fortior est. Nam cũ iudicauit aliqd faciẽdũ in eo ꝑseuerat. Nihil eni melius in uentura est seipsa quo mutetur. Ideo stat semel constans. Ira sæpe misericordiã retro ægit. Habet eni nõ solum solidũ robur: sed uanũ tumorẽ: uiolẽtisq; pricipiis utitur: nõ aliter q̃ qui a terra uenti surgunt: & fluminibus paludibusq; excepti sine pertinacia uehæmẽtes sunt. Incipit magno impetu: deide desinit ante tempus fatigata: & quæ nihil aliud q̃ crudelitatem ac noua genera pœnaꝝ uersauerat. cũ aiaduertendum est ira iam fracta: leuisq; est. Affectus cito cadit. Aequalis est ratio. Cæterum ẽt ubi perseuerauerit ira: nonnunq̃ si plures sunt qui perire meruerunt: post duorum triũue sanguinẽ occidere desinit. Primi eius ictus acres sunt: sicut serpentiũ uenena a cubili repentiũ nocent. Innoxii dentes sunt cũ illos frequẽs morsus exhausit. Ergo nõ paria patiuntᷣ q paria commiserit. Et sæpe q minus commisit plus patitur: qa recentiori iræ obiectus est: & itantum inæqualis est: modo ultra q̃ oportet excurrit: modo citius debito resistit: sibi eni idulget: ex libidie iudicat: & audire non uult: & patrocinio non relinqt locũ: & ea tedet quæ suasit: & eripit sibi iudiciũ suum: ẽt si prauũ est nõ finit. Ratio utriq; parti locum dat & tempus. Deide aduocatorem ẽt sibi petit: ut excutiendæ ueritati tempus habeat. Ira festinat: ratio id ad iudicari uult quod æquũ est. Ira id æquũ uideri uult qđ iudicauit. Rõ nihil præter ipsum de quo agitur spectat. Ira uanis & extra causam obseruantibus cõmouetᷣ. Vultus illã securior: uox clarior: sermo liberior: cultus delicatior: aduocatior: ambitiosior: fauor popularis exasperat. Sæpe ifesta patrono reũ dãnat: ẽt si igeritur oculis ueritas: amat & tuetur errorem coargui nõ uult: & in male cõceptis honestior illi pertinacia uidetur q̃ pœnitentia. Cen. Piso fuit memoria nostra uir a multis uitiis iteger: sed prauus & cui placebat cũ constantia rigor. Is cũ iratus duci iussisset eum q ex commeatu sine cõmilitone redierat: quasi iterfecisset quẽ non exigebat: roganti tẽpus aliquod ad conqrendam nõ dedit: dãnatus extra uallum deductus est: & iam ceruicem porrigebat: cum subito apparuit ille commilito: q occisus uidebatur. Tunc Centurio supplicio præpositus condere gladiũ spiculatorẽ iubet: dãnatũ ad Pisonẽ reducit: redditurus Pisoni innocẽtiã. Nã militẽ fortuna reddiderat. Ingẽti cõcursu deducuntᷣ cõplexi alter alteꝝ cũ magno gaudio castroꝝ cõmilitones. Conscendit tribunal furẽs Piso: ac iubet duci utrũq;: & eũ militẽ q non occidit: & eum q non perierat. Quid ergo idignius? Quia unus inocens apparuerat: duo peribãt. Piso adiecit & tertium. Nã illũ Centurionẽ q damnatũ iduxit duci iussit. Constituti sunt in eodẽ loco perituri tres ob unius innocentiã. O q̃ solers est iracundia ad fingendas causas furoris. Te iquit duci iubeo: qa damnatus es. Te qa causa damnationis cõmilitoni fuisti. Te qa iussus occidere iperatori non paruisti. Excogitauit quemadmodũ tria crimina faceret: qa nullum iuenerat. Habet inq̃ iracundia hoc mali: non uult regi. Irascitur ueritati ipsi si contra uolũtatẽ suã apparuerit: cũ clamore & tumultu: & totius corporis iactatione: quos destinauit isequtur abiectis cõuitiis maledictisq;. Hoc nõ facit ratio sed iræ opus est: silens getaq;: totas domos fundit: tollit: & familias. R. P. pestilẽtes cũ coniugibus ac liberis perdit tecta ipsa diruit: & solo exæquat: & inimica nomina libertati extirpat. Hæc nõ frendẽs: nec caput cessans. nec qcq̃ idecorum iudici faciens. cuius eni maxime placidus esse debet: & in statu uultus cum magno pronunciat. Quid opus est inqt Hierõymus: cum uelis cædere aliquem: prius tua labia morde? Quid si ille uidisset desilientem da tribunali procõsulẽ:

& falces lictori auferentē:& sua uestimenta scidentē:qa tardius scidebantur aliena. Quid opus est mēsam euertere? Quid pocula affligere? Quid se in columnas ipigere? Quid capillos euellere? femur pectusq; pcutere? Quantam iram putas:quæ qa non tam cito in alium q̄ uult erūpit in se reuertitur. Tenetur itaq; a proximis & rogaᵗ:ut ipum sibi placetur quorum nil facit qsq; uacuus:Ira meritam cuiq; pœnam iniūgit. Dimittit sæpe ei cuius peccatū deprahēdit:si pœnitētia facti spem bonā pollicetᵗ.si itelligit nō ex alto uenire neqtiam:sed summo quod aiunt aio ihærere.dabit ipunitatem nec accipientibus nociturā nec dantibus. Nōnunq̄ magna scelera leuius q̄ minora cōpescet:si illa lapsu nō crudelitate commissa sunt. His inest latens & operta & iueterata calliditas. Idē delictū in duobus nō eodē malo afficiet:si alter per negligentiā admisit:alter curauit ut nocens esse. Hoc semp in omni aiaduersione seruabit:ut sciat alteram adhiberi ut emendet:malos alteram ut tollat. In utroq; nō præterita sed futura ituebitur. Nā ut Plato ait:Nemo prudens punit:qa peccatum est:sed ne peccetᵗ. Reuocari eni præterita nō possunt.futura prohibētur: & quos nolet neqtiæ male cedentis exempla fieri:palā cecidet nō tantū ut pereant ipsi:sed ut alios pereundo deterreant. hæc cuiq; expetenda extimandaq; sunt. Vides quantum debeat oi perturbatione liber accedere: ad rem summa diligentia tractandam potestatem uitæ necisq; ne malo irato ferrum cōmittatᵗ. Ne illud qdē iudicandū est:aliqd iram ad magnitudinem ai conferre. Non est eni illa magnitudo:tumor est:nec corporibus copia uitiosi humoris itensis morbis icrementum est:sed pestilens abundantia. Omnes quos ueterorum aius super cogitationes extollit humanas:altum qdem & sublie spirare se credunt. Cæterum nihil solidi subest.sed i ruiam prona sunt:quæ sine fundamentis creuere. Non habet ira cui isistat:non ex firmo mansuroq; oritᵗ:sed uētosa & inanis est.tātūq; abest a magnitudie ai quantum a fortitudie audacia:a fiducia isolentia:ab auctoritate crudelitas. Multum iquam iterest iter sublimem aium & superbum. Iracundia nihil amplū decorūq; molitᵗ. Cōtra mihi uidetur uentosi & ifœlicis ai ibecillitas sibi conscii idolescere. Vt exulcerata & ægra corpora quæ ad tactus leuissimos gemunt. Ita ira muliebre maxie & puerile uitium est. At icidit & i uiros. Nam uiris quoq; puerilia ac muliebria igenia sunt. Quid ergo? Non aliquæ uoces ab iratis emittuntur:quæ magno uideantur aio:ueram ignorantibus magnitudiem:quasi illa dira & abominanda oderit:dum metuant. Scyllano scias sæculo scriptam. Nescio utrum sibi peius optauerit ut odio esset:an ut tiori oderit? occurrit illi futurū ut execrentᵗ:isidientᵗ:opprimant. Quid abdicat: dii illi malefaciant:adeo repperit dignū odio remediū oderit? Quid dū pareant nōdū probēt? nō. Quid ergo dum timeant? sic nec amari qdem uellent. Magno hoc dictū spiritu putas. Falleris. Nec eni magnitudo ista est: sed imanitas. Non est quod credas irascentium uerbis:quorū strepitus magni minaces sunt itus:mēs pauidi missa. Nō est q; extimes uerū esse quod apud disertissimū uirū Liuiū dr. Vir igenii magni magis q̄ boni. Non potest illud separari:aut etiam bonū erit:aut nec magnum:qa magnitudinē ai iconcussam itelligo:& itrorsus solidum:ab imo parem firmamq;:qualis inesse malis igeniis non potest. Terribilia enim esse & tumultuosa & exitiosa possunt. Magnitudinē qdē:cuius firmamētū roburq; bonitas est:non habebūt. Cæterū sermone:conatu:& oi extra paratu faciēt magnitudinis fidē. Eloquētᵗ aliqd qd tu magni putas. sicut .C. Cæsar:qui iratus cælo q; obstreperet pātomimis quos imitabatᵗ studiosius q̄ sperabat.q; quæ comessatio sua fulminibus terretur prorsus parū certis ad pugnam uocauit Iouem:& quidem sine intermissione. Homericum illū exclamans uersum　　　　　　quāta dementia fuit. Putauit autē sibi noceri ne a Ioue qdem posse:aut se nocere ēt Ioui posse. Non puto parū momēti hunc eius uocem ad incitandū cōiuratorū addidisse. Vltimæ ēt ipatientiæ uisus est eum ferre q Iouem non ferret. Nihil ergo in ira ne cum uidetᵗ qdem uehæmens:& deos & hominesq; despiciens magnū. Nihil nobile ē:aut si uidetᵗ alicui magnū aium ira producere uideatᵗ & luxuria:ebore sustineri uult purpura uestiri:auro tegi: terras transferre:maria concludere:flumina præcipitare:nemora suspendere:uideatur & auaritia magni ai Aceruus auri argentiq; incumbat:& prouiciarum nominibus agros colit: & sub singulis uillicis latiores habet fines q̄ quos consules sortiebantur:uideatur & libido magni animi. Transnaat freta:puerorum greges castrat:sub gladio mariti uenit uxor morte contempta. Videatᵗ & ambitio magni ai. Non est contenta honoribus annuis:si fieri potest uno nomie occupare faustus uult per omnem orbem titulos disponere. Oia ista non refert iquantum procedant extendantq; se:angusta sunt misera depressa. Sola sublimis & excelsa uirtus est. Nec quicq̄ magnū est:nisi quod simul & placidum.

Incipit Senecæ de ira ad Nouatū liber Secundus.



Rimus liber Nouate benigniorē habuit materiā. Facilis enim in procliuia uitiorū decursus ē. Nūc ad exiliora ueniēdū est. Quærimus eni utrū ira iudicio aut ipetu icipiat.i. utrū sua sponte moueatᵗ:an quēadmodū pleraq;:quæ itra nos iscíis nobis oriuntᵗ? debet autē i hoc se dimittere disputatio:ut ad illa quoq; altiora posset exurgere. Nā & in corpore nro ossa: nerui:& articuli firmamēta totius:& ut alia minime præciosa uisu prius ordinantᵗ. Deide pfecto de hæc ex qbus ois in faciē aspectūq; decor est. Post hæc oia:q maxie oculos rapit:color ultimus perfecto iam corpore effunditᵗ. Iram qn species oblatæ iniuriæ moueat:nō est dubiū. Sed utrū speciem ipsam stati sequatᵗ:& nō accedente aio excurrat:an illo assentiente moueatᵗ: quærimus. Nobis placet nil ipsam per se audere:sed aio approbāte. Nā speciē capere acceptæ iniuriæ:& ultionē eius cōcupiscere:& utrunq; cōiungere:nec lædi se debuisse:& uidicari debere non est eius ipetus: q sine uoluntate nostra cōcitᵗ. Ille simplex ē hic cōpositus:& plura cōtinēs. Intellexit aliqt:idignatus est: dānauit ulciscitᵗ. Hæc non possunt fieri:nisi animus q tangebatᵗ accēsus est. Quorsus iquis hic non pertinet ut sciamus qd sit ira. Nā si iuitis nobis nascitur:nunq̄ rationi succūbet. Omnes eni motus:qui nō uoluntate nostra fiūt:

fuiti & ineuitabiles sunt:ut horror:frigida:asperis ad quosdã ictus aspernatio.ad peiores nũcios subriguntur pili:& rubor ad improba uerba suffundit:sequiturq̃ uertigo prærupta cernentis. Quare? quia nihil in nostra potestate est.nulla quominus fiũt ratio persuadet.Ira præceptis fugat.Est eni noluntariũ animi uitiũ:nõ ex his quæ cõditione quadã humanæ sortis eueniũt.Ideoq̃ etiã sapiẽtissimis accidit.Inter quæ & primus ille ictus ai ponendus est:qui nos post opinionem iniuriæ monet.Hic subit & iam iter ludicra scoenæ spectacula:& lectiones rerum uetustaꝝ:sæpe Clodio Ciceronem expellẽti:& Antonio occidenti:uidemur irasci.Quis nõ cõtra Marii arma:& cõtra Scyllæ ꝓscriptionẽ cõcitat? Quis nõ Theodoro & Achilli & ipsi puero:nõ puerile auso facinus infestus est? Cantus nos nonnunq̃ cõcitata modulatio istigat.Martius quoq̃ ille tubaꝝ sonus mouet mẽtes:& atrox pictura & iustissimoꝝ suppliciorꝝ tristis aspectus.Idẽ q̃ arridemus ridentibus:& cõtristat nos turba merentiũ:& efferuescimus ad aliena certamina:quæ nõ sunt iræ.Nõ magis q̃ tristitia est:quæ ad cõspectũ inimici naufragii cõtrahit frõtẽ.Nõ magis q̃ timor:qui Hannibale post cãnas mænia circũsidente lectoris percurrit animos.Sed omnia ista motus sunt animoꝝ moueri uolentiũ:nec affectus:sed principia præludentia affectibus.Sic eni militaris uiri in media pace togati iam aures tuba suscitat.Equosq̃ castrẽses erigit crepitus armoꝝ.Alexandrum aiũt Cenophanto canente manũ ad arma misisse.Nihil ex his quæ aium ĩpellũt affectus uocari deberet.Ista utita dicam patit magis animus q̃ faciat.Ergo affectus est:non ad oblatas rerum species moueri:sed permittere se illis: & hũc fortuitum motum perseq.Nã siqs pallorem & lachrymas procidentis:& irritationẽ humoris obscoenæ aliũue suspiriũ & oculos subito acriores.Aut qd his simile iudicium affectus animiq̃ signũ putat . Fallit:nec ĩtelligit hos corporis esse pulsus.Itaq̃ & fortissimus plærũq̃ uir:dũ armat expalluit:& signo pugnæ dato:ferocissimo militi paululum genua tremuerũt.& magno ĩperatori anteq̃ iter se acies agitarẽt:cor exiluit & oratori eloquentissimo dum ad dicendũ cõponit summa riguerũt.Ira nõ moueri tantũ:sed excurrere debet.Est enim ĩpetus.Nunq̃ autem ĩpetus sine assensu mentis est.neq̃ enim fieri põt:ut de ultione & poena agatur animo nesciente.Putauit se aliquis læsum.Voluit ulcisci:dissuadente aliqua causa statim resedit.Hanc iram non uoco:sed motum ai rationi parentem.Illa est ira quæ ratiõem transilit:quæ secũ rapit.Ergo pria illa agitatio aĩ quam species iniuriæ icussit:non magis ira est q̃ ipsa iniuriæ species:sed ille sequens ĩpetus q speciem iniuriæ non tantum accepit sed approbauit.Ira est cõcitatio ai ad ultionem uolũtatis iudicio pergẽtis.Nunqd dubium ẽ qn timor finem habeat? Ira ĩpetum? Vide ergo an putes aliqd sine assensu mentis:aut peti posse:aut caueri.Et ut scias quẽadmodum ĩcipiãt affectus.aut crescant:aut efferant.Est primus motus nõ uolũtarius quasi paratio affectus:& quædã cõmutatio.Alter cũ uoluntate nõ cõtumaci tanq̃ oporteat me uĩdicari:cum læsus sum.aut oporteat hunc poenas dare cũ scelus fecerit. Tertius motus est iam ĩpotens qui non si oportet ulcisci uult:sed utiq̃ q̃ rationem euicit.Primum illum ai ictum affugere rõne nõ possumus:sicuti ne illa qdem quæ diximus accidere corporibus.Ne nos oscitatio aliena solicitet:ne oculi ad ĩpotentationẽ subitã digitoꝝ cõprimant.Ista nõ põt ratio uicere.Cõsuetudo fortasse:& assidua obseruatio extenuat:alter ille motus q iudicio nascit:iudicio tollitur. Ille etiam nunc quærendum est.Hi q uulgo sæuiunt:& sanguine humano gaudẽt:an irascant cũ eos occidũt:a qbus nec acceperũt iniuriam:nec accepisse ipsos extimant? qualis fuit Apollodorus:aut Phalaris.Hæc nõ est ira sed feritas.Nõ eni qa accepit iniuria nocet:sed parata est dũ noceat nelle accipere.Nec illi uerbera lacerationesq̃ in ultionẽ petunt:sed in uolnptatẽ.Quid ergo origo huiusmodi mali ĩhibita est:quæ nisi frequenti exercitatione:& satietate in obliuionẽ clemẽtiæ uenit:& omne foedus humanũ eiicit aio:nouissime in crudelitatem transit.rident itaq̃ gaudentq̃:& uoluntate multa pferunt.Plurimũq̃ ab iratoꝝ uultu absunt per ociũ sæui. Hãnibalẽ aiunt dixisse:cũ fossam sanguine humão plenã uidisset:O formosum spectaculũ . Quãto pulchrius illi uisum esset:si flumen aliquod locũq̃ complesset.Quid miꝝ si hoc maxime spectaculo caperis innatus sanguine:& ab infante cædibus admotus.sequæt te fortuna crudelitatis tuæ per uiginti annos secũda:dabitq̃ oculis tuis gratũ ubiq̃ spectaculũ.Videbis istud & circa Transmenũ & circa cãnas:& nouissime circa Carthaginẽ tuã.Volesus nuper sub diuo Augusto procõsul Asiæ cũ.ccc.una die securi pcussisset: incedens intra cadauera uultu superbo quasi magnificũ quiddam conspiciendumq̃ fecisset:græce proclamauit: O rem regiam quis hæc rex fecisset.Non fuit hæc ira:sed magnum malum & insanabile.

Quibus uirtus est Ira.

Irtus inquit ut honestis rebus ꝓpitia ẽ:ita turpibus ira esse debet: qd si dicat uirtutẽ & humilẽ & magnã esse debere.At qui hoc dicit:qui illã extolli uult & deprimi.Quoniã lætitia ob recte factũ: clara magnificaq̃ est.Ira ob alienũ peccatũ:sordida & angusti pectoris est.Nec unq̃ committet uirtus:ut uitia dũ cõpescit imitet ipsam irã castigandã habet quæ nihilo melior ẽ.Sæpe etiam peior his delictis quibus irascitur.Gaudere letariq̃ propriũ & naturale uirtutis est.Irasci nõ ex dignitate eius non magis q̃ merere.Atqui iracũdia & tristitia comes est:& in homine omnis ira uel post poenitentiã:uel post repulsam reuoluit. Et si sapiẽtis est peccatis irasci:magis irascet maioribus:& sæpe irascet:sequit ut nõ tãtũ iratus sit sapiẽs:sed iracũdus.Atqui si nec magnã irã nec frequentẽ i aio sapiẽtis locũ habere credimus : qd est quare nõ ex toto hoc affectu illũ liberemus? Modus inquit esse nõ põt:si profecto cuiq̃ irascendũ est. Nã aut iniquus erit:si æqualiter irascet delictis iæqualibus:aut iracũdissimus si totiẽs excãduerit quotiẽs irã scelera meruerint.Et quid indignius q̃ sapiẽtis affectũ ex aliena pẽdere nequitia? Desinet Socratẽ posse eundẽ uultũ domũ referre:quẽ domo extulerat.Atqui si irasci sapiens debet turpiter factis:& concitari cõtristariq̃ ob scelera nihil est erũnosius sapiente.Omnis illi per iracundiã meroreq̃ uita transibit. quod enim momentũ erit:quo nõ improbanda uideat? Quotiens processerit domo per sceleratos illi auarosq̃

& prodigos & ĩprudentes:& ob ista fœlices ĩcedendum erit. Nusq̄ oculi eius flectent̃:ut non quod ĩdignẽtur ĩueniant. Deficiet si totiẽs a se irã:quotiẽs causa poscet exegerit. Hæc tot milia ad foꝝ prima luce properãtia:q̄ turpes lites quãto turpiores aduocatos habent. Alius iudicia patris accusat:quẽ mereri satis fuit. Alius cũ matre consistit. Alius delator uenit eius criminis:cuius manifestior reus est:& iudex dãnaturus q̄ fecit eligit̃:& corona pro mala causa bona patroni uoce corrupta. Quid singula prosequor?cum uideris forum multitudine refertum:& septa concursu omnis frequentiæ plena:& illũ Circũ in quo maximam sui partẽ populus ostẽdit. Hoc scito istud tãtũdẽ esse uitioꝝ quantũ hoium:Inter istos quos togatos uides nulla pax est:alter in alterius exitũ leui cõpendio ducit̃. Nulli nisi ex alterius dãno quæstus est. fœlicẽ oderũt:ĩfœlicẽ contẽnũt. maiore grauant̃:minoribus graues sunt. diuersis stimulãt̃ cupiditatibus. oia perdita ob leuem uolũtatẽ prædãq̄ capiũt. Nõ alia q̄ in ludo gladiatorio uita est:cũ iisdẽ uiuẽtiũ pugnantiũq̄ feraꝝ iste cõuentus est:nisi ꝙ illæ inter se placidæ sunt:morsuq̄ similiũ abstinent. Hi mutua laceratione satiant̃: Hoc uno ab aialibus mutis differũt:ꝙ illa mãsuescũt alẽtibus. Hoꝝ rabies ipsos a qbus est nutrita depascitur. Nonnunq̄ irasci desinet semel si sapiẽs cœperit:omnia sceleribus ac uitiis plena sunt. Plus committit̃ q̄ ꝙ possit coertione sanari. certat̃ ingenti qdem neqtiæ certamine. maior quotidie peccandi cupiditas:minor uerecundia est:expulsu melioris æquiorisq̄ respectu quocũq̄ uisum est. Libido se ĩpingit: nec furtiua iam scelera sunt:præter oculos eunt. Adeoq̄ in publicum missa neqtia est:& in omniũ pectoribus eualuit ut innocentia non rara sed nulla sit. Nunqd enim singuli aut pauci rupere legem: undiq̄ uelut signo dato ad fas nefasq̄ miscendũ cohorti sunt. Nõ hospes ab hospite tutus:non socer a genero: fratrũ quoq̄ gratia rara est. Imminet exitio uir coniugis:illa mariti. Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Filius ante diẽ patris inqrit in annos. Et quota pars ista sceleꝝ est? Non descripsit castra ex una parte contraria:& parentũ liberorumq̄ sacramenta diuersa subiectam patriæ ciuis manu flãma:& agmina infestoꝝ eqtum ad cõiurandas proscriptoꝝ latebras circũuolutãtia:& uiolatos fontes uenenis:& pestilentiã manu factã:& prædictam obsessis parentibus fossam:plenos carceres & incendia totas urbes concremantia:dominatiõesq̄ funestas:& regnoꝝ publicorũq̄ exitioꝝ clandestina cõsilia:& pro gloria habita:quæ q̄diu opprimi possunt scelera sunt. Raptus ac stupra & ne hos qdem libidini exceptũ. Adiice nũc publica periuria gentiũ & rupta fœdera & prædã ualidioris quicqd nõ resistebat adductũ:circũscriptiones:furta:fraudes:inficiationes:quibus trina nõ sufficiũt fora. Si tãtũ irasci uis sapientẽ quãtũ sceleꝝ dignitas exigit:nõ irascendũ illi sed insaniendũ est. Illud potius cogitabit nõ esse irascẽdũ erroribus. Quid enim si qs irascit̃ in tenebris paꝝ uestigia certa ponẽtibus? Quid enim si qs surdis imperia nõ exaudiẽtibus? Quid si pueris & neglecto despectu officioꝝ ad luxus & ĩeptos æqualium iocos spectent? Quid si illis irasci uelis:uel qui ægrotant:senescunt: fatigant̃. inter cætera mortalitatis incõmoda:& hic est caligo mentiũ nec tantũ necessitas errandi: sed erroꝝ amor. Ne singulis irascaris uniuersis ignoscẽdũ:& indulgẽdũ est. generi humano uenia tribuenda est Si irasceris iuuenibus senibusq̄ ꝙ peccãt:irascere infantibus ꝙ peccaturi sunt. Num qs irascit̃ pueris quorum ætas nondũ nouit reꝝ discrimina? Maior est excusatio & iustior hominẽ esse q̄ pueꝝ. Hac conditione nati sumus:aialia obnoxia nõ paucioribus animi q̄ corporis morbis:nõ qdem obtusa nec tarda:sed acumine nostro male utentia. Altera alteri uitioꝝ exẽpla. Quisqs seqtur priores male iter ingressos. Qui diu habeant excusationem cũ publica uia errauerint. In singulos seueritas Imperatoris distinguit̃. At necessaria uenia est ubi totus desæuit exercitus. Quid tollit irã sapientis? turba peccãtiũ. Intelligit q̄ est iniquũ & periculosum irasci publico uitio. Heraclitus quotiens prodierat:& tantũ circa se male uiuẽtiũ:immo male pereũtiũ uiderat:flebat:miserebat̃ omniũ qui sibi læti fœlicesq̄ occurrebãt miti animo:sed minus imbecillo:& ipse inter deplorãtes erat. Democritũ cõtra aiunt:nunq̄ sine risu in publico fuisse. Adeo nihil illi uidebat̃ seriũ eoꝝ quæ serio gerebant̃. Vbi isti hiccine locus est. Aut ridenda omnia aut flẽda sunt. Nõ irascet̃ sapiẽs peccãtibus. Quare? quia scit neminẽ nasci sapientẽ:sed fieri. Scit paucissimos omni æuo sapientes euadere:quia cõditionẽ humanæ uitæ prospectã habet. Nemo autem naturæ sanus irascitur. Quid. n. si mirari uelit nõ in siluestris dumis poma pẽdere? qd si miret̃ spineta sentesq̄ nõ utili aliqua fruga cõpleri? Nẽo irascit̃ ubi uitiũ natura defendit. Placidus itaq̄ sapiẽs & æquus erroribus nõ hostis sed correptor peccantiũ. Hoc quotidie procedit animo. Multi mihi occurrent uino dediti:multi libidinosi:multi ingrati:multi auari:multi furiis ambitiõis agitati. Oia ista tã protinus aspiciet q̄ ægros suos medicus. Nũqd ille cuius nauigiũ multã undiq̄ laxatis cõpagibus aquã trahit nautis ipsiq̄ nauigio irascit̃. Occurrit potius & aliam excludi uim:deinde aliã egerit:manifesta foramina præcludit. Latentibus & ex occulto sentinam ducentibus labore:cõtinuo resistit. nec ideo intermittit:quia quantum exhaustum est subnascitur. Lento adiutorio opus est contra mala continua & fœcunda. Non ut desinant:sed ne uincant.

Vtilitates Iræ.

Vtilis est inquit ira:quia cõtemptũ effugit:quia malos terret. Primũ ira si quantũ minatur ualet:ob hoc ipsum quia terribilis est & inuisa est. Periculosius ẽ autẽ timeri q̄ despici. Si uero sine uiribus est:magis exposita cõtemptui est:& derisum nõ effugit. Quid enim est iracundia in superuacum tumultu ante frigidius. Deinde non ideo quædã quia terribiliora potiora sunt:ne hoc sapientiã malim:q̄ fere sapientis quoq̄ telũ timeri. Quid nõ timebit febris podagra illius malũ naturæ? Nũquid ideo quicq̄ in istis boni est:aut cõtra oia despecta & fœda & turpia ipso quo timet̃:sicut ira per se deformis est & minime metuenda? At timet̃ a pluribus:sicut deformis persona ab ĩfantibus. Quid ꝙ semp in auctores redundat timor:nec quispiã metuet̃ ipse securus? Occurrat hoc loco tibi Laberianus ille uersus:qui medio ciuili bello in theatro ductus:totũ in se populum nõ aliter conuertit:q̄ si missa esset uox publica affectus:

Necesse est multos timeat quē multi timēt. Ita natura cōstituit: ut quod alieno metu magnū est: a suo nō nocet. Leoni inquā pauida sunt: ad leuissimos pectora. Acerrimas feras umbra uox & odor īsolitus exagitat: quicquid deterret & trepidat. Non est ergo quare concupiscat quisq̄ sapiens timeri. Nec ideo iram magnū q̄dam putēt: quia formidādū est. Quoniā q̄dem ēt cōtemptissima timentur: ut uenena: & ossa mortifera: & morsus. Nec est miꝝ cū maximos feraꝝ greges linica pēnis distincta cōtineat: & ob insidias agat ab ipso affectu dicta formido. Vanis enī uana terrori sunt. Curriculi motusq̄ rotaꝝ uersata facies: leones redegit in caueam. Elephantes porcia uox terret. Sic itaq̄ ira metuit: quoniam umbra ab īfantibus: a feris rubens spina. Nō ipsa in se quicq̄ habet firmū aut forte: sed uarios animus mouet. Nequitia īquit de rerum natura tollenda est: si uelis iram tollere. Neutrū autē pōt fieri. Primū potest aliqs nō algere: quis ex reꝝ natura hyems sit. & nō æstuare: q̄uis mēses æstiui sint. Aut loci beneficio aduersus intēperiē anni tutus ē: aut patientia corporis sensum utriusq̄ peruicit. Uide uerte istud. Necesse est prius uirtutem ex animo tollas q̄ iracundiam recipias: quoniam cū uirtutibus uitia non coeunt. Nec magis quisq̄ eodē tempore: & iratus pōt esse: & uir bonus: q̄ æger & sanus. Nō potest īquit omnis ex animo ira tolli: nec hoc hois natura patit. Atqui nihil est tam difficile & arduū quod non humana mēs uicat: & in familiaritatem perducat assidua meditatio. Nulliq̄ sunt tā feri & sui iuris affectus: ut nō disciplina perdoment. Quodcunq̄ imperauit animus obtinuit. Quidā unq̄ ridere cōsueti sunt. Vino q̄dam: alii ueneri: quidā omni humore iterdixere corporibus. Alius cōtentus breui somno: uigiliā īde fatigabilem extēdit: didicerūt tenuissimis & aduersis funibus currere: & īgentia uixq̄ humanis tolerāda uiribus onera portare: & in imēsam altitudinē mergi: ac sine ulla respirandi uice perpeti maria. Mille sunt alia in quibus pertinacia ipedimētum omne transcēdit: ostenditq̄ nihil esse difficile: cuius sibi ipsa mens patientiā idiceret. Istis quoq̄ pauloante retuli: aut nulla causa pertinacis studii aut īdigna merces fuit. Quid. n. magnificum consequit ille qui meditatus est per intensus funes iræ? qui sarcinæ īgenti ceruices supponere? qui sumno non submittere oculos? qui penetrare in imū mare? & tamē ad finem operis non magno auctoramēto labor peruenit. Nos aduocabimus patiētiam: quos tantū præmiū expectat. fœlicis aī immora tranquillitas: quantum est effugere maximum malum irā: & cū illa rabiē: seuitiā: crudelitatē: furorē: & alios comites affectus eius. Non est patrociniū nobis. Quæramus etiā excusatā licentiā dicentes: aut utile esse: aut ineuitabile. Cui. n. tandem uitio aduocatus defuit: nō est quod dicas excidi nō posse. Sanabilibus ægrotamus malis: ipsaq̄ nos in rectum genitos naturas si emēdari uelimus iuuat. Nec ut q̄busdam uisum est: arduū in uirtutes: & apseꝝ iterest: plano adeunt nō uanæ nobis auctor rei uenit. Facilis est ad beatā uitā uia uitæ: modo bonis aspiciis: ipsisq̄ diis bene iuuantibus. Multo difficilius est facere ista quæ facitis: Quid enī quieti ociosius aī? Quid ira laboriosius? Quid clementia remissius? Quid crudelitate negociosius? uacat pudicitia: libido occupatissima ē. Omnium deniq̄ uirtutum tutela fortior est: uitia magno colunt: debet ira remoueri: hoc ex parte fateantur etiam qui dicunt esse minuendam: tota dimittat: nihil profutura est. sine illa facilius rectiusq̄ scelera tollentur: mali punientur & transducentur in melius. Omnia quæ debet sapiens sine ullius malæ rei ministerio efficiet. Nihilq̄ admiscebit cuius causa domum solicitius obseruet. Nunq̄ itaq̄ iracundia admittenda est: aliquando simulanda: si segnes audientium aī concitandi sunt. Sicut tarde consurgentes ad cursum equos stimulis facibusq̄ subditis excitamus. Aliquando icutiendus est his metus: apud quos ratio non proficit. Irasci q̄dem non magis utile est: q̄ merere: q̄ metuere. Quid ergo non icidunt causæ quæ iram lacessant? Sed tūc maxime illi opponēdæ manus sunt: nec est difficile uicere animū. Cum athlætæ quoq̄ in uilissima sui parte occupari: tamē ictus doloresq̄ patiant: ut uires cedentis exhauriant. nec cū ira suadet feriunt: sed cū occasio. Pyrrhum maximū præceptorē certaminis gimnici solitū aiūt: his quos exercebat præcipere ne irascerent. Ira enim perturbat aurem: & qua noceat tantum aspicit. Sæpe itaq̄ ratio patientiam suadet: ira uindictam: & qui primis defungi malis potuimus in maiora deuoluimur. Quodam unius uerbi cōtumelia nō æquo animo lata in exiliū proiecit: & q̄ leuem iniuriam silentio ferre noluerunt: grauissimis malis obruti sunt idignatiq̄ aliquid ex plenissima libertate diminui: seruile in sese attraxerunt iugum. Vt scias iquit: an ira habeat in se generosi aliquid: liberas uidebis gentes quæ iracundissimæ sunt: ut Germanos & Scythas. Quod euenit: q̄a fortiora solidaq̄ natura igenia anteq̄ disciplina molliantur: prona in ira sunt. Quædam non nisi melioribus inascuntur igeniis: sicut ualida arbusta & læta: quāuis neglecta tellus creat: & alia fœcundi soli silua est. Itaq̄ & igenia natura fortia iracundiam ferunt. Nihilq̄ tenue & exile capiunt ignea & feruida: sed imperfectus illi uigor est: ut omnibus quæ sine arte ipsius tantū naturæ bono exurgūt. Sed nisi cito domita sunt: quæ fortitudini apta erant: audaciæ temeritatiq̄ consuescunt. Quid non mitioribus animis uitia leuiora coniuncta sunt? ut misericordia: amor: & uerecundia. Itaq̄ tibi sæpe bonam idolem malis quoq̄ tuis ostendam. sed non ideo uitia non sunt: si naturæ melioribus indicia sunt. Deinde omnes illæ feritate libere gentes: leonū: luporūq̄ ritu: ut seruire non possunt: ita nec imperare. Non enim humani uim ingenii: sed feri & intractabilis habent. Nemo autem regere potest nisi qui & regi. Fere itaq̄ imperia pœnes eos fuere populos: qui mitiore cælo utuntur. In frigora septētrionēq̄ uergentibus imāsueta ingenia sunt. ut ait poeta. Suoq̄ similima cælo: animalia. Ideo generosissima habent: quibus nil inest iræ. errat qui ea exemplū hominis adduxit: q̄bus pro ratione est impetus: homini pro impetu ratio est. Sed nec illis quidem omnibus idem prodest. Iracundia leones adiuuat: pauor seruos: ancipitrē ipetus: columbam fuga. Quid q̄ ne illud q̄dem uerum est optia animalia esse iracūdissima: feras ue putem: q̄bus ex raptu alimēta sunt. Meliores quo iratiores. Patientiā laudauerā boum: & equorū frænos sequentiū. Quid autem cur hoiem ad tam ifœlicia exempla reuoces: cū habeas mūdum deniq̄ deūq̄ quē ex omnibus animalibus ut

nō solus imitet̃ solus intelligit? Simplicissimi inqt oium habent̃ iracūdi. Fraudulētis enim & uersutis cō/
parant̃:& simplices uident̃: qa expositi sunt: quos qdē nō simplices dixerim sed incautos: stultis luxurio/
sis: ineptibusq; hoc nomē imponimus:& oibus uitiis parum callidis. Orator inqt iratus aliquādo melior
est: immo imitatus iratum. Nam & histriōes in pnunciādo nō irati populū mouēt: sed iratū bene agētes:
& apud iudices: itaq; & in cōciones:& ubicūq; alieni animi ad nostꝝ arbitrium agēdi sunt: mō iram: mō
metū: mō misericordiā: ut aliis incutiamus: ipsi simulabimus & sæpe id quod ueri affectus nō effecissent
efficit mutatio affectuū. Languidus inqt aius est: qui ira caret. Veꝝ ēt si nihil habet ira ualētius. Nec latro/
nem oportet esse: nec prædonem: nec misericordem: nec crudelem. Illius nimis mollis animus: huius ni/
mis durus est. Temperatus sit sapiens:& ad res fortius agendas non iram: sed uim adhibeat.

De remediis Iræ.

q Voniā quæ de ira qnærunt̃ tractauimus: accedamus ad remedia eius. Duo aūt ut opinor sunt: sci/
licet ne incidamus in irā & ne in iram peccemus. Vt in corpoꝝ cura: alia de tuenda ualitudine: alia
de restituēda præcepta sunt. Ita aliter irā debemus repellere: aliter cōpescere ut uincamus. Quædā
ad uniuersam uitam ptinētia præcipiētur: ea in educationē:& in sequētia tēpora diuidētur. Educatio ma
xima diligētiā plurimūq; pfuturā desiderat. Facile est eni teneros adhuc animos cōpōere. Difficulter reci
dunt̃ uitia quæ nobiscū creuerūt. Opportunissima ad iracūdiā feruidi animi natura est. Nam cū elemēta
sunt quatuor. Ignis: Aqua: Aer:& Terra. ptātes pares his sunt: frigida: feruida: arida: atq; humida. Et locoꝝ
itaq; & animaliū & corpoꝝ & moꝝ uarietates mixtura elemētoꝝ facit.& pinde aliquos magis incūbunt
ingenia: prout alicuius elementi maior uis abūdat. Inde quasdā humidas uocamus aridasq; regiōes:& cali
das:& frigidas. Eadem aialium & hoium discrimina sunt. Refert quātū qsq; humidi i se calidiq; cōtineat.
Cuius in illo elemēti portio præualebit: idem mores erūt. Iracūdos feruida animi natura faciet. Est enim
actiosus & ptinax ignis. Frigida mixtura frigidos facit. Pigꝝ est. n. contractumq; frigus. Volunt itaq; qdā
ex nostris irā pectore moueri efferuescēti circa cor sanguine. Causa cur hic potissimū assignetur iræ locus:
nō alia est q̃ q; in toto corpore calidissimū pectus est. Quibus humidi plus. inest eoꝝ paulatim crescit ira
qa nō est paratus illis calor: sed motu acqrit̃. Itaq; pueroꝝ fœminarūq; iræ acres magis q̃ graues sunt: leuio
resq; dū icipiunt. Siccis ætatibus uehemēs robustaq; ira est. Sed sine icremēto nō multū sibi adiicies: qa i/
clinatuꝝ calorē frigus inseqtur. Senes difficiles & querules sunt. Vt ægri & cōualescētes:& quoꝝ aut lassi
tudie: aut detractiōe sanguinis exhaustus ē calor. In eadē cā sunt siti famæq; rabidi:& qbus exāgue corpus
ē: maligneq; alit̃ & deficit. Vinū icendit irā: qa calorē auget pro cuiusq; natura. Quidā ebrii efferuescunt: q
dā saucii. Neq; ulla alia cā est cur iracundissimi sunt flaui: rubētesq; qbus talis natura calor est: qualis fieri
ceteris itra irā solet. Mobilis eni illis agitatusq; sanguis est. Sed quemadmodum natura quosdā pcliuos i
iram facit: ita multæ icidunt causæ quæ idem possint qđ natura. Alios morbos aut iniuria corporum in
hoc pduxit: alios labor:& cōtinua puigilia: noctesq; solicitæ:& desideria: amoresq;. Quicqd aliud aut cor
pori nocuit: aut aio ægrā mētē in quærelas parat. Sed ista oia initia cāeq; sunt. plurimūq; pōt consuetudo:
quæ si grauis est aliud uitiū alit. Naturā qdē mutare difficile est. Nec licet semel mixta nascētiū elemēta cō
uertere. Sed in hoc nocere pfuit: ut calētibus igeniis subtrahatur uinū. qđ pueris Plato negandū putat:&
ignē uetat igne icitari. Nec cibis qdē iplendi sunt. Distēdent̃. n. corpora:& ais cū corpe tumescēt. Labor il/
los citra lassitudinem exerceat ut minuat̃:& nō ut cōsumatur calor: nimiusq; ille feruor expumet. Lusus
quoq; proderūt. Modica. n. uoluptas laxat aios & temperat. Humidioribus siccioribus & frigidis nō ē ab
ira periculū: sed maiora uitia metuēda sunt. Pauor difficultas & desperatio & suspitiōes. molliēda itaq; fo/
uēdaq; talia igenia:& in letitia euocāda sunt. Et qa aliis cōtra iram aliis contra tristitiā remediis utēdū est.
Nec dissimilibus tātū ista: sed cōtrariis curāda sunt. Semp ei occurrēus qđ icreuerit. Plurimū iquā pderit
pueros stati salubriter istitui. Difficile āt regimē est: qa dare debemus operā ne aut irā in illis nutriamus:
aut idolē retundamus. Diligēti obseruatione res idiget. Vtrunq;. n.& quod extollendū:& quod depmen
dū est: similibus alit̃. Facile aūt ēt attēdentē similia decipiūt. Crescit licētia spūs: seruitute cōminuit̃. Assur
git si laudat̃:& in spē sui bonā adducit̃. Sed eadē ista isolētia & iracūdiā generāt. Sic itaq; inter utrūq; regē
dus est: ut modo frænis utat̃: modo stimulis. nihil humile: nihil seruile patiatur. Nunq̃ illi necesse sit roga
re simpliciter: nec psit rogasse: potius causæ suæ & prioribus factis & bonis i futuꝝ pmissis donet̃. In cer
taminibus æqualiū nec uinci illū patiamur: nec irasci. Demus operā ut familiaris sis his cū qbus cōtende/
re solet: ut in certamine assuescat nō nocere uelle sed uincere. Quotiens supauerit:& dignū aliqd laude fe/
cerit: attolli nō gestire patiamur. Gaudiū eni exultatio: exultationē tumor:& nimia extimatio sui sequit̃.
Dabimus aliqđ laxamētū. In desidiā uero ociūq; nō resoluemus:& procul a cōtactu delitiaꝝ retinebimus
Nihil enim magis fecit iracūdos q̃ educatio mollis & blanda. Ideo unicis quo plus idulget̃: pupillisq; quo
plus licet: corruptior animus est. Nō resistet offensis cui nihil unq̃ negatū est: lachrymas solicita semp ma/
ter abstergit: cui de pedagogo satisfactū est. Nō uides ut maiorē quāq; fortunā maior ira comitet̃. In diui/
tibus nobilibusq;:& magistratibus præcipue apparet: cū quicqd leue & inane in animo erat: secūda se au/
ra sustulit. Fœlicitas iracūdiā nutrit: ubi aures supbas assentatoꝝ turba circūstetit: tibi enim ille responde
at: nō p fastigio te tuo metiris: ipse te pcis qbus uix sane & ab initio bene fūdate mētes restiterūt. Lōge
itaq; ab assentatiōe pueritia remouēda ē. Audiat ueꝝ & timeat iterim uereatur: semp maioribus assurgat
Nihil p iracūdiā exores. Quod flenti negatū fuerat qeto afferat̃:& diuitias parētū i cōspectu hēat nō i usu
Exprobēt̃ illi pperā facta. Pertiebit ad rē: pceptores pedagogosq; pueris placidos dari. Proximis applicat̃
oē qđ teneꝝ ē:& i eoꝝ similitudinē crescit. Nutritium & pedagogoꝝ retulere mox in adolescētia mores

Apud Platonē educatus puer:cū ad parētes latus eēt:uociferantē uideret patrē.Nunq̄ inq̄t apud Platonem uidi.Nō dubito qn citius patrē q̄ Platonē imitatus sit. Tenuis ante oia uictus:& nō p̄ciosa uestis:& similis cultus cū æq̄libus nō irascet:aliquē sibi cōparari quē abinitio multis parē feceris.Sed hæc ad liberos nr̄os ptinēt in nobis qdē sors nascēdi & educatio:nec uitii locū:nec iā p̄cepti hēt.Seq̄ntia ordināda sunt.Cōtra primas itaq̧ cās pugnare debemus.Cā aūt iracūdiæ opio iniuriæ ē:cui nō facile credēdū ē . nec aptis qdem manifestisq̧ stati accedēdū ē.Quædā.n.falsa:ueri speciē ferūt.Dādū semp ē tēpus.Veritatē.n.dies apit.Ne sint aures criminantibus faciles.Hoc humanæ naturæ uitiū suspectū:notūq̧ nobis sit.Quodq̧ iuiti audimus:libēter credimus:& āteq̄ iudicemus irascimus.Quodq̧ nō crimiatiōibus tātū:sed suspitiōibus ipellimur:& ex uultu risuq̧ aliēo peiora iterp̄tati inocētibus irascitur:Itaq̧ agēda cōtra se cā absentis:& in suspēso ira retinēda.Pōt.n.pœna dilata exigi:nō pōt exacta reuocari.Notus ē ille tyrānicida:q i pfecto opere cōpræhēsus:& ab ipio tortus ut cōscios idicaret:circūstantes amicos tyranni noiauit:qbus q̄maxie charā salutē eius sciebat.Et cū ille singulos ut noiati fuerāt occidi iussisset:interrogauit ꝑ antiqs:& qs supesset? Tu inq̄t solus:neminē.n.aliū cui charus eēs reliq:efficit ira ut tyrānus tyrānicidæ manus accōmodaret:& p̄sidia sua gladio suo cederet.Quāto aiosius Alexāder:q cū legisset epistolā matris q̄ admonebat: ut a ueneno Philippi medici caueret:acceptā potionē nō ueritus bibit:plus igit de amico suo credidit:dignus fuit q inocētē hēret:dignus q faceret.Hoc ergo magis i Alexādro laudo:qa nēo tā obnoxius iræ fuit.Quo maior aūt moderatior i regibus:hoc laudāda magis ē.Fecit hoc:&.C.Cæsar ille q uictoria ciuili:clemētissime usus ē.Cū sniam dep̄hēdisset epistolaꝝ ad Pōpeiū missaꝝ ab his q uidebāt:aut i diuersis:aut i neutris fuisse ptibus cōbussit:q̄uis immoderate soleret irasci maluit tamē nō posse.Gratissimū putāt genus ueniæ:nescire qd qsq̧ peccasset:plurimū mali crudelitas facit.Sed ne audiēdū qdē ē:quoniā qbusdā rebus satius ē decipi q̄ diffidere.Tollēda ex aio suspicio & cōiectura:fallacissima iramēta.Ille me paꝝ humane salutauit.Ille osculo meo nō adhæsit.Ille ichoatū sermonē cito arrupit.Ille ad cœnā nō uocauit.Illius uultus aduersior uisus est.Non deerit suspitionis argumentatio.Simplicitatē opus est:& benigna reꝝ extimatione.Nihil eni qd in oculos incurret manifestūq̧ erit credamus.Et quotiens suspitio nr̄a uana apparuerit: obiurgemur crudelitatem.Hæc enim castigatio consuetudinē efficiet non facile credendi.

u Nde illud seq̄t: ut minimis sordidisq̧ rebus non exacerbemur.Paꝝ agilis est:puer aut tepidior aqua potui erogata:aut turpatus thorus:aut mēsa negligētius posita.Ad ista cōcitari insania ē:& ægræ:& infœlicis ualitudinis est:quē leuis aura cōtraxit.Affecti oculi quos cādida uestis obturpat Dissolutus delitiis cuius latus alieno labore cōdoluit.Mindiridē aiunt fuisse ex Impaꝝ ciuitate q cū uidisset fodiētē:& alterius rastꝝ alleuātē lassum se fieri:q̄stus uetuit illud opus in cōspectu suo facere:bilē hēre sæpius q̄stus est q foliis rosæ duplicatis incubisset.Vbi aium simul & corpus uoluptates corrūpere:nihil tolerabile uidet:nō qa dura:sed qa molles patimur.Quid.n.ē cur tussis alicuius:aut sternutamētū:aut musca paꝝ curiose fugata nos in rabiē agat:aut obuersatus canis:aut clauis negligentis serui manibus elapsa. Feret ista æquo aio ciuile cōuitiū.& in gesta & in cōciōe curiaue maledicta:cuius aures tracti subsellii stridor offendit.Perpetiet hic famē:& æstiuæ expeditiōis sitim:q̄ puero male diluēti nucē irascit:Nulla itaq̧ res magis iracūdiā alit q̄ luxuria. Intemperās & impatiēs dure cōtractādus aius est:ut ictū non sentiat nisi grauē.Irascimur aut his a qbus nec accipe iniuriā potuimus:aut his a his quibus iniuriā accipe potuimus. Ex prioribus q̄dā sine cōsensu sunt:ut librū quē minutioribus litteris scriptū sæpe p̄iecimus:& mēdosum lacerauimus:ut uestimēta q̄ quia displicebāt scindimus.His irasci q̄ stultū est:q̄ irā nr̄am nec meruerunt nec sentiūt:sed nos offendūt uidelicet q illa fecerūt.Primū sæpe anteq̄ hoc ap̄ nos distiguamus irascimur. Deinde fortasse ipsi quoq̧ artifices excusatiōes iustas afferēt:Alius non potuit melius facere q̄ fecerit:nec ad tuā cōtumeliā paꝝ didicit.Alius nō in hoc ut te offenderet fecit.Ad ultimū quid ē demētius q̄ bilem i hoies collectā:in res effundere.Atq ut his irasci dementis est q̄ aia carēt:& sic mutis aialibus q̄ nullā iniuriam si a cōsilio ꝑfectā.Nocere itaq̧ nobis possunt:ut ferꝝ aut lapis:iniuriā qdē facere nō possunt.Atqui cōtēni se quidē putāt:ubi equi idē obseq̄ntes:alteri eqti:alteri cōtumaces sint tāq̄ iudicio nō cōsuetudine & arte cōtractādi.Quædā quibusdā subiectiora sunt.At q ut his irasci stultū ē:ita pueris a pueroꝝ prudētia nō multū distātibus.Oia.n.ista peccata ap̄ æquū iudicē pro inocētia hēnt iprudētiā.Quædā sunt q̄ nocere nō possunt:nullāq̧ ui nisi beneficā & salutarē hēnt.Vt dii imortales q nolūt obesse nec possunt.Natura eni illis mitis & placida ē tā:lōge remota ab aliena iniuria q̄ a sua.Demētes itaq̧ & ignari ueritatis illis imputāt seuitiā maris:imodicas ibres:ptinaciā hyemis.Cū interim nihil hoꝝ q̄ nobis nocēt ꝑsuntq̧ ad nos ꝑprie dirigāt.Nō.n.nos cū mūdo sumus hyemē æstatēq̧ referēdi:suas ista leges hēnt qbus diuina exercētur.Nimis nos suspicimur si digni nos uidemus pp quos tanta moueant.nihil ergo hoꝝ in nr̄a iniuria fit:immo cōtra.Nihil nō ad salutē.Quædā eē diximus q̄ nocere possunt:q̄dā q̄ nolūt.In his erūt boni magistratus parētesq̧ & p̄ceptores & iudices:quoꝝ castigatio sic accipiēda ē:quō scalpellū & abstinētia:& alia q profutura torquēt.Affecti sumus pœna.Succurrat nō tātū qd patiamur sed qd fecerimus in consilium de uita mutāur.Si uero ueꝝ ipsi dicere nobis uoluerimus:pluris litē nr̄am extimabimus.Si uolumus æquoium reꝝ iudices eē:hoc primū nobis suadeāus:Neminē nr̄um eē sine culpa.Hinc.n.maxima indignatio orit nihil peccaui:nihil feci:imo nihil feceris.Indignamur aliq̄ admonitiōe aut coertiōe nos castigatos:cū illo ipō tpe peccēus quo adiicimus malefactis arrogātiā & cōtumaciā.Quis ē iste q se ꝑfitet oībus legibus innocētē:ut hoc ita sit q̄ angusta innocētia ē ad legē oē bonū q̄ latius officioꝝ patet:q̄ iuris regula:q̄ multa pietas:hūanitas:liberalitas:iustitia:fides exigūt.Quæ oia extra publicas tabulas sunt.Sed ne ad illā quidē artissimā innocētiæ formulam præstare nos possumus:alia fecimus:alia cogitauimus:alia optauimus:

alijs fecimus. In quibusdā inocētes sumus: qa nō successit. Hoc cogitātus æquiores sumus: delinquentibus cre/
damus: obiurgātibus utiq nobis ne irascamur. Cui enī nō si nobis quoq minime diis. Nō enī illoꝝ sed le
ge mortalitatis patimur qcqd icōmodi accidit. Ad morbi doloresq icurrūt: utiq aliquo fugiēdū ē: domi
ciliū putre fortitis diceē. Aliqs male de te locutus: cogita an prior feceris: cogita de ꝙmultis loqris. Cogite
mus iquā alios nō facere iniuriā sed repōere. Alios per nos facere. Alios coactos facere. Alios ignorātes: &
eos q uolentes sciētesq faciūt: ex iniuria nostra: nō ipsam iniuriā petere aut dulcedie urbāitatis ꝓlapsus ē.
Aut fecit aliqd nō ut nobis obesset: sed qa cōseq ipse nō poterat: nisi nos repulisset. Sæpe adulatio dū blādi
tur offendit. Quisqs ad se rettulerit quotiēs ipse in suspitionē falsam iciderit: ꝙmultis officiis suis fortuna
speciē iniuriæ iduerit: ꝙmultos post odiū amare cœpit: & poterit nō statī irasci utiq si sibi tacitus ad sin/
gula qbus offendiē dixerit. Is q nullius nō uxorē cōcupiscit: & satis iustas cās putat amādi: qđ aliena ē. Idē
uxorē suā aspici nō uult: & fidei acerrimus exactor ē ꝑfidus: & mēdacia ꝓseqtur ipse piurus: & litē sibi i/
ferri ægerrimæ calūniaē patiē. Pudicitiā seruoꝝ suoꝝ attētari nō uult q nō pepcit suæ. Aliena uitia ī ocu/
lis habemus: a tergo nostra sunt. Inde ē ꝙ tēpestiua filii cōuitia pater deterior filio castigat. Nihil alienæ lu
xuriæ ignoscit: q nihil suæ negauit: & homicidæ tyrānus irasciē: & punit furta sacrilegus. magna pars ho/
minū est q nō peccatis irasciē: sed peccātibus: Faciet nos moderatiores respectus nři: si consulerimus nos.
Nunqd & ipsi aliqd tale cōmisimus? Nunqd sic errauimus? Expedit ne nobis ista dānare. Maximū reme/
diū ē iræ mora. Hæc ab illo pœnæ initio nō ut ignoscat: sed ut iudicet: desinet si expectat. nec uniuersam il
lam tentabis tollere. graues habet ipetus primos. tota uincetur. dum partibus carpitur.

X his quæ nos offendūt: alia renūciaē nobis: alia ipsi audiuimus aut uidemus. De his quæ narrata
e sunt nō debemus cito credere. Multi emētiunē ut decipiāt: multiq decepti sunt. Alius criminātē
grām captat: & fingit iniuriā: ut uideaē doluisse factā. Aliqs malignus & q amicitias cohærētes di
ducere uult. Est suspicax & q spectare ludos cupiat: & ex longiquo tutoq speculatur quos collisit. de puula
summa iudicaturo tibi res sine teste nō ꝓbareē: Testis sine iureiurādo nō ualeret: Vtriq pti dares actiōes:
dares tēpus: nō semel audires. Magis enī ueritas elucet. quo sæpius ad manū uenerit. Amicū cōdēnas de ꝑ/
sentibus anteq̄ audias: anteq̄ iterroges: anteq̄ illi aut accusatorē suū nosse liceat aut crimē: irasceris: iā ueꝝ
tāq qđ utriq diceret audisti. Hic ipse q ad te detulit desinet: de re si ꝓbare debuerit. Nō ē inqt ꝙ me ꝓtra
has. Ego productus negabo. Alioqn nunq̄ tibi dicā. Eodem tempore & istigat & ipse se certamini & pu/
gnæ subtrahit. Quid dicere tibi nisi clā non uult: pœne non dici. Quid est inqus q̄ secreto credere: palam
irasci. Quorundam ipsi testes sumus. In his naturam excutiemus uoluntatemq facientium. Puer est: æ ta/
ti donet: nescit an peccet. pater ē: aut tātū ꝓfuit: ut illi cū iniuria eius sit: an fortasse ipsum hoc meritū eius
est quo offendimur. Mulier est: errat. Iussus est necessitati nisi iniquus successit læsus ē. Nō ē iniuria pati ꝙ
prior feceris. Iudex est plus illius credas sententiæ q tuæ. Rex ē: si nocētem punit cede iustitiæ: si inocentē
cæde fortunæ. Mutum animal est: aut simile muto: imitaris illud si irasceris. Morbus est aut calamitas le
uius transiliet sustinentem. deus est: tā perdis operam cū illi irasceris q̄ cū illū alteri præcaris iratū. Bonus
uir est q iniuriam fecit: noli credere. Malus noli mirari; dabit pœnas alteri quas dedit tibi. etiam sibi dedit
q peccauit. Duo sunt: ut dixi: quæ iracundiam cōcitant. Primū si iniuriā uidemur accepisse: de hoc satis di
ctum est. Deinde si inique accepisse: de hoc dicēdū est. Iniqua quædā iudicaui hoies: quia pati non debue/
runt: quædam quæ non sperauerint. indigna putauimus quæ inopinata sunt. Itaq maxie cōmouēt quæ
cōtra spem expectationemq euenerūt. Nec aliud ē q̄re in domesticis minima offendāt. In amicis iniuriā
uocemus negligētiā. Quomodo ergo iquit inimicoꝝ nos iniuriæ mouēt? qa nō expectauimus illas: aut
certe nō tantas. hoc efficit amor noster nimius iuiolatos nos ēt inimicis iudicamus esse debere. Regis qsq
itra se aīum habet: & licentiam sibi dari uelit in se nolit alteri. Aut ignorātia nos itaq: aut isolentia iracun
dos facit. Ignorantia reꝝ? Quid enī mirum est malos mala facinora ædere? Quid noui est: si inimicus no
cet? Amicus offendit: filius labiē: seruus peccat. Turpissimā aiebat Fauius Imperatori excusationē eē: non
putaui. Ego turpissimā hoī puto. Oīa puta. Specta eū in bonis moribus aliqd existet apius. Fert hūana na/
tura insidiosos animos: fert igratos: fert cupidos: fert impios. Cū de moribus unius iudicabis: de publicis
cogita. Vbi maxime gaudebis: maxīe metues. Vbi trāqlla tibi oīa uidenē: tibi nocitura nō desunt: sed qe/
scunt. Semp futuꝝ aliqđ qđ te offendat existima. Gubernator nunq̄ ita tutos sinus explicuit securus: ut
nō expedite ad cōtrahendū armamēta disponeret. Illud ante oīa cogita fœdā eē & execrabilē uim nocen/
di. & alienissimā hoī cuius beneficio etiā sæua mēsuescūt. Aspice elephantoꝝ iugo colla submissa: taurorū
pueris piter ac feris ꝑsultātibus terga impune calcata: & repētes intra pocula sinusq: inoxio lapsu dracōes
& itra domū ursoꝝ leonūq ora placida tractātibus adulātibusq. Nō ergo feras pudebit cū aialibus ꝑmu
tasse mores Nefas est nocere patriæ: ergo cuiq. Nā hæc pars patriæ ē. Sanctæ partes sunt: si uniuersum ue
nerabile est ergo & homini. Nā hic in maiore tibi urbe ciuis ē. Quid si nocere uelint manus pedibus? ma
nibus oculi? ut oīa inter se mēbra consentiūt: qa singula seruari potius interest. Ita hoies singulis parcent:
qa ad cœtum geniti sunt. Salua aūt eē societas nisi amore & custodia partiū non potest. Ne uiperas quidē
& nutricē: & si qua morsu aut ictu nocēāt effugeremus: si in reliqua mansuefacere possemus aut efficere:
ne nobis aliusue periculo essent. Ergo ne hoī qdē nocebimus quia peccauit: sed ne peccet. Nec unq̄ ad præ/
teritū sed ad futuꝝ pœna trāsfertur. Nō. n. irasciē: sed cauet. Nam si puniēdū ē cuiq paruū maleficiumq
ingeniū ē: pœna neminē excipiet. At. n. ira hēt aliquā uolūtatē: & dulce ē dolorē reddere. Minime. Non
enī ut in benificiis honestū ē merita: meritis repēsare: & iniuria iniuriis. Illic uinci turpe ē. Hic uicere. Inhu
manū uerbū est: & qdē pro iusto receptū: ultio & talio nō multū differt nisi ordine: q dolore regiē tantū

excusatius peccat. M. Catonē ignorans in balneo quidam percussit imprudens. Quis. n. illi sciens facere in-
iuriam? Postea satisfacienti Caro non memini inqt percussum me. Melius putauit non agnoscere q̄ uindi-
care. Nihil inqs illi post tantā petulātiā mali factū ē. Immo multū boni: cœpit Catonē noscere. Magni ani-
mi est iniurias despicere. Vltionis contumeliosissimū genus est nō esse uisum dignum ex quo peteref ul-
tio. Multi leues iniurias despicere altius sibi dimisere dū uindicāt. Ille magnus & nobilis est qui more ma-
gnæ feræ latratus minutorum canū securus exaudit. Minus inquir contemnemur si uindicauerimus in-
iuriam: si tanq̄ ad remedium uenimus sine ira. Veniamus non quasi dulce sit uindicari: sed quasi utile.

De simulanda iniuria.

Aepe aūt satius fuit dissimulare q̄ ulcisci: potētiorꝫ iniuriæ hilari uultu nō patienter tātū ferendæ
s sunt. Faciēt iterꝫ si se fecisse crediderint. Hoc habēt pessimū: animi magna fortuna īsolentes quos
læserunt oderūt. Notissima uox est eius qui in cultu regū cōtenuerat: Cum illū qdā interrogaret:
quoniā rarissimā rē in aula cōsecutus est. Iniurias inquit accipiēdo & gratias agēdo de ipsis sæpe adeo iniu-
riā uindicare nō expedit: ut ne fateri qdē expediat. C. Cæsar pastoris splēdidi eqtis romani filium cū in cu-
stodia habuisset: imundiciis eius & incultioribus capillis offensus rogāte patre: ut salutē sibi filii concede-
ret quasi de supplicio eius admonitus: ad mortē duci protinus iussit. Ne tamē oīa inhumāe faceret aduer-
sum patrē ad cœnā illū inuitauit eo die: uenit pastor nihil uultu eius exprobāte ꝓpinauit illi Cæsar hemi-
nā: & posuit illi custodē: ꝑdurauit miser: nō aliter q̄ si filii sanguinē biberet. Vnguētū & coronas misit: &
obseruare iussit an sumeret. Sūpsit eo die quo filiū extulerat. Iacebat cōuiua cētēsimus: & potiōes uix ho-
nestas natalibus liberorꝫ podagricus senex hauriebat: cū īterim nō lachrymas emisit: nec dolorē aliquo si-
gno erūpere passus ē. Cœnauit tanq̄ pro filio exorasset. Quæris q̄re? Hēbat alterꝫ. Quid ille Priamus non
dissimulauit irā: & regis genua cōplexus ē? Funestā ꝑfusamq; cruore filii manū: ad os suū retulit & cœna-
uit: sed tātū sine unguēto: sine coronis: & illū hostis sæuissimis multis solatiis ut cibū capet hortatus ē: nō
ut pocula īgētia sup caput posito custode siccaret: cōtēpsisset romanū patrē si sibi timuisset. Nunc irā cō-
pescuit pietas. Dignus fuit in eū ꝑmitteret a cōuiuio ad ossa filii legēda discedere. Ne hoc qdem ꝑmisit be-
nignus. Interim & comis adolescēs propitiatiōibus senē crebris ut cura leniref admonēs lacessebat. Cōtra
ille se lætum & oblitū qd eo eēt actū die prædixit. Periret alter filius si carnifici conuiua nō placuisset. Er-
go ira abstinēdū est siue par est q lacessendus est: siue sup̄ior: siue inferior. Nā cū pare cōtēdere anceps est.
Cū sup̄iore furiosum. Cū īferiore sordidū: Pusilli hoīs & miseri ē repetere mordētē: ut mures & formicæ:
q̄s si manū admoueris ora cōuertāt. Imbecilla se lædi putāt si tāgūt. Faciet nos mitiores si cogitauerimus
q; aliquādo nobis ꝑfuit ille cui irascimur: & meritis offensam redimere. Illud nobis occurrat q̄ntū cōmē-
datiōis nobis allatura sit clementiæ fama. & q̄multos uenia amicos utiles fecerit. Ne irascamur inimicorꝫ
& hostiū liberis. Inter syllanæ crudelitas exēplar ē qđ a. R. P. liberos ꝓscriptorꝫ submouit. Nihil ē īquius
q̄ aliquē hæredē paterni odii fieri. Cogitemus quotiēs ad ignoscēdū difficiles erimus: an expediat omnes
nobis inexorabile esse. Quā sæpe ueniā qui negauit petit: q̄ sæpe pedibus eius aduolutus est: quē suis rep-
pulit. Quid est gloriosius q̄ irā amicitia mutare? quos. Po. Ro. fœliciores habet socios fideliores q̄ q̄ uicto-
ribus? Irasceſ aliquis. Tu contra: beneficiis prouoca. Cadit statim simultas ab altera parte deserta nisi pari-
ter non pugnat: sed si utrinq; certabit ira concurrit: Ille ē melior qui prior pedē ab ira retulit. Victus ē qui
uicit ꝑcussit te. Recede. Referendo enim: & occasionē sæpius feriēdi dabis: & excusationē nō poteris reuel-
li cū uoles. Nunq̄ uelit quisq̄ tam grauiter hostē ferire: ut relinquat manū in uulnere: & se ab ictu reuoca-
ri non possit. Atq; tale ira telū est: ut uix retrahat. Arma nobis expedita prospicimus gladiū cōmodū & ha-
bilē. nō uitabimus impetus animi his graues magis furiosos & irreuocabiles. Ea demum uelocitas placet
quæ ubi iussa est uestigiū sistit: nec ultra destiata percurrit: & quæ flecti & a cursu ad gradum reduci pōt.
Aegros scimus neruos eē: ubi īuitis nobis mouent. Senex autem īfirmi corporis est: q cum ambulare uult
currit. Animi motus eos putemus sanissimos ualidissimosq;: q nr̄o arbitrio ibūt: non suo ferent. Nihil tā
æque ꝓfuit: q̄prium ītueri deformitatē rei: deide periculū. Nō ē ullius affectus facies turbatior: pulcher-
ria hora fœdauit: toruos uultus ex tranqllissimis reddit. Linqt decor omnis iratos: etiam si amictus illius
irati cōpositus sit ad legē: retrahēt uestē: omnēq; curā cui effundēt. Si capillorꝫ natura uel arte iacentiū nō
īformis est habitus: cū in aīo īhorrescunt & tumescūt uenæ. Cōcutief crebro spū pectus: rabida uocis eru-
ptio colla distendit. Tunc artus turbidi īquietæ manus totius corporis fluctuatio. Qualem ītro putas esse
aīum: cuius extra imago tā fœda ē? Quanto illi ītra pectus terribilior uultus ē: acrior spūs: ītensior īpetus
rupturus se nisi eruperit. Quales sunt hostiū uel ferarꝫ cæde madētiū: aut ad cædē euntiū aspectus. Qua-
lia poetæ īferna monstra finxere: succīcta serpētibus & igneo flatu. Quales ad bella excitāda: discordiamq;
in populos diuidēdā: pacēq; lacerādā deterrie īferum exeūt furiæ. Talē nobis irā figuremus: flāma: lumina
ardētia: sibilo: mugituq;: & gemitu: & stridore: & siqua his īuisior uox est ꝑstrepentē tela manū utrāq; q̄-
tientem. Neq; eni illi tegere secura est toruam cruentāq; & cicatricosam ex uerberibus suis liuidam īcessu
suæ samei effusam: multa caligie īcursitantem: uastantem: fugātemq;: & oīum odio laborātem: sui maxīe
si aliter nocere non possit: terras: maria: cælū ruere cupientē īfestā pariter īuisamq;. Vel si uidetur qualis sit
apud uates nostros. Est sanguineum quatiens dextra læuaq; flagellum. Aut scissa gaudens uadit discordia
palla. Aut si magis dira facies excogitari diri affectus potest. Quibusdā: ut ait Sestius iratis profuit aspexis-
se speculū. ꝑturbauit illos tanta mutatio sui: uelut ī rem præsentē adducti nō agnouerūt se. & quantulum
ex uera deformidate imago illa speculo repercussa reddebat aīus si ostendi: & si in ulla materia per lucem
posset ītuētes nos cōfunderet. At maculosusq; æstuās & distortus & timidus. Nūc quoq; tāta deformitas

eius eſt per oſſa carneſq;:& tot impediméta effluens.Quid ſi nudus oſtenderet̃ ſpeculo q̃ui neminem de/
tentũ ab ira credit?Quid ergo qui ad ſpeculum uenerat:ut ſe mutaret iã mutauerãt.Iratis q̃dem nulla eſt
formoſior effigies q̃ atrox & horrida:qualeſq; eſſe etiam uideri uolunt.Magis illud uidendum eſt q̃ mul
tis ira per ſe nocuerit.Alii nimio feruore rupere uenas:& ſanguinẽ ſupra uires elatus clamor ægeſſit:& lu/
minũ ſuffudit aciem.In oculos uehementius humor ægeſtus:& in morbos ægri recidere:nulla celſior ad
inſaniam uia eſt.Multi itaq; continuauerunt iræ furorem:nec q̃ expleuerant mentem unq̃ receperũt:Aia/
cem in mortem ægit furor:in furorem ira:mortem liberis:ægeſtatem ſibi:ruinam domui imprecant̃.&
iraſci ſe negant:non minus q̃ inſanire furioſi.Amiciſſimis hoſtes:uitandiq; chariſſimis.Legem niſi quam
nocent immemores ad minima mobiles.Non ſermone:non officio adiri faciles.Per oĩa uim gerunt . gla/
diis & pugnare parati:& incumbere.Maximum.n.malum illos cœpit:& oĩa exuperans uitia. Alia paulatĩ
uitia.Alia intrant repentina & uniuerſa uis eius eſt.omnes deniq; alios effectus ſibi ſubiicit.Amorem ar/
dentiſſimum uincit.Tranſfoderunt itaq; amata corpora & in eorum quos occidunt & tacuere complexi/
bus.Auaritiam duriſſimum malum minimumq; flexibile ira calcauit.Adapta opes ſuas ſpargere : & do/
mui rebuſq; in unum collatis inicere ignem.Quid non ambitioſius?Magno extimata ira proiecit . Inſi/
gnia honoremq; delatum depulit.Nullus affectus eſt in quem non ira dominetur.

Lucii Annei Senecæ ad Nouatum Liber tertius de Ira.



Vod maxime deſideraſti Nouate nunc facere:tẽtabimus iram excidere animis:aut certe re
frenare:& impetus eius inhibere.Id aliquãdo palam aperteq; faciẽdũ ẽ:ubi minor uis ma/
li patitur.Aliquando ex occulto:ubi nimiũ ardet:omniq; ipedimẽto exaſperat̃ & creſcit.
Refert quantas uires quanq; integras habeat.Verũ ne uerberanda & agẽda ſit : an credere
ei debeamus (dum tempeſtas pria deſæuit:ne remedia ipſa ſecum ferat.Conſiliũ pro mori
bus cuiuſq; capiẽdũ erit.Quoſdã.n.p̃ces uicũt.Quidã iſultãt iſtantq; ſubmiſſis . Quoſdã
terrẽdo placabimus.Alios obiurgatio.Alios confeſſio.Alios pudor cœpto deiecit.Alios mora lentũ p̃cipi
tis mali remediũ:ad q̃d nouiſſime deſcẽdẽdũ ẽ.Cæteri .n. affectus dilationẽ recipiũt:& curari tardius poſ/
ſunt.Hæc incitata & ſeipſam rapiens uiolẽtia:non paulatim procedit:ſed dũ icipit tota eſt.Nec alioꝝ mo
re uitioꝝ ſolicitat animos:ſed abducit & impotentes ſui:cupidoſq; uel cõis mali exagitat.Nec in ea tantũ
in quæ deſtinauit:ſed in occurrentia obitus fuit.Cætera uitia ĩpelliunt animos:ira præcipitat.Cæteris eti/
am ſi reſiſtere contra affectus ſuos non licet:aut certe affectibus ipſis licet ſtare:hæc non ſecus q̃ fulmina p̃
cellæq;:& ſiqua alia irreuocabilia ſunt:qa non eunt:ſed cadunt:uim ſuam magis ac magis tendit . Alia ui/
tia a ratione hæc a ſanitate deſiſtit.Alia acceſſus lenes habent:& incrementa fallentia:in iram deiectus ani
morum eſt.Nulla itaq; reſurget magis attonita:& in uires ſuas prona.& ſiue ſucceſſit ſuperba:ſiue fruſtra
inſana:ne repulſa quidem in tedium acta ubi aduerſarium fortuna ſubduxit in ſeipſa morſus ſuos uertit:
Non refert quantũ ſit ex quo reſurrexerit.Ex leuiſſimis enim in maxima euadit.Nullam tranſit ætatem.
Nullũ hominũ genus excipit.Quædã gentes beneficio ægeſtatis non nouere luxuriã.Quædam quia ex/
ercitæ & uagæ ſunt effugere pigriciã:q̃bus incultus mos agreſtiſq; uita eſt.Circũſcriptio ignota ẽ:& fraus
& quodcunq; in foro malum naſcit̃:Nulla gens eſt quã non ira inſtitet : tam inter Graios q̃ barbaros po/
tẽs.Nõ minus pernicioſa leges metuentibus:q̃ quibus iura diſtinguit modus uiriũ.Deniq; cætera ſingu/
los corripiunt:hic unus affectus eſt qui interdũ publice concipit̃.Nunq̃ uniuerſus populus fœminæ amo/
re flagrauit.Nec in pecuniã aut lucrũ tota ciuitas ſpem ſuã miſit.Ambitio uiritim omnes occupat. Impoten
tia non eſt malum publicum.Sæpe in irã uno agmine itũ eſt:uiri:fœmĩæ:ſenes:pueri:principes : uulguſq;
conſenſere.& tota multitudo pauciſſimis uerbis concitata ipſum cõcitatorem anteceſſit. Ad arma proti
nus igneſq; diſcurſum eſt:& indicta finitimis bella aut geſta cum ciuibus . Totæ cũ ſtirpe omni crematæ
domus:& modo eloquo fauorabilis:habitus in multo honore irã ſuæ cõcionis excepit.In Impatorẽ ſuũ
legiones pila torſerũt:diſcedit plebs tota cũ pluribus:publicũ cõſiliũ ſenatus:nõ expectatis delectibus : nec
nominato Imperatore ſubito iræ ſuæ duces legit:ac per tecta urbis:nobiles conſectatus uiros ſupplicium
manu ſumpſit.Violat legationes rupto iure gentiũ.Rabieſq; inſanda ciuitatẽ tulit.Nec datũ tempus quo
reſideret tumor publicus:ſed deductæ protinus claſſes:& oneratæ tumultuario milite.Sine more ſine au
ſpiciis populus ductu iræ ſuæ egreſſus:fortuita raptaq; pro armis geſſit.Deĩde magna clade temeritatẽ au
dacis ira eluit.Hic barbaris forte uiuentibus in bella exitus ẽ:cum mobiles aĩos ſpecies iniuriæ p̃tulit agũ
tur ſtatim:& qua dolore traxit ruinæ modo regionibus incidunt icõpoſiti:interriti:incauti pericula appe/
tentes ſua:gaudẽt feriri:& iſtare ferro:& tela corpore urgere:& per ſuũ uulnus exire . Non eſt inq̃s dubiũ
quin magna iſta & peſtifera ſit uis.Ideo quẽadmodũ ſanari debeat mõſtra.Atqui ut in prioribus libris di
xi:ſtat Ariſtoteles defenſor iræ:& uetat illa nobis execari.Calcar ait eẽ uirtutibus.Hæc erepta inermẽ ani/
mum & ad conatus magnos pigrũ:& inermemq; fieri.Neceſſarium eſt itaq; editatẽ eius:ac feritatem co/
arguere:& ante oculos ponere quantum monſtri ſit homo in hominem furens:quantoq; impetu ruat.nõ
ſine pernicie ſua pernitioſus:& ea deprimens quæ mergi niſi cum mergente non poſſunt . Quid ergo ſa/
nium hunc aliquis uocat:qui uelut tempeſtate correptus nõ it ſed agit̃:& furenti malo ſeruit?Nec man/
dat ultionẽ ſuã:ſed ipſe eius exactor animo:ſimul ac manu ſæuit.Chariſſimoꝝ eorũq; mox amiſſa flectu
rus eſt carnifex.Hunc aliquis affectũ uirtuti adiutorẽ comitẽq; dat:conſilia ſine quibus uirtus gerit nihil
obturbantẽ.Caducæ ſiniſtræq; ſunt uires:& in malũ ſuũ ualidæ in quas ægꝝ morbus & acceſſio erexit.
Non eſt ergo q; me putes tempus in ſuperuacuis conſumere q; iram quaſi dubiæ apud homines opinio/
nis ſic iſamem:cum aliquis ſit.Et q̃dem de illuſtribus philoſophis q illi indicat operas : & tanq̃ utilem ac

spiritus subministrantem in prælia in actus rerum ad omne quodcunq; calore aliquo gerendū est nocet.
Ne quem fallar tanq̄ aliquo tempore aliquo loco profutura. Ostendenda est rabies eius effrenata & atto-
nita: apparatusq; illi reddendus est suus eculeus & fidiculæ: & ergastula: & cruces: & circūdati defossis cor-
poribus ignes: & cadauera quoq; trahens uncus: uaria uinculoꝝ genera: uaria pœnaꝝ: lacerationes mem-
brorum: inscriptiones frontis: & bestiaꝝ imaniū cauernæ. Inter hæc instrumenta collocet̄ ira: dirum qd
dam: atq; horridum strides omnibus per quæ fuerit deterior: ut de cæteris dubium sit: nulli certe affectus
peior est uultus: quē in prioribus libris descripsimus: asperum & acrem. Et nunc subito reuerso sanguine
fugatoq; pallentem: nunc ī os omne calore ac spiritu uerso subrubicundū: & similē cruento: uenis tumen
tibus oculis nunc tepidis & exilientibus. Nunc in uno obtutu defixis & hærentibus. Adiice nunc dentiū
inter se arietatorum: & aliquem esse cupientium non alium sonū q̄ ē apris tela sua attritu accuentibus. Adii
ce articulorum crepitum cū se ipsæ manus frangūt: & pulsatum sæpius pectus anhelitus: crebros tractosq;
altius gemitus: īstabile corpus: īcerta uerba: subitis exclamatiōibus tremētia: labra īterdūq; cōplexa: & di-
rum qddam exibilantia. Ferarum mehercules siue illas fames exagitat: uel īfixū uisceribus ferrū: minus te
tra facies est: ēt cum uenatorem suum semianies morsu ultio petunt: q̄ hois ira flagrantis. Age si exaudire
uoces ac minas uacet: qualia excarnificati ai uerba sunt: nonne reuocare se qsq; ab ira uolet: cum itellexerit
illam a suo primum malo icipere. Non uis ergo admoneam eos q iram summa potentia exercent: & argu-
mentum uirium existimant. & in magnis magnæ fortunæ bonis ponunt paratam ultionem q̄ non sit po-
tens imo nec liber qdem dici possit: iræ suæ captus? Non uis admoneam quo diligentior qsq; sit & ipse se
circūspiciat: alia ai mala ad pessimos quosq; pertinere iracūdiam ēt eruditis hoībus & in alia sanis irripe-
re? adeo ut qdam simplicitatis iudicium iracundiam dicant: & uulgo credat̄ facilimis qsq; huic obnoxius.
Quorsus inqs hoc pertinet? Vt nemo se iudicet tutum ab illa cum lentos quoq; natura & placidos in sæui
tiā ac uiolentiam euocet. Quēadmodū aduersus pestilentiā nihil potest firmitas corporis: & diligēs ualitu
dinis cura. Promiscue eni ībecilla robustaq; iuadit. Ita ab ira tam iquietibus moribus periculum ē: q̄ com-
positis & remissis qbus eo turpior ac periculosior est: quo plus in illis mutat. Sed cū primū sit nō irasci. Se-
cundū detinere. Tertiū alienæ iræ mederi. Dicā primū quēadmodū in iram non incidamus. Deide quem
admodū ab illa liberemur. Nouissime quēadmodū irascētē retineamus placemusq;: & ad sanitatem redu-
camus. Ne irascamur præstabimus: si omnia uitia iræ nobis subide proposuerimus: & illam bene extima
uerimus. Accusanda est apud nos: dānanda perscrutanda eius mala: & in mediū protrahēda sunt: ut qua-
lis sit appareat: comparanda cū pessimis est. Auaritia acqrit & contrahit quo aliqs melior utat̄. Ira icendit.
Paucis gratuita est. Iracundus dominus quosdam in fugam seruos ægit: quosdam ī mortē quāto plus ira
scendo q̄ id erat pp quod irascebat̄ amisit. Ira patri luctū: marito diuortiū attulit: magistratui odiū: cādida
to repulsam. Potior est iquā luxuria quoniā illa sua uoluptate fruit̄: hæc alieno dolore uincit malignitatē
& inuidiā. Ille enim infœlicē fieri nolunt: hæc facere. Ille fortuitis malis delectant̄: hæc nō potest expectare
fortunam. Nocere ei quē odit nō noceri uult. Nihil est simultatibus grauius: has ira conciliat. Nihil ē bel-
lo funestius: In hoc potentiū ira corrūpit. Cæterum etiam illa plebeia ira & priuata: inerme & sine uiribus
bellum est. Præterea ira, ut seponamus quæ mox secutura sunt dāna: insidias: perpetuam ex certaminibus
mutuis solicitudinē dat pœnas dū exigit. Naturā hoīs uitat: Illa in amorē hortat̄: hæc in odiū. Illa prodesse
iubet: hæc nocere. Adiice q; cum idignatio eius animi suspecta eueniat: & animosa uideatur: pusilla est &
angusta. Nemo enim non eo a quo se contemptum iudicat minor est. At ille ingens animus & uerus ex-
timator sui non iudicat iniuriam: quia non sentit. ut tela a duro resiliūt: cum dolore cedendis solido feri-
untur. Ita ulla magnum animum iniuria ad sensum suum adducit. Fragilior eo quod petit. Quanto pul-
chrius uelut nulli penetrabilē telo: omnes iniurias contumeliasq; respuere. Vltio doloris confessio est. Nō
est magnus animus quem icurrit iniuria. Aut potentior te: aut ībecillior læsit: Si imbecillior: parce illi. Si
potentior: tibi. Nullum est argumentum magnitudinis certius q̄ nihil posse quo instigeris accidere. Pars
superior mundi & ordinatior ac propinqua syderibus: nec in nubem cogitur: nec in tempestatem impel-
litur: nec uersatur in turbinem: omni tumultu caret: inferiora fulminantur. Eodem modo sublimis aius
quietus semper: & in statione tranquilla collocatus: intra se præmens quibus ira contrahitur: modestus
& uenerabilis est & depositus. Quorum nihil inuenies in irato. Quis enim traditus dolori & furens non
primam reiecit iniuriam? Quis ipetu turbidus & in aliquem ruens non qcquid in se uerecundi habuit ab
iecit? Cui officiorum numerus aut ordo consistit icitato? Quis liguæ temperauit? Quis ullam partē cor-
poris tenuit? Quis se regere potuit in immensum? Proderit nobis illud Democriti salutare præceptum:
quo monstratur tranqllitas: sine quo priuati neq; publice multa: aut maiora uiribus nostris ægerius. Nūq̄
tā fœliciter in multa discurrenti negocia dies transit: ur non aut ex homine: aut ex re offenso nascatur: que
animum in iras paret. quemadmodum per frequentia urbis loca properanti in multos incursitandum ē:
& alicubi labi necesse est: alicubi retineri: alicubi aspergi. Ita in hoc uitæ actu dissipato & uago multa ipedi
menta: multæ quærelæ icidunt. Aliqs spem nostram fefellit: alius distulit: alius itercepit. Non ex destiato
proposita fluxerunt. Nulli fortuna tam dedita est. ut multa tentanti ubiq; respōdeat. Seqtur ergo ut is cui
contra quæ proposuerat aliqua cesserunt: ipatiens hominum rerumq; sit. Ex leuissimis causis irascit̄: nūc
personæ: nunc negocio: nunc loco: nunc fortunæ: nunc sibi. Itaq; ut qetus possit esse animus: non est iactan
dus: nec multarum: ut dixi: rerum actu fatigandus: nec magnarum supra uires appetitarum. Facile est le-
uia aptare ceruicibus: & in hanc aut in illam partem transferre sine lapsu. Atq alienis in nos manibus iposi
ta ægre sustinemus: uicti in proxio effundimus: & dum stamus sub sarcina ipares oneri uacillamus. Idem

accidere in rebus ciuilibus ac domesticis scias. Negocia expedita & habilia sequunt̃ actorẽ. Ingẽtia & supra
mẽsurã agẽtis: nec dant se facile: & si occupata sunt præmũt atq; adducũt administrãtem: qui nõ quæ faci/
lia sunt aggreditur: sed uult facilia esse quæ aggressus est. Quotiens aliquid conaberis te simul & ea quæ
paras quibusq; pararis ipse metire. Faciet enim te asperum pœnitentia operis infecti. Hoc interest utrũ qs
feruidi sit ingenii: aut frigidi: aut humilis. Generoso repulsa irã exprimet: languido inertiq; tristitiã. Ergo
actiones nostræ: nec paruæ sint: nec audaces: nec improbæ. In uitium spes exeat. Nihil conemur qđ mox
adepti quoq; successisse miremur. Demus operam ne accipiemus iniuriã quã ferre nescimus. Cum placi/
dissimo & facilimo & minime obnoxio morosoq; uiuẽdũ est. Sumunt̃ a cõuersantibus mores. Et ut q̃dã
in contactis corpore uitia transiliunt: ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorẽ
uini traxit. Impudicorum cœtus fortemq; & si liceat uirum emollit. Auaritia in proximus uirtus suum
transtulit. Eadẽ ex diuerso ratio uirtutũ est: ut omne quod secum habent mitigent. Nec tam ualitudini ꝑ
fuit utilis regio & salubrius cælũ q̃ animis parũ firmis in turba meliore uersari. Quæ res quãto possit in/
telliges: si uideris feras quoq; conuictu nostro mãsuescere. Nulliq; immani bestiæ uim suã ꝑmanere si ho
minis cõtuberniũ diu passa est. Recõdit̃ omnis asperitas paulatimq; inter placida dediscit̃. Accedit huc ꝙ
nõ tantũ exẽplo melior sit: q̃ cũ q̃etis hoibus uiuit: sed ꝙ causas irascẽdi nõ inuenit: nec uitium suũ exercet.
Fugere itaq; debebit omnis quos iraturos iracũdia sciet. Qui sunt inq̃t isti? Multi ex uariis causis idem fa
cturi. Offendet te sũpbus cõtẽptu: diues cõtũelia: petulãs iniuria: liuidus malignitate: pugnax cõtẽtiõe: uẽ/
tosus & mendax uanitate. Non feres a suspitioso timeri: a pertinace uinci: a delicato fastidiri. Elige simpli/
ces faciles: moderatos qui irã tuã nec euocẽt & ferãt. Magis adhuc proderunt submissi & humani. & dul/
ces: non tamẽ usq; in adulationẽ. Nã iracundos nimia assentatio offendit. Erat certe amicus noster uir bo
nus sed iræ partioris: cui non magis erat tutũ blãdiri q̃ maledicere. Cæliũ oratorẽ fuisse iracũdissimũ con
stat. Cũ quo ut aiunt cœnabat in cubiculo lectæ patientiæ cliens: sed difficile erat illi in crapulam coniecto
rixam eius cũ quo edebat effugere. Optimũ iudicauit q̃cq̃d dixisse sequi secundans agere. Non tulit Cæli
us assentiẽtem sed exclamauit, dic aliq̃d contra: ut duo simus. Sed ille quoq; ꝙ nõ irasceret̃ iratus cito si/
ne aduersario desit. Eligamus ergo uel os potius si conscii nobis iracũdiæ sumus: qui uultu nostrum ac ser
monem sequant̃: Facient quidẽ nos delicatos. & in malã cõsuetudinẽ inducẽt: nihil contra uoluntatẽ au/
diendi: sed proderit uitio suo interuallũ & quietẽ dare. Difficilis quoq; & indomiti naturã blãdiẽtẽ feret.
Nihil asperũ tetrũq; palpãti est: quotiẽs disputatio lõgior & pugnatior erit. In prima resistamus anteq̃ ro/
bur accipiat: aut seipsam contẽtio: & dimissos altius tenet. Facilius est se a certamine abstinere: q̃ abduce/
re. Studia quoq; grauiora iracũdis obmittenda sunt: aut certe citra lassitudinẽ exercẽda. Et animus non i/
ter plura uersandus: sed artibus amœnis tradendus. Lectio illũ carminũ obleuiat & historia fabulis detine
at: mollius delicatiusq; tractet̃. Pythagoras perturbationes animi lyra componebat. Quis autem ignorat
lituos & tubas cõcitamẽta esse: sicut quosdã cantus blandimẽta, quibus mens resoluatur? Confusis oculis
prosunt uirẽtia & quibusdam coloribus infirma acies acquiescit, quorundam splendore constringuit̃. sic
mentes ægras studia læta ꝑmulcent. Forum aduocationes: iudicia: fugere debemus. & omnia quæ exulce
rant uitium: æque cauere lassitudinẽ corporis. Consumit enim q̃cquid in nobis mite placidũq; ẽ: & acria
concitant̃. Ideo quibus stomachus suspectus est: processuri ad res agendas maioris negocii bilẽ cibo tẽpe/
rent: q̃ maxime mouet fatigatio: siue quia calorem media compellit: & nocere sanguini cursumq; eius ue
nis laborantibus sistit: siue corpus: quia attenuatũ & infirmũ incũbit animo. Certe ob eãdẽ cãm iracũdio/
res sunt ualitudine aut ætate fessi. Fames quoq; & sitis ex eisdem causis uitanda est. exasperat enim & incẽ/
dit animos. Vetus dictum est. A lasso rixam quæri. Aeque aũt & ab esuriẽtẽ & a sitiente & ab omni hoiẽ
quem aliqua res urit. Nam ut ulcera ad leuẽ tactũ: deinde etiam ad suspitionem tactus cõdolescũt. Ita ani/
mus affectus: minimis offenditur: adeo ut quosdã salutatio: epistola: oratio: & interrogatio litem euocent
Nunq̃ sine querela ægra tangunt̃: Optimũ est itaq; ad primũ mali sensum mederi: sibi tamen uerbis suis
quoq; minimũ libertatis dare & inhibire impetũ. Facile est autem affectus suos cum primũ oriunt̃ depræ
hendere. Morbũ signa præcurrũt. Quẽdmodũ tẽpestatis ac pluuiæ ante ipsas nota eueniũt: ita iræ amoris
oiumq; istarũ procellarũ animos uexantium sunt quædã prænuncia. Qui comitiali uitio solent corripi: iã
aduentare ualitudinẽ intelligũt: si calor summæ deseruit: & icertũ lumẽ neruorũq; trepidatio ẽ: si memo/
ria sublabitur caputq; uersat̃. Solitis itaq; remediis icipientem causam occupant: & odore gustuq; quicq̃d
est quod alienat animos repellit̃: aut fomẽtis contra frigus: rigoréq; pugnat̃: aut si parũ medicina profecit
uitauerunt turbã: & sine teste ceciderũt. Proderit morbũ suũ nosse: & uires eius anteq̃ spatient̃ opprime/
re. uideamus quid sit quod nos maxime concitet. Aliũ uerborũ: aliũ rerũ contumeliæ mouẽt. Hic uult no
bilitati suæ: hic formæ suæ parci. Ille elegantissimus haberi cupit: ille doctissimus. Hic superbiæ impatiẽs
est: hic contumaciæ. Ille seruos non putat dignos quibus irascit̃: hic intra domũ sæuus ẽ: foris mitis. Ille
rogari inuidiam iudicat: hic non rogari contumeliam. Non omnes ab eadem parte feriuntur. Scire itaq;
oportet quid in te imbecillum sit: ut id maxime protegas. Non expedit omnia uidere: omnia audire. mul
tæ nos iniuriæ transeant: ex quibus plærasq; non accipit qui nescit. Non uis esse iracundus: ne sis curiosus
Qui inq̃rit quid in se dictum sit: q malignos sermones etiã si secreti habiti sint euertit: seipse iq̃etat. Quæ
dam interpretatio eo producit ut uideantur iniuriæ. Itaq; differenda sunt: alia diridenda: alia donanda.
Circũscribenda multis modis ira est. Plæraq; in lusum iocũq; uertantur. Socratem aiunt colapho percus/
sum nihil amplius dixisse: q̃ molestum esse ꝙ nescirent homines quando cum galea prodire deberent.
Non quemadmodũ facta sit iniuria refert: sed quẽadmodũ lata. Nec uideo quare difficilis sit moderatio:

cum sciam tyrãnorum quoq; tumida & fortunata licentia ingenia familiaremq; sibi sæuitiam repressisse Philistratũ certe atheniẽsium tyrannum memoriæ prodit: Cum multa in crudelitatẽ eius ebrius cõuiua dixisset: nec deessent qui uellent maius ei moderare: & alius hinc: alius illinc: faces subderent, placido animo tulisse: & hoc irritantibus respondisse non magis illi se succensere: q̃ siquis obligatis oculis in se occurrisset. Magna pars quærelas manu fecit: aut falsa suspicando: aut læuia aggrauando. Sæpe ad nos ira uenit Sæpius nos ad illam quæ nunq̃ accersenda ẽ: etiã cũ incidit reiiciatur. Nemo dicit sibi hoc pp qđ irascor haud fecisse potui. Nemo animũ faciẽtis: sed ipsum extimat factũ. Atqui ille intuendus est: an uoluerit: an īciderit coactus sit: an deceptus odiũ secutus sit: an præmiũ, sibi morem gesserit: an manũ alteri cõmodauerit? aliqd peccãtis ætas facit: aliqd fortuna ut ferre: aut pati: aut humanũ: aut humile sit. Eo loco nos cõstituamus quo ille est cui irascimur. Nunc facit iracũdos iniqua nostri æstimatio & quæ facere uellemus pati nolumus: nemo se differt. Atqui maximũ remediũ iræ dilatio est: ut primus eius feruor relãguescat: caligo quæ premit mentẽ: aut residat: aut minus densa sit. Quædã ex his quæ te præcipitẽ ferebant hora non tantũ dies molliet. Quædã ex toto euanescent. Si nihil petita aduocatio apparebit iudicium non esse iram, quicquid uoles quale sit scire tẽpori trade. Nihil diligenter in ductu cernitur. Non potuit impetrare Plato a se tẽpus cũ seruo suo irasceret: sed ponere illũ statim tunicã: & præbere scapulas uerberibus iussit sua manu ipse percussurus. Postq̃ itellexit irasci se sicut sustulerat manũ suspensam detinebat: & stabat percussori similis. Interrogatus deinde ab amico: qui forte interuenerat: quid ageret. Exigo inquit pœnas ab homine iracũdo: uelut stupẽs gestũ illũ seruitori deformẽ sapiẽti uiro seruabat: oblitus iam serui: q̃a aliũ quem potius castigaret inuenerat. Itaq; abstulit sibi in suos potestatẽ: & ob peccatũ quoddã cõmotior. Tu inquit Speusippe seruulũ istũ uerberibus obiurga: nã ego irascor ob hoc nõ cecidi propter quod alius cecidisset. Irascar inquit plus faciã: q̃ oportet. Libentius faciã. Non sit iste seruus in eius potestate: qui in sua nõ est. Aliquis uult irato cõmitti ultionẽ cũ Plato sibiipse imperiũ abrogauerit. Nihil tibi liceat dũ irasceris. Quare? quia uis omnia licere pugna tecũ ipse: si irã uincere non potes: illa te incipit uincere: si abscondit: si illi exitus non datur. Signa eius obruamus: & illam quãtum fieri potest occultã secretãq; teneamus. Cũ magna id nostra molestia fiet. Cupit exilire & incẽdere oculos: & mutare faciẽ: sed si emiere illi extra nos licuit: supra nos est. In imo pectoris secessu recondat. Feraturq; nõ ferat. Immo in cõtrariũ omnia eius iudicia flectamus. Vultus remittat. Vox lenior sit. Gradus lentior. Paulatim cum exterioribus iteriora formantur. In Socrate iræ signũ erat uocẽ submittere: loqui partius. Apparebat tunc illum sibi obstare: Depræhendebat itaq; a familiaribus coarguebat. Nec illi exprobatio latitantis iræ ingrata. Quid ni congauderet q̃ iram suam multi intelligerent: nemo sentiret. Sensisset autem nisi uis amicis obiurgãdi se dedisset: sicut ipse sibi in amicos sumpserat. Quãto magis hoc nobis faciẽdũ est. Rogemus amicissimũ quenq; ut tunc maxime aduersus nos libertate utat: cũ minime illam iram pati poterimus, nec assentiat iræ nostræ cõtra nos potẽs malũ & ap̃ nos generosum dũ conspicimus: dũ nostri sumus aduocemus. Qui uinũ male ferũt & ebrietatis suæ temeritatem ac petulantiam metunt: mandant suis ut e conuiuio auferant. Intempetantiam in morbo suo experti parere sibi in aduersa ualitudine uetant. Optimũ est notis uitiis impedimenta prospicere & ante omnia compõere animũ ut & grauissimis rebus subditisq; concursus iram aut nõ sentiat: aut magnitudinẽ inopinatæ iniuriæ exortã in aliũ retrahat: nec dolorẽ suũ profiteat. Id fieri posse apparebit si pauca ex ingẽti turba exẽpla protulero: ex quibus utrũq; discerne licet. Quantũ mali habeat ira ubi hominũ non præpotentũ potestate tota utit q̃tũ sibi imperare possit ibi metu maiore cõpressa est. Cambysen regẽ nimis deditũ uino. Traxhexaupes unus ex charissimis monebat ut partius biberet turpem eẽ dicens ebrietatẽ in Rege: quẽ oculi hominũ: auresq; sequerent. Ad hoc ille ut scias inq̃t quẽadmodum nunq̃ excidam mihi approbabo iam & oculos post uinũ in officio esse & manus. Bibit deinde liberalius q̃ alias capatioribus cyphis & iam grauis & uinolentus ac uiolẽtus obiurgatoris sui filium procedere ultra limẽ iubet alleuataq; super caput sinistra manu staret, tunc intendit arcum & ipsum cor adolescẽtis (Id enim se petere dixerat) figit recisoq; pectore hærens in ipso spiculũ ostẽdit: ac respiciẽs patrem an satis certam haberet manum interrogauit. At ille negauit Apollinẽ potuisse certius dimittere. Dii illũ male perdant animo magis q̃ conditiõe mãcipiũ. Eius rei laudator fuit cuius nimis erat spectatorẽ fuisse Occasionẽ blãditiaæ putauit: pectus filii in duas partes diductũ & cor sub uulnere palpitãs. Controuersiã illi facere de gloria debuit: & reuocare iactũ ut Regi liberet in ipso patre certiorẽ manũ extẽdere. O Regẽ cruentum. O dignũ i quẽ sui arcus uertantur. Cũ execrati fuerius illum cõuiuia suppliciis funeribusq; soluẽtẽ: tamẽ sceleratius telũ illud laudatũ ẽ q̃ missum: Vidẽus quõ se pater gerere debuerit: stãs sup cadauer filii sui: cædẽq; illã cuius & testis fuerat & causa: Id de quo non agitur apparet iram supprimi posse. Non maledixit Regi: nullum emisit me calamitosi quidem uerbum. Quod cum æque cor suũ q̃ filii transfixũ uideret potest dici merito deuorasse uerba. Nam siquid tanq̃ iratus dixisset nihil tanq̃ pater facere potuisset: Potest inquã uideri sapientius se in illo cursu gessisse q̃ cum de potandi modo præciperet: quem satius erat uinum q̃ sanguinem bibere. cuius manus poculis occupari pax erat. Accessit itaq; ad numerum eorũ qui magnis cladibus ostenderũt: q̃ constarent Regum amicis bona consilia. Nõ dubito qn Arpalus quoq; tale aliquid Regi suo persarumq; suaserit: quo offensus liberos illi epulandos apposuit: & subinde quæsiit an placeret conditura. Deinde ut satis illũ plenum malis suis uidit afferri capita illorum iussit, & quomodo esset acceptũ interrogauit. Non defuerunt misero uerba: non os concurrit. Apud regem inquit omnis cœna iucunda est: Quid hac adulatione profecit: ne ad reliquias inuitaret. Non ueto patrem damnare Regis sui factum. Non ueto quærere dignam tam truci portento pœnam. Sed hoc interi intelligo: posse

et exigentibus malis nascentem irã abscondi:& ad uerba contraria sibi cogi. Necessaria est ista doloris re/
frenatio:utiqȝ hoc fortitis uitæ genus:& ad regiã adhibitis mẽsam. Sic dr̃ apud illos:sic bibit:sic respõde/
tur. Funeribus suis arridẽdũ est. At tanti sit uita uidebimus. Alia ista quæstio ẽ. Nõ cõsolabimur tã tristẽ
ergastulũ:nõ adhortabimur ferre iperia carnificũ. ostẽdemus in oĩ seruitute aptã libertati uiã si æger ani/
mus & suo uitio miser est:huic miserias finiri secũ licet. Dicã & illi q̃ Regẽ icidit sagittis pectora amico/
rũ petentem:& illi cuius dominus liberoȝ uisceribus patres saturat. qd gemis demens? qd expectas ut te?
Aut hostis aliqs per exitum gentis tuæ uidicet:aut Rex a longinquo potens aduolet. Quocunqȝ respexeris
ibi maloȝ finis uidet. Vides illũ præcipitem locũ illac ad libertatem descendit:uides illud flumen: illum
puteũ. Libertas illic in imo sedet. Vides illam arborem:breuem:horridã:ifœlicem:pendet inde libertas. Vi
des iugulũ tuum:gurĝ tuũ:cor:effigia seruitutis sunt. Nimis mihi operosos exitus monstras:& multum
animi ac roboris exigentes. Quæris quod sit ad libertatem iter? Quælibet corpore in tuo uena. Quãdiu
qdem nihil tam itollerabile nobis uidet:ut nos expellat e uita irã in quocunqȝ erimus statu renoueamus.
Perniciosa est seruientibus. Omnis eni idignatio in tormentum suũ proficit:& iperia grauiora sentit quo
contumacius patit. Sic laqueos fera dũ iactat astrigit:sic aues uiscum dum trepidantes excuciunt: plumis
omnibus illiniunt. Nulli tam artum est iugum quod non minus lædat ducentem q̃ repugnantem. Vnũ
est leuamentum maloȝ igentiũ pati:& necessitatibus suis obseq:sed cum utilis sit seruientibus affectum
suoȝ:& huius præcipue rapidi atqȝ effreni continentia utilior est regibus. perierũt omnia ubi q̃tũ suadet
ira fortũa permittit. nec diu potest quæ multoȝ exercet potentia stare. Periclitant enim ubi eos q separa/
tim gemũt:communis moetus uixit. Plæroſqȝ itaqȝ modo singuli mactauerũt:modo uniuersi:cũ illos cõ/
ferrem in unũ iras publicus dolor coegisset. Atqȝ plærisqȝ sic iram quasi isigne regnũ exercuerũt. Sic Darius
q primus post ablatũ magnoȝ iperium:persas & magnam partem oriẽtis obtinuit. Nam cũ bellũ scythis
idixisse oriẽtem cigentibus rogatus ab Oraborto nobili sene:ut ex tribus liberis unũ in solatiũ patri reli/
quæret duoȝ opa uteret plus q̃ rogabat pollicitus. Omnes se illi dixit remissuȝ:& occisos in cõspectu pa
rentis abiecit crudelis futurus si oẽs abduxisset. At quãto xerses facilior qui Pithio quiqȝ filioȝ patri uni/
us uacationẽ petẽti quẽ uellet eligere pmisit. deide quem eligerat in ptes duas distractũ ab utroqȝ uiæ late
re posuit. Et hac uictima lustrauit exercitũ. Habuit itaqȝ quẽ debuit exitũ uictus:& late lõgeqȝ fusus:ac stra
tam ubiqȝ ruinã suã cernens medius iter suorum cadauera icessit. hæc barbaris Regibus feritas in ira fuit
quos nulla eruditio:nullus litterarum cultus imbuerat. Dabo tibi ex Aristotelis sinu regem Alexandrũ:q
Clitũ charissimũ sibi & una educatũ iter epulas transfodit manu qdem sua. Parum adulantem & pigre ex
macedone ac libero in psicã seruitutẽ trãseuntẽ. Nã Lysimachũ æque familiarem sibi leoni obiecit. Nũqd
ergo hic Lysimachus fœlicitate quadã dentibus leonis elapsus:ob hoc cũ ipse regnaret mitior fuit. Nam
Thelessoȝ rhodiũ amicũ suũ undiqȝ decurtatũ:cũ aures illi nasumqȝ abscidisset:i cauea uelut nouũ aĩal ali
qd & inusitatum diu pauit:cum oris detruncati mutilatiq deformitas humanã faciẽ perdidisset. Accede
bat fames & squalor & illuuies corporis in stercore suo destituti:collosis super hoc genibus manibusqȝ q̃s
i usum pedũ angustiæ loci cogebãt. Lateribus uero ex attritu exulceratis:nõ minus fœda q̃ terribilis erat
forma eius uidentibus. Factusqȝ pœna sua monstrũ mãmã quoqȝ amiserat:tamẽ cũ dissimilis esset homi/
ni qui illa patiebat:dissimilior erat q̃ faciebat. Vtinã ista seuitia iter peregrina mansisset:exempla:nec i ro/
mãos mores cũ aliis aduẽtitiis uitiis suppliciorȝ irarũqȝ barbariæ transissent. M. Mario cui uitãti populus
statuas posuerat cui thure & uino. N. supplicat. L. Sylla perfrigi crura:erui oculos:amputari manus iussit:
& quasi totiens occideret quotiens uulnerabat. Paulatim & per singulos artus lacerauit. Quis erat huius
iperii minister? Quis nisi Catilina? Iam omne facinus. Marius exercens:si illum ante bustũ. Quiti catuli
carpebat:grauissimus mitissimi uiri cineribus supra quos uir mali exempli populis tamen: & non tam i/
merito q̃ nimis amatus p stillicidia sanguinẽ dabat. Dignus erat Marius q̃ illa pateret. Sylla q̃ iuberet. Ca/
telina q̃ faceret. Sed idigna. R. P. quæ in corpus suũ pariter & hostiũ & iudicũ gladios reciperet. Quid anti
qua perscrutor? Modo. C. Cæsar Sextũ papinium cui pater erat consularis. Berhenũ bassum quæstorem
suum procuratoris sui filiũ:aliosqȝ & eqtes romanos & senatores uno de flagellis cecidit. Torsit non quæ/
stionis sed ai causa. Deide adeo impatiens fuit differendæ uoluntatis q̃ igentem crudelitas sine dilatione
poscebat. Vt in Cirrha maternoȝ hortoȝ quæ porticum a ripa separat iambulans quasdã ex illis cũ ma/
tronis atqȝ aliis senatoribus ad lucernam decollaret: Quid istabat? quod periculũ aut priuatũ aut publicũ
una uox minabat? quantum fuit lucem expectare? Deniqȝ ne senatores populi romani sceleratus occide/
ret q̃ fuit crudelitas eius supba ad tẽ ptinet icire:q̃q̃ aberrare aliquando possimus uideri: & i deuiũ exire.
sed hoc ipsum pars erit iræ sup solita seuiẽtis. Ceciderat flagellis senatores:ipse effecit:ut dici posset solet fie
ri. torserat p oia quæ i reȝ natura tristissima sũt:fidiculis tabularibus:eculeo:igne:uultu suo. Et hoc loco
respõdebit magnã rẽ si tres senatores quasi nequam mancipia iter uesperam & flammas diuisit. Homo q
de toto senatu trucidãdo cogitabat:q optabat ut populus romanus unam ceruicem hẽret:ut scelera sua tot
locis ac tẽporibus diducta in unũ ictũ & unũ diem cogeret. Quid tam iauditũ q̃ nocturnũ suppliciũ? Cũ
latrocinĩũ tenebris abscõdi soleat. Aiaduersiones quo notiores sunt plus:ad exemplũ emẽdationẽqȝ profi
ciant & hoc loco respondebit mihi qd tantopere admiraris. Isti beluæ quotidianũ est:ad hoc uiuit:ad hoc
uigilat. Nemo certe inuenietur alius q̃ iperauerit omnibus his i quos animaduerti iubebat. Os iserta spon/
gia icludi:ne uocis emittendæ hẽrent facultatem:Cui unq̃ morituro non est relictũ qua gemere: timuit
ne q̃ liberiorẽ uocẽ extremus dolor mitteret:ne qd quod nollet audiret. Sciebat autem inumerabilia esse
quæ obiicere illi nemo nisi periturus auderet. Cũ spongiæ non inuenirent:scindi uestimenta miserorum:

& in os farciri pãnos ĩperauit. Quæ ista sæuiria est? liceat animũ nõ per uulnus emittere. Adducere his longũ est: quos patres occisorũ eadem nocte dimissis per domos centurionibus adhuc hõ misericors luctu liberauit. Non eni Caii sæuitiam: sed iræ malũ propositũ est scribere: quæ nõ tantũ in unũ furit: sed gentes totas lacerat: sed urbes: sed flumina exuta ab omni sensu doloris conuerberat. Sicut Rex persarũ totius populi nares recidit in Syria tidentio colura loci nomẽ est. Pepercisse illũ iudicas q non tota capita præcidit. Nouo genere pœnæ delectatus est. Tale aliqd passi forent Aethiopes q ob longissimum uitæ spatium macrobici appellant. In hos eni qa non supinis manibus exceperãt seruitutem: missisq legatis libera responsa dederãt: quæ contumeliosa Reges uocãt. Cambyses fremebat: & pruisis cõmeatibus non exploratis itineribus per iuia per arentia trahæbat oẽm bello utilẽ turbã: cui iter primum iter deerant necessaria: nec qcq̃ subministrabat sterilis & iculta humanoq ignota regio: sustinebant famem primo tenerrima frondium & cacumina arborum: tum coria in ignæ mollita. Et qcquid necessitas cibũ fecerat. Postq̃ iter harenas radices quoq & herbas defecerãt apparuitq inops ẽt animaliũ solitudo. decimũ quenq sortiti alimentũ habuerunt famæ sæuius. Agebat adhuc ira regẽ præcipitem: cũ partem exercitus amisisset: partẽ comedisset donec timuit ne & ipse uocaret ad sortem. tũ demũ signum receptui dedit. Seruabãt iterim illi generosæ aues: & istrumenta epularum camelis uehæbant. Cũ sortirent milites eius qs male periret: qs peius uiueret. Hic iratus fuit genti: & ignotæ & immeritæ senseræ tantũ Cirus fluuiũ. Nam cũ babyloniam oppugnaturus festinaret ad bellũ cuius maxia momẽta i occasiõibus sunt: gãgẽ late fusum amnẽ nãdo trãsire tẽtauit: quod uix tutũ est: & cũ sensit æstatem: & ad minimum deductus est. Ibi unus ex his eqs q trahære regium currum alibi solebant abreptus uehæmenter commouit regẽ. Iurauit itaq amnẽ illũ Regis cõmeatus auferentẽ eo se redactuq: ut transiri calcariq etiam a fœminis posset. Huc deide omnem transtulit belli apparatum: & tamdiu assedit operi donec. c. &. lxxx. cuniculis diuisum alueum in. ccc. &. lx. riuos dispgeret: & siccũ dimitteret in diuersum fluentibus aquis. periit itaq tẽpus: & magna i magnis rebus iactura: & militum ardor quẽ inutilis labor fregit & occasio aggrediẽdi imparatos: dũ ille bellũ iductũ hosti cũ flumine gerit. hic furor. Quid enim aliud uoces: romanos quoq contigit. C. eni Cæsar uillã in herculanensi pulcherrimã: qa mater sua aliquando in illa custodita erat diruit: fecitq eius per hoc notabilẽ fortunã: stantem enim prænauigabamus: nunc causa dirutæ quærit. Et hæc cogitanda sunt exempla quæ uites: & illa ecõtrario quæ sequaris moderata leuia: qbus nec ad irascendũ causa defuit: nec ad ulciscẽdũ ptãs. Quid enim facilius fuit Antigono q̃ duos manipulares duci iubere: q icumbentes Regi tabernaculo faciebãt quod homines & periculosissime & libentissime faciunt. de Rege suo male existimant. Audierat omnia Antigonus: utpote cum iterdicentem & audientem paq iteresset: quem ille leuiter commouit: & lõgius inqt discedire ne uox rex exaudiat. Idẽ quadã nocte cũ quosdã ex militibus suis exaudisset: omnia mala ipræcantes Regi: q ipsos in illud iter & in extricabilẽ lutũ deduxisset: accessit ad eos q maxime laborabant: & cum ignorates a quo adiuuarent explicuisset. Nunc inqt maledicite Antigono cuius uitio in has miserias incidistis. Ei autem bene optate q uos ex hac uoragine eduxit. Idem immiti aĩo hostiũ suoq maledicta q̃ ciuiũ tulit. Itaq cum in paruulo quodam castello græci obsiderent: & fiducia loci cõtẽnentes hostem: multa in deformitatem. Antigoni iocarent: & nunc staturã humilẽ: nunc collisum nasum deriderẽt. Gaudeo inqt Rex & aliquid boni sponsi in castris meis si hoc est si mei de me mala loquunt: leuũ habeo: cũ hos dicaces fames domuisset. captis sicut mos est: ut eos qui militiæ utiles erant in cohortes describeret: cæteros præconio subiiceret. Idq se negauit facturum fuisse: nisi expediret his dominum habere qui tam malam haberent linguam. Huius nepos fuit Alexãder q lanceã in conuiuos suos torquæbat: q ex duobus amicis: quos pauloante retuli: Alteq feræ obiecit: alteq sibi. Et his duobus tamẽ qui leoni obiectus est uixit. Non habuit hoc adiutus ille uitium ne paternũ qdem. Nam si qua alia in Philippo uirtus fuit: & contumeliaq patiẽtia igens istrumẽtũ ad tutelã regni Demochares ad illũ perasiades ob nimiã & pcacẽ linguã appellatus iter alios atheniensium legatos uenerat. Audita benigne legatione Philippus: dicite inquit mihi facere qd possum qd' sit atheniẽsibus gratũ. Excepit Demochares te inqt suspẽdere idignatio circũstantiũ ad tam ihumanũ respõsum exortat: quos Philippus cõticessere iussit: & Thesitã illũ saluũ icolumẽq dimittere. At uos cæteri legati iquit nunciate atheniensibus multo supiores esse q ista dicũt q̃ q impune dicta audiunt. Multa & diuus Augustus digna memoria fecit: dixitq qbus apparet illi iram nõ imperasse: Timagines historiaq scriptor: quædã ipsum: quædã in uxorẽ eius: & in totã domũ eius dixerat: nec perdiderat dicta. magis eni circũferẽ: & in ore hominum est temeraria urbanitas. Sæpe eni illum Cæsar monuit ut moderatius lingua uteret: perseueranti domo sua iterdixit. Postea Timagines in contubernio Pollionis Asinii cõsenuit: ac tota ciuitate directus est. Nullum illi lumen præclusa Cæsaris domus abstulit: historias quas postea scripserat recitauit: & combussit: & libros acta Cæsaris Augusti cõtinẽtes in ignem. Inimicitias gessit Cũ Cæsare Augusto: nemo amicitiã eius extimuit. Nemo quasi fulguris ictũ refugit. Fuit q præberet tã alte cadẽti sinum: tulit hoc ut dixi Cæsar patiẽter. ne eo qdem motus q laudibus suis rebusq gestis manus attulerat. Nũq̃ cũ hospite inimici sui quæstus est hoc dũtaxat Pollioni asinio dixit Theriotrophis paranti. demus excusationẽ: obstitit. fruere inqt mi Pollio fruere. & cũ Pollio diceret si iubes cæsar stati illi domũ meã iterdicã. Hoc me inqt putas factuq: cũ ego uos in gratiã reduxerim. Fuerat enim aliquando Timagini Pollio iratus: nec ullã aliam habuerat causam desinendi q̃ q Cæsar cœperat. Dicat itaq sibi quisq quotiens lacessit. Nunqd potentior sum Philippo? Illi tamen impune maledictum est. Nunqd enim in domo mea plus possum q toto orbe terraq diuus Augustus potuit? Ille tamen contentus fuit conuitiatore suo se cedere. Quid est? quare ergo serui mei hilarius respõsum & contumaciorem uultũ & non peruenientẽ

usq; ad me murmurationē flagellis & cōpedibus expiē. Quis sum? cuius aures lædi nefas sit. Ignouerunt multi hostibus. Ego nō ignoscā pigris & negligētibus garrulis? Pueꝝ ætas excuset: foeminā sexus: extraneum libertas: domesticū familiaritas. Nūc primū offendit: cogitemus q̄diu placuerit. Sæpe & alias offendit. Feramus quod diu tulimus. Amicus est: fecit quod noluit. Inimicus est: fecit quod debuit. Prudentiori credamus. Stultiori remittamus. pro quocunq; illud respondeamus nobis. Sapientissimos quoq; uiros multa delinquære. Neminē esse tam circūspectū: cuius nō diligētia aliquando sibi ipsa excidat. Neminem tam maturum cuius nō grauitatē in aliquod feruidius factū casus impingat. Neminem tam timidū offensaꝝ qui nō in illas dū uitat īcidat. Quomodo homini pusillo solatiū in malis fuit. Etiā magnoꝝ uiroꝝ titubare fortunā: & æquiore animo filiū in angulo fleuit: q uidit acerba funera etiā ex regia duci. Si animo æquore feret ab aliquo lædi: ab aliquo contemni: circunq; uenit in mētem nullā esse tantā potētiā in quam non īcurrat iniuria. Quod si etiam prudentissimi peccāt: cuius nō error bonā causam habet. Respiciamus quotiens adolescētia nostra in officio paꝝ diligēs fuerit in sermone paꝝ modesta: in uino paꝝ temperās. Si iratus est: demus illi spacium quo respicere quod fecerit possit. Ipse castigabit. Deniq; dabit poenas. Non est quod cum illo paria faciamus. Illud non uenit in dubiū quī se exemerit turbæ: & altius steterit q̄sq; despexit lacessentes. propriū est magnitudinis uere nō sentire percussum. Sic immanis fera ad latratum canū lēta respexit. Sic irritus īgenti scopulo fluctus assultat. Qui nō irascit̄: īconcussus iniuria persistit. Qui irascitur motus ē. At ille quē modo altiorē omni icōmodo posui: tenet quodā amplexu summū bonū. Nec homini tantū sed ipsi fortūæ respondet. omnia licet facias mior es q̄ ut serenitatē meā obducas. Vetat hæc rō cui uitam regendā dedi. Plus mihi nocitura est ira q̄ iniuria. Quid ni plus? Illius modus certus ē. Ista quousq; me latura sit icertū est. Non possum inqs pati. Graue est iniuriā sustinere. Mentiris. Quis enim iniuriā nō potest ferre? q potest irā? Adde nunc ꝙ agis ut & irā feras & iniuriā. Quare fers ægri rabiā: & frenetici uerba? pueroꝝ proteruas manus? Nempe qa uident̄ nescire qd faciunt. Quid iterest quo quisq; uitio fiat imprudens: imprudentia par in omnibus patrocinium est. Quid ergo īquis? impune illi erit. Puta te uelle. Tamen non erit. Maxima est enim facta iniuria poena fecisse. nec quisq̄ grauius afficit̄: q̄ q ad suppliciū poenitentiæ tradit̄. Deniq; ad conditionē reꝝ humanaꝝ respiciendū ē. Vt omniū accidētiū æqui iudices simus. Iniquus autem q cōe uitiū singulis obiecit. Non est æthiopis iter suos īsignitus color. Nec ruffus crinis & coactus in nodum. Apud germanos utrunq; decet. Nihil in uno iudicabis notabile aut foedū qd̄ genti suæ publicum est. Et ista quæ rettuli unius regionis atq; anguli consuetudo defendit. Vide nunc q̄to in his iustior uenia sit: quæ per totum genus humanū uulgata sunt. Omnes īconsulti & improuidi sumus: omnes īcerti: quærulī: ambitiosi. Quid leuioribus uerbis publicū abscondo. Omnes mali sumus. Quicquid itaq; in alio repræhendit̄: id unusq̄sq; in suo sinu inueniet. Quid illius pallorē? illius maciē notas? Pestilētia est. Placidiores itaq; inuicē sumus. Mali inter malos uiuimus. Vna res nos facere potest quietos. Mutuæ foelicitatis cōuētio. Ille mihi iam nocuit. Ego illi nondū. Sed iam aliqua fortasse læsisti. Sed lædes. Noli existimare hanc horā: aut hunc diē. Totū inspice mētis tuæ habitū: etiam si nihil mali fecisti: potes facere. Quāto satius est sanari iniuriā q̄ ulcisci. Multū temporis ultio assumit. Multis se iniuriis obiicit dū una dolet. Diutius irascimur omnes q̄ lædimur. Quāto melius est abire ī uniuersum: nec uitia uitiis cōponere. Num quis satis constare sibi uideatur: si mulam calcibus repetat: & canem morsu. Ista inquis peccare se nesciunt. Primum q̄ iniquus est apud quē hominē esse ad impetrandā ueniam nocet. Deinde si cætera animalia hic iræ tuæ subdūt: q cōsilio carēt: eo loco tibi sit quisqs consilio caret. Quid enim refert an alia multis dissimilia: hanc caliginē mētis peccauit. Hoc enim primū. Hoc enim extremum. Nō est quod illi credas etiā si dixit iteꝝ non faciā. Et iste peccabit: & in istū alius: & tota uita īter errores uolutabit̄. Mansuete immansueta tractanda sunt. Quod in luctu dici efficacissime & in ira dicet̄. Vtrū aliquando desines: an nunq̄. Si aliquando: satius est iram reliquære: q̄ ab ira relinqui. An semper hæc cogitatio durabit. Vide īpacatam quam tibi denuncies uitā: qualis erit enim semper timentis. Adice nūc ꝙ bene te ipse succenderis: & subinde causas quibus stimulis renouaberis: sua sponte ira discedet: & uires illi dies subtrahet. Quāto satius est a te illā uinci q̄ a se. Huic irasceris: deinde illi seruis: deīde libertis parentibus: deīde liberis notis: deīde ignotis. Vbiq; enim causæ supersunt ubi depræcator animus accessit. Hic te illo furor rapiet. & illic alio. & nouis subīde irritamentis orientibus continuabitur rabies. Age īfoelix & quando amabis: O q̄ bonum tempus in re mala perdis. Quanto nunc satius erat amicos parare: inimicos mitigare. R. P. administrare: trāsferre in res domesticas opam q̄ circūspicere qcqd alicui possis facere mali: quod aut dignitati aut patrimonio: aut corpori uulnus īfrigas. Cum id tibi contigere sine certamie aut periculo non possit: et si cum īferiore concurses: uictū licet accipias: & ad arbitrium tuum oi patientiæ expositum. sæpe nimia uis cedentis: aut articulū loco mouit: aut neruū in his quos fregerat dentibus fixit. Multos iracūdia mancos: multos debiles fecit: et ubi patientia est nacta materiā. Adice nūc ꝙ nihil tā ībecille natū est ut sine elidentis piculo pereat. Imbecillos ualentissimis: alias dolor: alias casus exæquat. Quid ꝙ pleraq; eoꝝ ꝓpter quæ irascimur offendūt nos magis q̄ lædūt. Multū āt īterest utꝝ aliqs uoluptati meæ obstet an desit: eripiat: an non det. Atq ī æquo ponimus utrum aliqs auferat an neget. Vtrum spem nostram præcidat aut differat. Vtrū contra nos faciat an per se. Amore alterius an odio nostri. qdam uero non tantū iustas cās standi contra nos sed etiam honestas habēt. Alius patrē tuet̄: alius fratrē: alius patruū: alius amicū. His tamē nō ignoscimus id facientibus quod nisi facerent iprobaremus: Immo quod est icredibile sæpe de facto bene existimamus: de faciēte male. At Mehercule uir magnus ac iustus fortissimū quenq; ex hostibus suis & pro libertate ac salute patriæ pertinacissimū suspicit. & talē sibi ciuem: talē militem contigere optat. Turpe est

habeo:sponsorem dabo. Vix eni credit tantum firmitatis in hoie:aut tantum animi magnitudinem cadere. sed si prodit in medium qui dicat:Non est q̃ dubites:an tollere se homo natus supra humana possit an dolores:damna:ulcerationes:uulnera:magnos motus rerum circa se frementium securus aspiciat: & dura placide ferat:& secũda moderate:nec illis cedens:nec is fretus. Vnus idemq; iter diuersa sit: nec qcq̃ suum:nisi putet esse:ea quaq; parte qua melior est. Tamen assum hoc uobis probaturus sub isto tot ciuitatum euersore:munimenta icursu aeris labefieri & turriũ altitudiem cuniculis ac latentibus fossis repente rescidere:& æquaturum æditissimas arces:aggerem crescere:ac nulla machiamenta posse reperiri: q̃ bene fundatum aium agitent. Eripius erumnis domos & icendiis undiq; relucentibus:flammas per sanguinẽ fugi. Filias meas q casus habeat:an peior publico nescio. Solus & senior:& hostilia circa me oia uidens: tamen itegrum icolumenq; esse censum meũ profiteor te non habeas qcqd mei habui. Non est q̃ me uictũ uictorem credas. Vicit fortuna tua fortunam meam. Caduca illa:& dominum mutantia ubi sint nescio. Quid ad res meas pertiet:mecum sunt:meciũ erunt. Perdiderunt isti diuites patrimonia. Libidiosa amores suos:& magno pudoris ipendio dilecta scorta. Ambitiosi curiã & forũ:& loca exercendis i publico uitiis destiata. Fœneratores perdiderunt tabellas suas:qbus auaritia falso læta diuitias imagiatur. Ego qdẽ oia itegra illibataq; habeo. Proide istos iterroga q flẽt:q lamentant̃:strictis gladiis nuda pro pecunia corpora opponũt :q hostẽ onerato sinu fugiunt. Erga ista habes Serene perfectum illum uiꝝ humanis diuinisq; uirtutibus plenum:nihil perdere. Bona eius solidis & iexuperabilis munimentis præcisa sunt. Non Babylonis illi muros contuleris:quos Alexander intrauit. Non Carthaginis aut Numantiæ moenia: una manu capta. Non capitolium:arcemue habẽt ista:non hostile uestigiũ:uel illa q̃ sapientem tuent̃: a flamma & ab icursu tuta sunt:nullum itroitũ habẽt nec præbent:excelsa iepugnabilia diis æqua. Non ẽ q̃ dicas ista ut soles:hunc sapientem nostꝝ nusq̃ ueniri. Non fingimus istud humani igenii uanũ decus: nec igentem imaginem falsæ uirtuti concipimus:sed q̃lem confirmamus exhibuius:& exhibemus. Raro forsitan magnisq; ætatũ iteruallis iuenit̃. Neq;.n. magna & excedentia solitum ac uulgarem modum crebro gignunt̃. Cæteꝝ hic ipse M. Cato: a cuius mentione hæc disputatio processit. Vereor ne supra nostꝝ exemplar sit. Deniq; ualidius debet esse quod lædit:eo quod lędit̃. Non est autem fortior neqtia uirtute. Nõ potest autem lædi sapiens. Iniuria in bonos non tentat̃ nisi a malis. Bonis iter se pax est. Mali tam bonis perniciosi sunt q̃ mali iter se. Quod si lædi nisi ifirmior non potest:nec iniuria bonis:nisi a dispari uerenda ẽ. Iniuria in sapientem uiꝝ non cadit. Illud.n. iam es admonendus neminem bonum esse nisi sapientẽ. Sed iniuste iquis. Socrates damnatus est. Iniuriam accepit. hoc loco itelligere nos oportet posse euenire: ut faciat aliquis iniuriam mihi:& ego non accipiam. tanq̃ rem siquis e uilla mea surripuit in domo mea põat. Ille furtum fecerit:ego nihil perdiderim. Potest aliquis nocens fieri:quamuis non nocuerit. Siqs cũ uxore tanq̃ cũ aliena concubat:adulter erit:q̃uis illa adultera non sit. Aliquis mihi uenẽum dedit: sed uim suam remixtam cibo perdidit. Venenum illud dando sceleri se obligauit:etiam si non nocuit. Non minus latro est cuius telum opposita ueste eclusum est. Omnia scelera:& ante effectum operis quantũ culpæ satis est: perfecta sunt. Quædã eius cõditionis sunt:& hac uice copulantur:ut alteꝝ sine altero eẽ nõ possit. Quod dico conabor facere manifestum. Possum pedes mouere. ut nõ curram:currere non possum:ut non moueam. Possum q̃uis in aqua sim non natare:si nato:non possum in aqua non esse. Ex hac forte: & hoc est de quo agitur:si iniuriam accepi:necesse est factam esse:si est facta non est necesse accepisse me. Multa.n. icidere possunt quæ imoueant iniuriam:ut in terra manum deiiecere aliqs casus potest:& emissa tela declinare. Ita iniurias qualescunq; potest aliqua res depellere:& in medio itercipere:ut & factæ sint : nec acceptæ. Præterea nihil iniustum iustitia pati potest:qa non coeunt contraria. Iniuria autem non potest fieri nisi iniuste. Non est qd mireris si nemo potest illi iniuriam facere:nec prodesse quidem quisq̃:& sapiẽti nihil deest quod accipere possit loco muneris:& manus nihil potest trsbuere sapienti. Habere eni prius debet q̃ dare. Nihil autem habet quod a se transferri sapiens gauisurus sit. Non potest ergo quisq̃ aut nocere sapienti aut prodesse. Quemadmodum diuina nec iuuari desiderant:nec lædi possunt. Sapiens autem uicinus pximusq; diis consistit:excepta mortalitate similis deo. At illa nitens petensq; excelsa:ordinata: intrepida: æquali & concordi cursu fluentia:secura:benigna:bono publico nata:& sibi & aliis salutaria. Nihil humile concupiscet:nihil flebit:qui rationi inixus per humanos casus:diuino icedit animo. Nõ habet ubi accipiat iniuriam ab homine: nec tantum dicere putas:sed nec a fortuna quidem:quæ quotiens cum uirtute congressa est:nunq̃ par recessit. Si maximum illud ultra quod nihil habent iratæ leges: ac seuissimi domini minantur:in quo imperium suum consumit fortuna: æquo placidoq; animoq; accipimus : & scimus mortem malum non esse:ob hoc ne iniuriam quidem:multo facilius alia tolerabimus. Damnũ & dolores & ignominias:locoꝝ commutationes:orbitates:discidia:quæ sapientem etiam si uniuersa circũuenіant non mergunt:nedum ut ad singulorum impulsus moereat. Et si fortũæ iniurias moderate fert: quanto magis hominum potẽtium:quos sit fortunæ manus esse. Oia itaq; sic patitur:ut hyemis rigorẽ: & intemperantiam cæli:ut feruores morbosq;:& cætera forte accidentia. Nec de quoq̃ tam bene iudicat: ut illum quicq̃ putet consilio fecisse. Quod in uno sapiente est aliorum omnium nõ consilia: sed fraudes & isidiæ:& motus animorum inconditi sunt:quos casibus adnumerant. Omne autem fortuitum circa nos seuit & iniuriatur. Illud quoq; cogita iniuriarum latissimam patere materiam illis:per quæ periculũ nobis q̃situm est:ut accusatore submisso aut criminatione falsa:aut irritatis in nos potẽtiorum motibus quæq; alia intra togatos latrocinia sunt. Est & alia iniuria frequens:si lucrum alicui excussum est:aut præmium diu captatum:si magno labore affectata hæreditas aduersa est: & quæstuose domus gratia erepta

Hæc effugiet sapiens q nescit nec in spe nec in mœtu uiuere. Addice núc q; iniuriá nemo ímota méte accipit: sed ad sensum eius perturbaẽ. Caret auté perturbatióe uir rectus: erroribus moderaturus suis altæ getis & placidæ. Nam si illum tangit iniuria & mouet & impedit. Caret auté ira sapiens: quam excitat iniuriæ species: nec aliter careret ira: nisi & iniuria quá scit sibi non posse fieri. Inde tam erectus lætusq; est. Inde cótinuo gaudio elatus. Adeo auté ad offensiones reꝝ hoium q; nó contrahitur: ut illa ipsi iniuria usui sit. per quá experimentú sui capit & uirtutem tentat. Faueamus obsecro uos huic proposito: æq;q; & animis & auribus assimus: dú sapiens iniuriæ excipitur: nec quicq̃ adeo petulátiæ nostræ: aut rapacissimis cupiditatibus: aut certe temeritati superbiæq; detrahiẽ: saluis uitiis nostris: hæc sapienti libertas quæriẽ. nó ut uobis facere nó liceat iniuriá agimus: sed ut ille omnes iniurias in altú dimittat: patiétia quoq; se: ac magnitudine animi defendat. Sic in certaminibus sacris plærisq; uicere: cedentiú manus: obstiata patientia fatigando. Et hoc puta genere patientiá & sapientiam eoꝝ q exercitatione longa ac fideli: robur pperiendi laxandiq; omnem inimicá ui consecuti sunt. Quoniá prioré parté percurrimus: ad alterá tráseamus. Quoniá qbusdam propriis plærisq; nó cóibus cótumeliá refutauimus. Est minor iniuria q̃ quæri magis q̃ exequi possumus: quá leges quoq; nulla digná uidicta putauerit. Hunc affectum mouet humilitas ai cótrahentis se: ob factú demúq; ihonorificú ille me hodie non admisit: cú alios admitteret. Sermóem meú aut superbe aduersatus est: aut palá risit. & nó in medio me loco: sed in imo collocauit. & alia huiusmói notæ. Quæ qdem uocé nisi quærelas nauseantis animi: in quæ fere delicati os & fœlices icidunt. Non uacat n. hoc notare cú peiora istant: nimio ocio igenia nostra ifirma & muliebria & inopia ueræ iniuriæ lasciuientia: his commouenẽ: quaꝝ pars maior constat uitio iterpraetatis. Itaq; nec prudentiæ qdem in se esse: nec fiduciæ ostendit: q̃ contumelia afficiẽ. Non dubiæ n. contemptum se iudicat: & hic morsus non sine q̃dá humilitate ai euenit: supprimétis se ac descédentis. Sapiens auté a nullo contemniẽ: magnitudiné suá nocuit. nulliq; tátú de se licere núciat q̃ sibi. & oés has quas nó miserias aiorum: sed molestias dixerim: nó uicit sed nec ientit qdem. Alia sunt quæ sapientem feriunt: ét si non peruertant. ut dolor corporis & debilitas: aut amicoꝝ liberorúq; amissio: & patriæ bello flagrátis calamitas. Hæc nó nego. sentire sapienté. Nec eni lapidis illi duriciam ferre asserimus. Nulla uirtus est quæ nó sentiat perpeti. Quid ergo est? Quosdam ictus recipit: sed receptores euicit: sanat & cóprimit. Hæc uero minora nec sentit qdem: nec aduersus ea solita illa uirtute utitur dura tolerandi: sed aut nó annotat: aut digna risu putat. Præterea cú magná partem cótumeliaꝝ superbi isolentesq; faciant: & male fœlicitatem ferentes: habet quo istum affectum iflatú respuat: si pulcherrimá uirtuté oium animi sanitaté magnanimitatéq;: illa qcqd huiusmodi est transcurrit. ut uanas somnioꝝ species: uisusq; nocturnos. Nihil habemus solidi atq; ueri: simul illud cogitat omnes iferiores esse. Quátum illis audacia sit: tanto audaciora despicere. Contumelia a contemptu dicta est: qa nemo quem contempsit afficit tali iniuria. Nemo auté meliorem maioréq; contemnit: etiam si facit aliquid quod conténentes solent. Nam & pueri os parentum feriunt & crines matris turbauit lacerauitq; infans: & sputo aspersit: aut nudauit in cóspectu suoꝝ tegenda: & uerbis obscœnioribus nó pepercit. & nihil horum cótumeliá dicimus. quare? qa qui fecit contemnere non potest. Eadem causa est: cur nos mancipioꝝ nostroꝝ urbanitas in dominos cótumeliosa delectet. quoꝝ audacia ita demú sibi in conuiuiis ius facit. si cœpit a domino & ut contépti sumus. Et ut ludibriú est: ita solutissimæ linguæ est. Pueros quidem in hac mercantur procaces: & eoꝝ iprudentiam acuunt: & sub magistro habent q probra meditate effundunt. Nec has cótumelias uocamus: sed argutias. Quáta auté deméntia est: hisdé modo delectari: modo offendi: & ré ab amico dictá: maledictá uocare: a seruulo iocularecóuitiú. Qué aium nos aduersus pueros habebimus: hunc sapiens aduersus omnes: qbus etiam post iuuentam canosq; puerilitas est. An qcq̃ illi profecerunt qbus animi mala sunt: auctiq; in maiores errores: q a pueris magnitudine tantumq; forma corpoꝝ differunt. Cæterum non minus uagi: icertiq; uoluptatum sine delectu apparentes trepidi & non igenio: sed formidine qeti: non ideo quicq̃ iter illos puerosq; iteresse quis dixerit: q; illis talorum: nucumq;: & æris minuti auaritia est. his auari argentiq; & urbium: quod illi & iter ipsos magistratus gerunt. & prætextá fascesq; ac tribunal imitanẽ. Hi autem in campo foroq; serio ludunt. Illi in littoribus arenæ congestu simulachra domoꝝ excitant. Hi ut magnum aliquid agentes in lapidibus ac parietibus & tectis moliendis occupat i: ad tutela corporum iuenta: in periculum uerterunt. Ergo par pueris longiusq; progressus: sed in alia maioraq; error est. Non imerito itaq; hoꝝ contumelias sapiens ut iocos accipit: & aliquando illos tanq̃ pueros mala pœnaq; admonet & afficit: non qa accipit iniuriam: sed qa fecerunt: & ut desinant facere. Sic enî & pecora uerbere domantur. nec irascimur illis cum sessorem recusauerit: sed compescimus ut dolor contumaciam uicat. Ergo & illud solutum scies: quod nobis opponiẽ. quare si non accepit iniuriam nec contumeliá sapiens: punit eos q fecerunt. Non eni se ulciscitur: sed illos emendat. Quid est autem quare hanc animi firmitatem non credis in uiꝝ sapienté cadere: cum tibi in aliis idem notare: sed nó ex eadem causa liceat: Quis eni frenetico medicus irascitur? qsue febricitantis & frigida prohibiti maledicta i malam partem accepit? Hunc affectú aduersus omnes habet sapiés: quéadmodú aduersus ægros suos medicus. quorum nec obscœna si remedio ægent contrectare: nec reliqas & effusa ituerì dedignatur: nec per furorem seuientium excipere conuitia. Scit sapiens omnes hos q togati: purpuratiq; icedunt: ualétes coloratosq; male sanos eẽ quos nó aliter uidet: q̃ ægros itemperatos. Itaq; nec succéset qdem siqd in morbo petulátius ausi sunt aduersus medenté: æquo aio honores eoꝝ in nihilo æstiat: eorúdem paꝝ honorifice factum: quéadmodú nó placet sibi si illú medicus coluerit. nec cótumeliá iudicabit: si illi homo plæbis ultimæ salutáti mutuá salutationé non reddiderit. Sic nec suscipiet qdem si illum multi diuites suspexerit. Scit eni illos

nihil a mendicis differre:imo miseriores esse.Illi.n.exiguo:hi multo egent:& rursus nō tangeť si illū rex
medorū Attalusue asiæ salutantem silentio ac uultu arroganti transierit.Scit statū eius non magis habere
qcq̄ inuidendum:q̄ eius cui in magna familia cura contigit ægros isanosq; compescere. Num moleste feiá
si nō reddiderit nomé aliqs ex his:q ad castra negocianť mali:nequam mancipia ementes uēdētesq;:quo-
rum tabernæ pessimorū seruorū turba refertæ sunt:nō ut puto:qd.n.is boni habet:sub quo nēo nisi malus
est?Ergo ut huiusmodi humanitatē ihumanitatemq; negligit:ita ut regis habētis sub se parthos:medos
& britannos.Sed quos metu contines:sed propter quos remittere arcū non tibi contigit:sed postremos
& uenales:sed nouū occupantes dominiū.Nullius ergo mouebiť contumelia.Omnes.n.iter se differunt.
Sapiens qdem pares illos ob æqualem stultitiá omnes putat.Nam si semel se dimiserit eo : ut aut iniuria
moueať:aut cōtumelia:nō poterit unq̄ esse securus.Securitas autē ꝓpriū bonū sapiētis est:nec cōmittet ut
in iudicādo sibi cōtumeliá factá:honoré habeat ei q fecit.Necesse est.n.a quo quisq̄ contēni moleste ferat
suscipi gaudeat.Tanta quasdam demētia tenet:ut cōtumeliá sibi posse fieri putát a muliere.Quid refert q̄
habeant quos lecticarios habētē:q̄ oneratas aures:q̄ laxá sellá:æque ipudēs aial est:& nisi sciētia accessit: ac
multa eruditio fere cupiditatū icontinens.Quidá se a cinerario ipulsos moleste ferūt:& contumeliam uo
cant hostiarii difficultatē:nomé cultoris superbiá:cubiculariorū superciliū.O quantum iter ista risus tollen-
dus est:quanta uoluptate iplendus animus:ex alienorū errorū tumultu cōtēplari qetem suam. Quid ergo
sapiēs nō accedit ad fores quas durus ianitor obsidet?Ille uero si res necessaria uocabit experieť : & illum
quem q̄rit tanq̄ canē acrem obiecto cibo leniet:nec idignabiť aliqd ipendere ut limen transeat:cogitans:&
in pontibus qbusdam pro transitu dari.Itaq; illi quoq; quisqs erit q salutatorium publicum exerceat do-
nabit.Scit emere uenalia:ille pusilli animi est q sibi placet quod hostiario libere respondit : & uirgam eius
fregit:q; ad dominū accessit & petit tormū.Facit se aduersarium q contendit:& ut uicat par fuit.At sapiens
colaphis percussus:qd faciet?quod Cato cū illi os percussum esset:non excāduit:non uidicauit : iniuriam
nō remisit qdem:sed factá negauit:maiore aio non agnouit:q̄ ignouisset.nō diu in hoc hærebimus.Quis
.n.nescit:nihil ex his quæ creduнť bona aut mala ita uideri sapiēti:ut oibus.Nō respicit qd hoies turpe iu
dicent:aut miserū:non id quod populus sed ut sydera contrariū mūdo iter itendunt.ita hic aduersus opi-
nioné oium uadit.Desinite ita dicere:nō acciperet ergo sapiēs iniuriá si cedeť : si oculos illi eruet:nō acci-
piet cōtumeliá si obscœnorū uocibus iprobis per forū ageť:si in conuiuio regis recūbere infra mensam ue-
sciq; cū seruis:ignominiosa officia fortitis iubebiť:siqd aliud ferre cogereť:eorumq; excogitari pudori in
genuo molesta possunt.Inquātūcunq; ista uel numero:uel magnitudine creuerint eiusdem naturæ erūt
si non tangāt illū parua nec maiora qdem.Si nō tāgent pauca:nec plura qdem.sed ex imbecillitate ura cō-
iecturam non capitis igentis animi:& cū cogitatis quantū putetis uos pati posse:sapientis sapientiæ Pau-
lo ulterioré terminū positis.At illū in aliis mundi finibus sua uirtus collocauit:nihil:uobiscū cōe habētē.
Quare & aspera & quæcūq; toleratu grauia sunt:auditu & usuq; refugienda eum nō obruēt cū eorū coe-
tu:& qualis singulis talis uniuersis obsistet.Qui dicit illud tolerabile sapiēti illud itolerabile:& animi ma
gnitudiné iter certos fines tenet:male ait.Vicit nos fortuna nisi tota uicatur.Nec putes istá stoicam eē du-
riciam.Epicurus quem uos patronū inertiæ uestræ assumitis:putatisq; mollia ac desidiosa præcipere : &
ad uoluptatem ducentia.Raro inqt sapienti iteruenit fortuna:quam poene emisit uiri uocē : uis tu fortius
loq:& illū ex toto submouere.Domus hæc sapiētis angusta sine cultu:sine strepitu: sine apparatu . nullis
obseruať ianitoribus:turbá uenali fastidio digerentibus:sed per hoc limē uacuū:& ab hostiariis liberum
fortuna non transit.Scit tamen nō esse illic sibi locum ubi sui nihil est.Quid si Epicurus quoq; q corpo-
ri plurimum indulsit:aduersus iniurias exurgit:quid apud nos incredibile uideri potest:aut supra huma
næ naturæ mensurá.Ille ait iniurias tolerabiles esse sapienti:nos iniurias nō esse.Nec enim est q; dicas hoc
naturæ repugnare.Nō negamus res icommodá esse uerberari & ipelli:& aliquo membro carere : sed oia
ista negamus iniurias eē:nō sensum illis doloris detrahimus:sed nomē iniuriæ quod nō potest recipi: uir
tute salua.Vter uerius dicat uidebimus.Ad contemptum qdem iniuriæ uterq; consentit.Quæris qd iter
duos itersit?quod iter gladiatores fortissimos:quorum alter præmit uulnus:& constat in gradu.Alter re
spiciens ad clamantē populū:significat nihil esse:& itercidi non patiť.Non est q; putes magnū quod dissi
demus.Illud quoq; agitur quod unū ad nos pertinet.Vtraq; exempla hortantur contēnere iniurias: & q̄s
iniuriarum umbras ac suspitionē dixeri contumelias.Ad quas despicientes nō sapiente opus est uiro : sed
tantū conspiciente.Quid si possit dicere utrū merito mihi ista accidunt:an imerito.Si merito non est con-
tumelia:iudicium est.Si imerito:illi qui iniusta facit:erubescendum est.Eqdem illud quod cōtumelia di-
citur in capitis mei leuitatē iocatus est:& in oculorū ualitudinē:& in cruriū gracilitatem:& in staturam q̄
cōtumelia est.Quod apparet audire coram uno aliquid demū ridemus.corá pluribus idignamur : & eo-
rum aliis libertatem non relinquimus quæ ipsi dicere assueuimus.Iocis tēperatis delectamur : in modicis
irascimur.Chrysippus ait quendá idignatū:q; illū uenientem aliqs maximū dixerat.In senatu flentem ui-
dimus fidū Corneliū Nasonis generū.Cum illū corbola struto camelū depilatum dixisset. Aduersus alia
maledicta mores & uitia cōuulnerantia fronte illi firmitas cōnstitit.Aduersus hoc tam absurdum lachry
mæ prociderūt.Tanta aiorum ibecillitas est:q; ubi ratio discessit offendimur.Siqs sermonem nostrū imi-
tatur:siquis incessum:siquis uitium aliquod corporis aut linguæ exprimit : quasi notiora illa fiant : alio
imitante q̄ nobis faciētibus.senectutem qdá initi audiunt: & canos & alia ad quæ uoto perueniť. Pauper-
tatis maledictū quosdá percussit:quá sibi obiecit qquis abscōdit.Itaq; materiam petulantibus & propter
contumeliá urbanis detrahitur:si ultro illam & prior occupes.Nemo aliis risum præbuit q ex se cœperit.

Vatinium hoiem natū:& ad risum & ad odium scurrā fuisse:& uenustū ac dicacē memoriæ proditū ē. In
pedes suos ipse plurima dicebat:& in fauces cōcisas:sic inimicoꝝ quos plures habebat:q̄ morbos:& in pri/
mis Ciceronis urbanitatem effugit. Si ille hoc potuit duritia oris: q assiduis conuitiis depudere didicerat.
Cur is non possit q studiis liberalibus:& sapiētiæ cultu ad aliquē ꝓfectum puenerat. Addice q genus ul/
tionis est:eripere ei q fecit contumeliæ uoluptatē. Solent dicere. o miserrime puto non intellexit:adeo fru
ctus contumeliæ i sensu & idignatione patientis est. Non debet qdem homo esse contumeliosus. Deinde
non deerit illi:aliquādo par iueniē q te quoq; uindicet. C. Cæsar inter cætera uitia quibus abundat : cōtu/
meliosus mirabiliter ferebaē. Ois aliquā nota feriendi:ipse materia risus benignissima:tanta illi palloris i
saniam testantis fœditas erat:tanta oculoꝝ sub fronte simul latentiū toruitas:tāta capitis destituti:& emu/
datis capillis aspsi deformitas. Addice obsessam setis ceruicem & exilitatē cruꝝ:& enormitatē pedum. Im
mensum est si uelim singula referre:per quæ in partes auosq; suos contumeliosus fuit:per q̄ in uniuersos
ordines:ea referam q̄ illū exitio dederūt. Asiaticum Valeriū in primis ferocem habebat uiꝝ: & uix æquo
aio aliena contumelias latuꝝ:huic in conuiuio:in concione uoce clarissima:qualis i concubitu esset uxor
eius obiecit:dii boni hunc uiꝝ audire principem scire & usq; eo licentiam peruenisse:ut non dico consula/
ri:non dico amico:sed tantū marito princeps:& adulteriū suū narret:& fastidiū. Terre contribuno militū:
sermo promanauerat languidus summo:& i facta uoce suspectior. Huic Caius signū petenti:mō Veneris:
modo Priapi dabat:aliter atq; aliter exprobrās armato molliciem. Hoc ipse plucidos trepidatus ac iratos.
Coegit itaq; illum uti ferro:ne sæpius signum peteret. ille primus inter cōiuratos manū sustulit:ille ceru
cē mediā uno ictu decidit. Plurimū deinde undiq; publicas ac priuatas iniurias ulciscentiū gladiorum ige
stum est. Sed primus uir fuit q minime uisus est. Hac rōne Caius oia contumelias putat:& fuit ferendaꝝ
īpatiens:Faciendarumq; cupidissimus. iratus fuit Herennio Marco:q illū Caium salutauerat : nec ipune
cessit. Primipilariū quem caligulam dixerat. Hic. n. in castris natus:& alumnus legionum uocari solebat:
nullo noie militibus familiarior unq̄ factus:sed iā caligulā cōuitiū & probū iudicabat conturbatus. Ergo
hocipsum solatio erit:ēt si uestra facilitas ultionē omiserit:futuꝝ aliquem q pœnas exigat a procare & su/
perbo & iniurioso:quæ uitia nunq̄ i uno hoie:& i una contumelia consumunē. Respiciamus eoꝝ exēpla
quoꝝ laudamus patientiā. ut Socratis:q comediaꝝ publicatos i se expectatos sales i partem bonā accepit:
risitq; non minus:q̄ cū ab uxore Xantippe imunda aqua perfunderetē. Antipheūq; matet barbara : & tra/
chessa obiiciebaē. Respondit & deoꝝ matrem ideā esse. Nō est in rixā colluctationēq; ueniendū ꝓcul au/
ferendi pedes sunt:& qcqd hoꝝ ab iprudentioribus fiet:fieri autem nisi ab iprudētioribus non potest ne/
gligendū. Et honores & iniuriæ uulgi in promiscuo habendæ sunt. Nec his dolendū:nec illis gaudendū.
Alioquin multa timore & contumeliaꝝ aut tedio:necessaria omittemus publicis & priuatis officiis. Ali/
quando etiā salutātibus nō occurremus:dū muliebris nos cura angit:aliqd cōtra animū audiēdi. Aliquā/
do ēt ob irati potētibus detegemus huc affectū itemperāti libertate. Non est autē libertas nihil pati. Falli/
mur:libertas est aium supponere iniuriis:& eum facere se ex quo solo sibi gaudenda ueniāt. exteriora de/
ducere a se. Ne ingeta āgenda sit uita oium risus:oium linguas timent. Quis omniū est q nō possit contu/
melias facere si qsq potest:diuerso autē remedio uteē:sapiēs affectatorq; sapiētiæ. Imperfectis. n. & adhuc
ad publicum se iudiciū dirigētibus hoc proponendum est. Inter iniurias ipsas contumeliasq; debere uer/
sari. Omnia leuiora accidunt expectantibus quoq; honestior est genere:fama patrimonioq;:hoc se fortius
gerat. Memor in prima acie altos ordines primp loco stare contumelias & uerba probosa : & ignominias
& cætera dehonestamēta uelut clamorē hostium ferat:& longinqua tela:& saxa sine uulnere circa galeas
trepidantia. Iniurias uero:ut uulnera:alia armis:alia pectori ifixa non deiectus:ne motus qdem gradu su/
stineat:etiam si præmeris:& infesta ui urgeris. Cedere autem turpe est. assignatum a natura locum tuere.
Quæris quis sit locus uiri sapientis. Aliud auxilium est huic contrariū. Vos. n. rē geritis: illi parta uictoria
est. nec repugnat uestro bono:& hāc spem dum ad ueꝝ peruenistis aliter in aīs libenterq; meliora excipite
& opinione ac uoto iuuate:esse aliquē in quē fortuna nō possit ex republica est:humani generis est.

Explicit liber Senecæ quomodo in sapientem cō cadit iniuria.

LVCII ANNEI SENECAE AD PAVLINVM INCIPIT LIBER DE BREVITATE VITAE.



Aior pars mortaliū Paulie naturæ malignitate conqriē:q exiguum æui gignimurq; hæc
tā uelociter:tā rapide dati nobis tpis spatia decurrāt. Adeo ut exceptis admodum paucis:
cæteros i ipso uitæ apparatu uita destituat. Nec huic publico:ut opinanē malo:turba tātū
& iprudēs uulgus igemuit. Claroꝝ itaq; uiroꝝ hic affectus q̄relas euocauit. Inde illa maxi
ma medicoꝝ exclamatio est: Vitā breuē esse:lōgā artē. Inde Aristoteles cū reꝝ natura exi/
gēti minime cōueniēs sapiēti uiro lis est. At iā aialibus tātum indulsisse ut quina: aut dena
secula educerēt. Hoi in tam multa ac magna genito tā citeriorē terminū stare. Nō exiguū tēporis habēus:
sed multū perdidimus. Satis lōga uita:& in maximaꝝ reꝝ cōsumationē large data est:si tota bene colloca
reē. Sed ubi per luxum ac negligentiā defluit:ubi nulli rei bonæ ipediē:ultima demum necessitate cogēte:
quā ire non itellexim us transisse sentimus. Ita est:nō accepimus breuē uitam:sed fecimus. nec inopes eius
sed ꝓdigi sumus. Sicut amplæ & regiæ opes ubi ad malū dominū puenerūt: momēto dissipanē. At q̄uis
modicæ:si bono custodi traditæ sunt:usu gēscūt. ita ætas nostra bene disponēti multū patet. Quid de re
rum natura querimur: illa se benigne gessit. Vita si scias uti longa est. Aliū insatiabilis tenet auaritia. Aliū
isuperuacuis laboribus operosa sedulitas. Alius uino madet. Alius inertia torpet. Aliū defatigat ex alienis
iudiciis suspēsa semp ambitio. Aliū mercādi præceps cupiditas circa oēs terras oia maria:spe lucri ducit.

Pompeio adhuc filio in hispania fracta arma refouente. Quid agam inqd: hic quæris: moror in tusculano
meo semiliber. Alia deinceps adiicit qbus & priorã ætatẽ cõplorat: & de præsenti queritur: & de futura de/
sperat. Semiliberũ se dixit Cicero: at me Hercules nunq̃ sapiẽs in tã humile nomen pcedat: nunq̃ semiliber
erit. Integræ semp libertatis: & solide solutus & sui iuris altior cæteris. Quid enim supra eum potest esse: q
supra fortunã est. Liuius drusus uir acer & uehæmẽs cũ leges nouas: & mala Gracchana mouisset: stipatus
ingenti totius Italiæ coetu: exitũ rerũ nõ prouidẽs: quas nec agere licebat: nec tã liberũ erat inchoatas relin/
quære: execratus inqetam a primordiis uitam: dr̃ dixisse uni sibi: nec puero qdem unq̃ ferias cõtigisse. Au
sus est enim & pupillus adhuc & prætextatus: iudicibus reos cõmẽdare: & gratiã suã iterponere tã efficaci
ter ut q̃dam iudicia constet ab illo rapta: quo non erũperet tam imatura ambitio. Sciẽs in malũ igẽs: & pri
uatũ: & publicã euasurã illã tã festinatã audaciã. Sero itaq̃ q̃rebatur: nullas sibi ferias contigisse a puero: sedi/
tiosus: & foro grauis disputatur an ipse sibi manus abstulerit. Subito eni uulnere per unguẽ accepto: cũ col/
lapsus est aliquo dubitante: an mors uolũtaria esset in illo: an tempestiua. Supuacuũ est cõmemorare plu/
res: q cũ aliis foelicissimi uidentur: ipsi in se uerũ testimoniũ dixerunt: per ostensionem actuũ animorũ ipsorũ:
sed his q̃relis nec alios mutauerũt nec seipsos. Nã cũ uerba erũpent: effectus ad cõsuetudinẽ relabuntur: no/
stra mehercule uita: licet supra mille annos exeat: in artissimũ cõtrahetur. Ista oĩa nullũ nõ sæculũ deuora/
bit. Hoc uero spatiũ q̃uis natura currit: rõ dilatat: cito nos effugiat necesse est. Nõ eni apphenditis: nec re/
tinetis: uelocissime omni rei morã facitis: sed abire ut rẽ supuacuã ac reparabilẽ sinitis. In primis aũt & il/
los numero: q nulli rei: nisi uino ac libidini uacant. Nulli enim turpius occupati sunt. Cæteri etiã si uanæ
gloriæ imagie tenentur: speciose tamẽ errãt. Licet auaros mihi: licet uel iracũdos enumeres: uel bellatores:
omnes isti uirilius peccãt. In uenerẽ ac libidinẽ piectorũ inhonesta labes est. Oĩa istorũ tpa excute. Aspice q̃
diu computẽt: quãdiu isidientur: q̃diu timeãt: quãdiu colantur: q̃ntũ uadimonia sua atq̃ aliena occupẽt: q̃ntũ
cõuiuia quæ iã ipsa officia sunt. Videbis quẽadmodũ illos respirare nõ sinãt uel mala sua uel bona. Deniq̃
iter oẽs conuenit: nullã rẽ bene exerceri posse ab hoie occupato. Nõ eloquẽtiã: non liberales disciplinas: q̃n
do districtus animus nihil altius recipit: sed omnia uelut iculcata respuit. Nihil minus est hois occupati q̃
uiuere. nullius rei difficilior est sciẽtia. Professores aliquarũ artiũ uulgo multiq̃ sunt. Quasdã uero ex his
pueri admodũ ita pcepisse uisi sunt: ut & præcipere possent. Viuere in tota uita discendũ est. Quod magis
mirandũ est in tota uita discendũ est mori. Tot maximi uiri relictis oibus ipedimentis: cũ diuitiis: officiis:
uoluptatibus renũciassent. hoc unũ in extremã usq̃ ætatẽ ægerũt: ut uiuere scirẽt. Plures tamẽ ex his non
dum se scire cõfessi e uita obierũt. Nedũ ut isti sciant: magis mihi crede: & supra humanos errores eminẽ
tis uiri est: nihil ex suo tẽpore delibẽrare: & ideo uita eius lõgissima est. Quidã quãtũcunq̃ potuit: totũ ip
si uacauit. Nihil inde icultũ ocisumq̃ uacauit. Nihil sub alio fuit. neq̃ enim quicq̃ repperit dignũ quod cũ
tẽpore suo pmutaret. Custos eius parcissimus. Itaq̃ satis illi fuit. His uero necesse est defuisse: ex quorũ uita
multũ plus tulit. Nec est q̃ putes hinc illos itelligere damnũ suum: plerosq̃ certe audies ex his quos ma/
gna foelicitas grauat iter clientiũ greges: aut causarũ actionẽs: aut cæteras honestas miserias exclamare. in/
terdũ mihi non uiuere licet: qd ni non liceat. Omnes illi qui te sibi aduocant: tibi adducũt. ille reus quot dies
abstulit: quot ille cãdidatus: quot illa anus: efferẽdis hæredibus lapsa: quot illa ad irritãdã auaritiã captan/
tiũ simultas æger. Quot ille potẽtior amicus q nos: non in amicitia: sed in apparatu habet. Dispunge inq̃
ac recense uitæ tuæ dies: uidebis paucos admodũ & ridiculos apud te resedisse. Assecutus ille quos optaue
rat fasces cupit ponere. & subĩde dicit. Quando hic annus præteribit. Facit ille ludos quorũ sortem sibi ob
tingere magno æstimauit. Quando inqt istos effugiam. Diripitur ille toto foro patronus: & magno concur
su omnia ultra q̃ audiri potest cõplet. Quando inqt res pferentur. Præcipitat quisq̃ uitam suã: & futuri de
siderio laborat præsentiũ tedio. At ille q nullũ non tẽpus in usus suos cõfert: q omnes dies tanq̃ uitam or/
dinat: nec optat crastinũ: nec timet. Quid eni est qd iam ullam horã nouæ uoluptatis possit afferre. Oĩa uo
ta ad facietatẽ pcepta sunt: de cætero foro fortuna ut uolet ordinet: uita iã in tuto est. Huic potest detra/
hi nihil: addici sic. sicut aliqs uentre quoq̃ admodũ saturo: iam non pleno: aliqd cibi quod nec desiderat ca
pit. Nõ est itaq̃ q̃ quemq̃ ppter canos: aut rugas putes diu uixisse. Non ille diu uixit: sed diu fuit. Quid. n.
si illũ multũ putas nauigasse: si sæua tẽpestas a portu exceptũ huc & illuc tulit: ac uiribus uentorũ ex diuer/
so fruẽtiũ p eadem uestigia in orbẽ ægit. Nõ ille multũ nauigauit: sed multũ iactatus est. Mirari soleo cũ
uideo aliquos tẽpus petere: & eos q rogantur facillimos. illud uterq̃ spectat: propter quod tempus petitum
est: ipsum tẽpus qdem neutri quasi petitur: quasi nihil datur. Res oĩum preciosissima luditur. Fallit aũt illos: qa
res incorporalis est: qa sub oculis non uenit. Ideoq̃ uilissima æstimatur imo poenæ nullũ præciũ eius: est an/
nua cõgiaria hoies charissimi accipiũt: & in his aut laborẽ: aut operã: aut diligẽtiã suã locãt: nemo æstimat
tẽpus. Vtuntur illo laxius quasi gratuito. At eosdẽ ægros uide si mortis periculũ etiã ad motum est propius:
medicorũ genua tangentes: metuũt capitale suppliciũ: omnia sua ut uiuãt paratos ipendere: tanta in illius
discordia affectuũ est. Quod si possent quẽadmodũ præteritorũ annorũ cuiusq̃ numerũ proponi sic futu/
rorũ: quomodo illi q paucos uiderũt superesse trepidarent: quõ illis parcerẽt. At qui facile est: q̃uis exigu/
um dispensare q̃ certũ est. Id debet seruari diligẽtius: q̃ ne scias quãdo deficiat. Nec est tamen quod igno/
rare putes illos q̃ chara res sit: dicere solent eis quos ualidissime diligunt paratos se partẽ annorũ suorũ da/
re: dant: nec itelligunt. dant ãt ita: ut sine illorũ icremẽto sibi detrahãt: sed hoc ipsum an detrahant nesciũt:
ideo tolerabilis est illis iactura detrimẽti latentis. Nemo restituet annos: nemo iterum te tibi reddet. Ibit
qua coepit ætas: nec cursum suum: aut reuocabit: aut supprimet: nihil autem tumultuabitur. Nihil admo/
uebit uelocitatis suæ: tacita labetur: nõ illa se regit imperio: nõ fauore populi longius pferet. Sicut missa est

a primo decurret:nuſq̄ deuertet:nuſq̄ remorabit.Quid fiet?tu occupatus es:uita feſtinat . Mors interim
aderit:cui uelis nolis uacãdũ eſt.Põt ne qſq̄ ſenſus hominũ:eoꝝ dico q prudentiam iactãt: operoſius occu
pari ſibi:ut melius poſſint uiuere.Impẽdio uitæ uitã iſtruunt.Cogitationes ſuas in lõgũ ordinãt.Maxima
porro uitæ iactura dilatio eſt.illa primũ quenq; extrahit diem:illa eripit præſentia : dũ ulteora promittit.
Maximũ uiuẽdi ĩpedimẽtũ eſt.expectatio quæ pẽdet ex craſtino:perdis hodiernũ.Quod in manu fortu/
næ poſitũ eſt diſponis:quod in tua dimittis:quo ſpectas quo te extẽdis? Omnia quæ uẽtura ſunt: in certo
iacẽt?Propitius uiue:clamat ecce maximus uates:uelut diuino ore inſtinctus:ſalutare carmen canit.Opti
ma quæq; dies miſeri mortalibus æui.Prima fugit.quid cũctaris inq̄t:quid ceſſas:niſi ocupas fugit:cũ oc
cupaueris tamẽ fugiet.Itaq; cũ celeritate temporis utendi uelocitate certandũ eſt:uelut extorrẽte rapido:
nec ſemp caſuro:cito hauriẽdũ eſt.Hoc quoq; pulcherrime ad exprobãdũ infinitã cognitionẽ.q̃ nõ opti/
mam quãq; ætatẽ:ſed diẽ dicit.Quid ſecurus intanta temporũ fuga lẽtus mẽſes tibi annos:& longã ſeriẽ:
utcũq; auiditati tuæ uiſum eſt exporrigis:de die tecũ loquit:& de hoc ipſe fugiẽte.Nõ dubiũ eſt ergo q̃n
prima quæq; optima dies fugiat mortalibus miſeris & occupatis:quoꝝ pueriles adhuc animos ſenectus
opprimit:ad quã imperat:inermeſq; ueniũt.Nihil enim ꝓuiſum eſt ſubito illã nec opinantes inciderunt.
Accidere eã quotidie nõ ſentiebãt:quẽadmodũ aut ſermo:aut lectio:aut aliq̄ iterior cogitatio iter faciẽtis
decipit.peruẽiſſe ante ſciũt:q̄ appropinq̄ſſe:ita hoc iter uitæ aſſiduũ excitatiſſimũ:quod dormiẽtes uigilã
teſq; eodẽ gradu facimus:occupatis nõ apparet niſi in fine.Quod propoſui ſi in partes uelim & argumen
ta diducere:multa mihi occurrẽt:per quæ probẽ breuiſſimã eſſe occupatoꝝ uitã.Solebat dicere Fabianus
nõ ex his cathedrariis philoſophis:ſed ex ueris & antiquis:cõtra affectus ĩpetum nõ ſubtilitate pugnãdũ.
Nec minutis uulneribus:ſed incurſu aduertẽdã aciẽ nõ probã.Cauillationes enim cõtẽdi debere non uelli
cari.Tamẽ ut illis erro exprobet ſuus docẽdi nõ tantũ deplorãdi ſunt.In tria tempora uita diuidit : quod
eſt:quod fuit:& quod futuꝝ eſt.Ex his quod agimus breue eſt:quod acturi ſumus dubiũ:qđ ægimus cer
tum.Hoc eſt enim in quo fortuna ius perdidit:quod in nullius arbitriũ reduci põt.Hoc amittunt occupa
ti:nec enim illis uacat præterita reſpicere:& ſi uacet iniocunda eſt præteritæ rei recordatio. Inuiti namq;
ad tẽpora male exacta animũ reuocãt:nec audẽt ea retractare:quoꝝ uitia ẽt aliquo præſentis uoluptatis le
nocinio ſurripiebat retractãdo paciſcunt.Nemo niſi quo omnia acta ſunt:ſub cenſura ſua:quæ nunq̄ falli
tur:libenter ſe in ꝑteritum torquet ille qui multa ambitioſe concupiit:ſupbe contempſit:& ĩpotenter ui/
cit: icidioſe decepit auare rapuit:prodige effudit:neceſſe eſt memoriã ſuã timeat.At qui hæcẽ pars tempo
ris noſtri ſacra dedicata:omnes humanos caſus ſupergreſſa:extra regnum fortunæ ſubducta: q̄ nõ inopia
nõ mœtus:nõ morboꝝ incurſus exagitat.Hæc nec turbari nec eripi põt perpetua eius & itrepida poſſeſ/
ſio eſt.Singuli tamen dies:& hi per momenta præſentes ſunt.At præteriti tẽporis:oẽs cũ uiſeritis aderũt:
ad arbitriũ tuum ſe inſpici:ac detineri patiunt.Quod facere occupatis nõ uacat.Securæ & q̄etæ mentis ẽ
in oẽs uitæ ſuæ partes diſcurrere . Occupatoꝝ aĩ cum uelut ſub iugo ſunt flectere ſe ac reſpicere non poſ/
ſunt.Abiit igit uita eoꝝ in ꝓfundum:& ut nihil prodeſt:licet q̄tumlibet ĩgeras: ſi non ſubeſt quod exci/
piat ac ſeruet:ſic nihil refert q̄tum tẽporis ſtet:ſi nõ eſt ubi ſubſideat: per quaſſos foratoſq; aĩos tranſmit
titur.Præſens tẽpus breuiſſimum eſt:adeo q̄dem ut q̄buſdam nullum uideat:in curſu eni ſemp eſt. Fluit
& præcipitat ante deſint eſſe:q̄ uenit.Nec magis moram patit q̄ mundus:aut ſydera:quoꝝ in re q̄eta ſem
per agitatio:nunq̄ in eodem ueſtigio manet.Solum igit ad occupatos præſens pertinet tempus:quod tam
breue eſt:ut arripi nõ poſſit.& idipſum illis diſtrictis ſub multa ſubducit .Deniq; uis ſcire q̄ nõ diu uiuãt:
uide q̄ cupiãt diu uiuere.decrepiti ſenes paucoꝝ annoꝝ acceſſionẽ uotis mendicant.Minores natu ſeipſos
eſſe fingunt:mendacio ſibi blandiunt:& tam libentes ſe fallunt:q̄ ſi fata una decipiant.Iam ergo cũ aliqua
imbecillitas mortalitatis admouit quẽadmodũ patientes moriunt:nõ tanq̄ exeant de uita:ſed tanq̄ extra/
hant.Stultos ſe fuiſſe ut non uixerint clamitant:& ſi modo euaſerint ex illa ualitudine: in ocio uicturos.
Tunc q̄ fruſtra parauerint:q̄bus non fruent: q̄ in caſſum oĩs labor ceciderit cogitãt.At q̄bus uita ꝓcul ab
omni negocio agit:quid ni ſpecioſa ſit:nihil ex illa delegat:nihil alio atq; alio ſpargit: nihil inde fortunæ
tradit:nihil negligentia interit:nihil largitione detrahit:nihil ſuperuacuum eſt:tota ut ita dicam:in reddi
tu eſt.Quãtulacũq; itaq; abũde ſufficit:& ĩde quandocũq; ultimus dies uenerit:nõ cunctabit uis ſapiẽs ire
ad mortẽ certo gradu.Quæris forte quos occupatos uocẽ.Nõ eſt quod me ſolos putes dicere:quos a baſi
lica immenſi deĩde canes eiiciũt:quos aut in ſua uides turba ſpecioſius elidi:aut in aliena contẽptius:quos
officia domibus ſuis euocant:ut alienis foribus illidant:haſtã prætoris infami lucro laborãt:lucus & quæ
neq; ſuperatior exercet.Quorũdã ociũ occupatũ eſt in uilla:aut in lecto ſuo:in media ſolicitudine q̄uis ab
oibus receſſerunt:ſibiipſi moleſti ſunt.Quoꝝ nõ ocioſa uita eſt dicenda:ſed deſidioſa occupatio.Illum tu
ocioſum uocas:qui corinthia paucoꝝ furore præcioſa:anxia ſubtilitate cõtinuat:& maiorẽ dieꝝ partẽ in
æruginoſis lamellis cõſumit:qui in te roma cœnã pro facinus:ne romanis q̄dem uitiis laboremus ſectator
pueroꝝ rixãtiũ ſedet:qui uictoꝝ ſuoꝝ gregis mercantiũ & coloꝝ paria deducit.qui athletas nouiſſimos
paſcit.Quid illos ocioſos uocas:q̄bus apud tonſorem:multæ horæ tranſmittunt:dum decerpit:ſiq̄d pro
xima nocte ſuccreuit:dum de ſingulis capillis in cõſiliũ itur:dum aut diſiecta coma reſtituit:aut deficiẽs.
hinc atq; ilinc in frontem cõpellit:quomodo naſcunt ſi tonſor paulo negligẽtior fuit:tanq̄ uiꝝ tonderet.
Quomodo excãdeſcũt:ſiq̄d ex iuba ſua deciſum eſt:ſiquid extra ordinẽ iacuit:niſi oĩa ſua in annulos ſu/
os reciderunt.Quis eſt iſtoꝝ qui nõ malit rẽpublicã ſuam turbari q̄ comã.Qui nõ ſolicitior ſit de capitis
ſui decore q̄ de ſalute.Qui nõ cõptior eſſe malit q̄ honeſtior.Hos tu ocioſos uocas inter pectinẽ ſpeculũq;
occupatos.Quid illi qui in cõponẽdis:audiẽdis:diſcẽdis canticis operati ſunt:dũ uocem eius rectũ curſum

natura & optimū & simplicissimū fecit in flexu modulationis: ieptissime torqnt. Quoꝝ digiti aliquod inter se carmē mentiētes semper sonant: quoꝝ cum ad res serias etiam sæpe tristes adhibiti semper exaudit̃ tacita modulatio. Non habent isti ociū: sed iners negocium. Cōuiuia mehercule hoꝝ non posuerim inter uacantia tēpora: cum uideā q̃ soliciti argentū ordinent: q̃ diligenter exoletorum suoꝝ tunicas succingant: q̃ suspensi sint, quomodo aper a coco cæsus exeat. Quanta celeritate signo dato: gladii ad ministeria decurrant. Quanta arte scindantur aues in frustra nō enormia: q̃ curiose īfœlices pueruli ebrioꝝ sputa detergāt. Ex his laudantiæ lautitiæq; fama captat̃: & usq; eo in omnes uitæ successus mala sua illos sequuntur. Vt nec bibant sine ambitione: nec edant. Nec illos quidem inter ambitiosos numeraueris: qui sella se & lectica huc & illuc ferunt: & ad gestationū suaꝝ quasi deserere illas nō liceat: horas occurrūt: quos quādo lauari debeant: quando: noctare: quādo cœnare: alius admouet: & usq; eo nimio delicati animi lāguore soluūtur: ut per se scire non possint an esuriāt. Audio quēdā ex delicatis: si modo deliniæ uocandæ sunt: uitam & cōsuetudinē humanā dedidiscere. Cum ex balneo inter manus elatus & in sella positus esset: dixisset interrogando iam sedeo. Hunc tu ignorantē an sedeat: putas scire an uiuat: an uideat: an ociosus sit: nō facile dixerim: utrū magis miserear si hoc ignorauit: an se ignorare finxit. Multaꝝ qdē reꝝ obliuionem sentiunt: sed multaꝝ imitāt̃, quædā uitia illos quasi fœlicitatis argumēta delectāt. Nimis humilis & cōtēpti hominis esse uidet̃ scire quid faciat. In hūc & minimos multa mentiri: ad exprobādā luxuriam puta. Plura mehercule prætereunt q̃ fingunt: & tanta incredibiliū uitioꝝ copia ingenioso in hunc unū seculo processit. ut iam mimoꝝ arguere possimus negligentiam: eē aliquē qui usq; eo delitiis interierit: ut an sedeat alteri credat. Nō est ergo ociosus hic: aliud nomen imponas. Aeger est immo mortuus est. ille ociosus ē cui ocii sui cōsensus est. Hic uero semiuiuus cui ad itelligendos corporis sui habitus iudice opus ē. Quō potest hic alicuius temporis dominus esse? perseq singulos longum est: quoꝝ aut laterculi: aut pila: aut excoquendi in sole corporis cura cōsumpsere uitā. Non sunt ociosi quoꝝ uoluptates multū negociū habent. Nam de illis nemo dubitabit: quin operose nihil agant: q in litteraꝝ iutilium studiis detinent̃. quæ iam apud romanos quoq; magna manus est. Græcoꝝ iste morbus fuit: quærere quē numeꝝ remigū Vlyxes habuisset: prior scripta esset Ilias: an odyssea? Præterea an eiusdem esset auctoris? Alia deinceps huius notæ: quæ siue cōtineas: nihil tacitam cōscientiā iuuat: siue proferas nō doctior uideberis: sed molestior. Ecce Romanos quoq; inuasit inane studiū superuacua discēdi. His diebus audiui quendā sapientē referentē: ꝙ primus nauali prælio Tullius uicit: primus Curius Dentatus in triūpho duxit elephātes: etiā si nūc ista ad uerā gloriam nō tendūt: circa ciuiliū tamē opeꝝ exēpla uersant̃. nō est profutura talis scientia: est tamen quæ nos speciosa reꝝ uanitate detineat: hoc quoq; quærētibus remittamus. Quis romanis primus persuasit nauē cōscendere? Claudius is fuit: Candes ob hocipsum appellatus: qa plurium tabulaꝝ cōtextus candes apud antiquos uocat̃. unde tabule codices dicunt̃. & naues nunc quoq; quæ ex antiqua cōsuetudine cōmeatus subeunt: candicare uocantur. Sane & hoc ad rem pertineat ꝙ Valerius Coruinus primus Mesanā uicit: & primus ex familia Valerianoꝝ urbis captæ in se translato nomine Messana appellatus est: paulatimq; uulgo permutante litteras: Messala dictus est: nunc & hoc qcq̃ curare permittas ꝙ primus. L. Sylla ī circo leones dedit: cum alioquin alligati tūc detinerēt̃ ad cōficiendos ex missis a rege Otto ioculatores: & hoc sane remittat̃. Nū & Pōpeiū primū in circo elephātoꝝ duodeuiginti pugnā ædidisse: cōmissis in ore prælii: noxiis hominibus ad ullam rem bonam pertinet: princeps ciuitatis & inter antiquos principes ut fama tradidit bonitatis eximiæ memorabile putauit spectaculi genus: nouo more perdere homines depugnant paꝝ est lacinantur: parum est ingenti mole aīalium exterrantur. satius erat ista in obliuionē ire: ne quis postea potens disceret inuideretq; rei minime humanæ. O quantum caliginis mentibus humāis obiicit magna fœlicitas: ille se supra reꝝ naturam esse tunc credidit cum tot miseroꝝ hominum cateruas: sub alio cælo natis beluis obiiceret: cum bellum iter iam disparia aīalia committeret: cum in conspectu populi romāi multū sanguinis funderet: mox plus ipsum fundere coacturus. At idem postea alexandriam perfidia deceptus ultimo mancipio transfodiendū se præbuit: tū demū itellecta inani iactatione cognomimus sui. Sed ut illo reuertar unde decessi & in alia materia ostendā superuacuā quorūdam diligēriam: idem enarrabat Meteliū uatis in Sicilia pœnis triumphantē unū oīum romanorum ante currū cētum & uiginti captiuos elephantes duxisse. Syllam ultimū romanoꝝ protulisse pomœrium: qd' nunq̃ ꝓuinciali sed italico agro acqsito mos proferre apud antiquos fuit. hoc scire magis prodest q̃ aduentinū montē extra Pōpeium esse ut ille affirmabat propter alterā ex duabus causis: aut ꝙ plebs eo secessisset: aut ꝙ remo auspicante illo loco aues nō addixissent. alia deinceps innumerabilia: quæ aut ficta sunt mēdaciis: ut similia. Nam ut cōcedas omnia eos fide bona dicere ut ad præstationē scribant: tamen cuius ista errores minuent: cuius cupiditates præmant: quem fortiorem: quem iustiorē: quem liberaliorem facient. Dubitare se interim Fabianus noster aiebat: an satius esset nullis studiis admoueri: q̃ his implicari. Soli oīum ociosi sunt q sapientiæ uacāt: soli uiuunt: nec enim suam tantum ætatē bene tuent̃ omne æuum addiiciunt: quicqd annoꝝ ante illos actū est: illis acquisitum ē: nisi ingratissimi sumus. Illi clarissimi sacraꝝ opinionum conditores: nobis nati sunt: nobis uitam præparauerunt: ad res pulcherrimas ex tenebris ad lucē eruptas: alieno labore deducimur: nullo nobis seculo interdictū est: in omnia admittimur. & si magnitudine animi egredi humanæ imbecillitatis angustias libet: multum per quod spatiemur temporis ē. Disputare cum Socrate licet: dubitare cum Carneade: cum Epicuro quiescere: hominis naturā cum Stoicis uincere: cum Cinicis excedere: cum rerū natura in consortiū omnis æui patiat̃ incedere: quid ni ab hoc exiguo & caduco temporis transitu. in illa nos toto demus animo: quæ īmensa: quæ eterna sunt: quæ cum melioribus cōmunia. Isti

qui pro officia discursant:qui se aliosq̧ inquietant:cum bene insanierint:cũ omniũ limina quotidie perambulauerit:nec ullas apertas fores praeterierint:cum per diuersas domos meritoriam salutationẽ circũtulerint:quorum quemq̄ ex tam immẽsa & uariis cupiditatibus districta urbe poterũt uidere:q̄ multi erũt quoꝝ illos:aut somnus:aut luxuria:aut inhumanitas submoueat:q̄ multi qui illos cũ diu torserit:simulata festinatione transcurrant:q̄ multi per refertum clĩetibus atriũ prodire uitabunt:& per obscuros aedium aditus profugient:quasi inhumanius sit decipere q̄ excludere:q̄ multi ex hesterna crapula semisomnes & graues illis miseris somnũ suum rumpentes:ut alienũ expectent uix alleuatis labiis in susurratum millies nomẽ excitatione superbissima reddent:nos in ueris officiis morari putamus:licet dicamus:q Zenonem:qui Pithagoram quotidie & Democritum caeterosq̧ antistites bonaꝝ artium:q Aristotelem & Teophrastrum uolent habere q̄ familiarissimos:nemo hoꝝ nõ uacauit:nemo nõ uenientẽ ad se beatiorẽ:amantioremq̧ sui dimittet:nemo q̄q̄ uacuis a se manibus adire patiatur:nocte cõueniri & interdum ab omnibus mortalibus possunt hoꝝ te mori nemo coget:omnes docebunt:hoꝝ nemo annos tuos conteret:suos tibi contribuit:nullius ex his sermo periculosus erit:nullius amici capitalis sumptuosa obseruatio. Trahes ex illis qcquid uoles:per illos nõ stabit quo minus plurimũ quantũ coeperis haurias:quae illũ foelicitas:q̄ pulchra senectus manet:q se in hoꝝ clientelã contulit:habebit cũ qbus de minimis maximisq̧ rebus deliberet:quos de se quotidie cõsulat:a quibus audiat ueꝝ sine cõtumelia:laudetur sine adulatiõe. Ad quoꝝ se similitudinem effingat. Solemus dicere non fuisse in nostra potestate quos sortitemur parentes forte nobis datos:nobis uero ad nostrũ arbitriũ nasci licet:nobilissimoꝝ ingenioꝝ familiae sunt. Elige inquã asciscí uelis:nõ in nomẽ tantũ adoptaueris:sed in ipsa bona quae nõ sunt sordide nec maligne custodienda:maiora fiunt quo illa a pluribus diuiseris. hi tibi dabunt ad aeternitatem iter:& te in illũ locũ ex quo nemo eiicief subleuabũt. haec una ratio ẽ extẽdẽdae mortalitatis:imo immortalitatẽ uertẽdi honores & monumenta. Quicquid aut decretis ambitio iussit:aut operibus extraxit cito subruif:nihil non longa demolitur uetustas:& mouet ocius:quod cõsecrauit sapientia nocere nõ potest:nulla delebit aetas:& nulla diminuet sequens:ac deinde semper ulterior aliquid ad uenerationẽ cõfert. Quoniãquidẽ in uicinio uersaf inuidia simplicius longe posita miramur. sapientis ergo multũ patet uia:non idẽ illum qui caeteros terminos includit solis generis humani legibus soluitur. omnia illi saecula ut deo seruiũt:trãsiuit tẽpus aliquod hac recordatione cõphendit:instat:hoc utitur:uentuꝝ est hos percipit:longã illi uitã facit:omniũ tempoꝝ in unũ collocatio:illoꝝ breuissima ac solicitissima aetas est:qui praeteritorũ obliuiscunf:praesentia negligunt:de futuro timent. Cũ ad extrema uenerint:sero intelligunt miseri tandiu se dũ nihil agunt occupatos fuisse. Nec est q hoc argumẽto probari putes longã illos agere uitam:quia interdũ mortem inuocãt:uexat illos imprudentia incertis affectibus & icurrentibus in ipsa quae metuunt:mortẽ saepe ideo optant:quia timẽt. Illud quoq̧ argumẽtũ nõ est q putes diu uicturũ q saepe illis longus uidef dies q dum ueniant ad cõditũ tempus coenae tardeue horas quaerunf:nam si quãdo illos deserunt occupationes in ocio relicti aestuãt:nec quomodo disponãt ut extrahant sciunt:itaq̧ ad occupationẽ aliquã tendunt. & quod interiacet omne tempus graue est:tam in herculeos q̄ quando dies muneris gladiatori indictus est. Aut cũ alicuius alterius uel spectaculi uel uoluptatis expectaf constitutũ:transire medios dies uolunt. Ois illis speratae rei longa dilatio est ad illud tẽpus quod amanti breue est & praeceps breui usq̧ in ultimo suo uitio:aliunde enim alio transfugiũt & cõsistere in una cupiditate nõ possunt:nõ sunt illi longi dies sed inuisi. At cõtra q̄ exiguae noctes uidenf quas in cõplexu scortorũ aut uitio exigunt. Inde & iam poetarũ furor fabulis humanos errores alentium:qbus uisus est Iuppiter uoluptate cõcubitus clementer duplicasse noctem. Quid aliud est uitia intendere:q̄ auctores illis inscribere deos:& dare morbo:exẽplo dignitatis excusatã licentiam:possunt istis non breuissime uideri noctes:quas tam care mercanf diem noctis expectatione perdunt:noctẽ lucis metu. Ipse uoluptates eorũ trepidae & uariis terroribus ingete sunt:subitq̧ cum maxima exultatione solicita cogitatio. Haec q̄diu ab hoc effectu reges suã fleuere potentiam:nec illos magnitudo fortunae suae delectauit:sed uenturus aliquando finis exterruit:cũ per magna camporũ spatia porrigeret exercitũ:nec numerũ eius:nec mensuram cõphenderet. Persaꝝ rex insolẽtissimus lachrymas fudit:q intra centũ annos nemo ex tanta iuuentute superfuturus esset. at illis erat admoturus fatum:ille q flebat:perditurusq̧ alios in terra:alios in mari:alios in praelio:alios in fuga:& intra exiguũ tẽpus cõsumpturus illos:cẽtesimũ annũ timebat. Quid q gaudia eoꝝ quoq̧ trepida sunt. nõ.n. solidis causis initunfi sed eadẽ q̄ oriunf uanitati turbanf. Qualia ãt putes tpa esse ẽt ipsoꝝ cõfessione misera:cũ hae quoq̧ qbus se attollunt:& sup hominẽ efferũt paꝝ sincera sunt. maxima quaeq̧ bona solicita sunt:nec ulli fortũae minus bene q̄ optime creditur:alia infoelicitate ad tuendã foelicitatem opus est:& pro ipsis quae successerunt uotis:uota faciẽda sunt. Omne enim quod fortuito euenit:instabile est:quod altius surrexit oportunũ est in occasum. Neminẽ porro casura delectant:miserrimã ergo necesse est nõ tantũ breuissimã uitam eorũ esse:qui magno parant labore quod maior possideant. operose assequunf quae uolũt:anxii tenẽt quae assecuti sunt. Nulla interim nunq̄ amplius redditurí temporis est ratio. Nouae occupationes ueteribus substituuntur. spes spem excitat. Ambitionẽ ambitio. miseriaꝝ non finis quaerif:sed materia mutaf. nostri nos honores torserunt. plus temporis alieni efferunt. cãdidati labore destituimus. suffragationes incipimus. accusandi deposuimus molestiã. iudicandi nascimur. iudex desiit esse quaesitor est. alioꝝ bonoꝝ mercenaria procuratione cõsenuit. suis operibus detinenf. Mariũ caligo dimisit:consolatũ exercet. Quintus dictaturã properat praeeuadere ab aratro reuocabitur. ibit in poenos nõ tantae maturus rei. Scipio:uictor Hannibalis:uictor Anthiochi:sui cõsulatus decus:fraterni sponsor:ne per ipsum mora sit cũ Ioue reponeref:

ciuiles seruatorē agitabunt seditiones:& post fastiditos a iuuene æquos honores iam senē cõtumacis exi/
lii delectabit ambitio.nunq̃ deerũt uel fœlices uel miseræ solicitudinis causæ per occupationes interclude
tur ociũ nũquã agetᷣ:semper optabitᷣ.Excerpe itaq; de uulgo Pauline clarissime:& in tranqlliorem portũ
nõ pro ætatis spatio iactatus tandē recede:cogita quot fluctus subieris:quot tẽpestates partim priuatas su
stinueris:partim publicas in te cõuerteris.satis iam per laboriosa & inquieta documẽta exhibita uirtus ē.
experire quid in ocio faciat maior pars ætatis:melior reipub.data sit.Aliqd temporis tui sume etiam tibi:
nec ad segnē aut inertē qetem uoco.nõ ut somno & claris turbæ uoluptatibus qcquid est in te indolis ui/
uæ demergas:nõ est istud acquiescere.inuenies maiora omnibus adhuc tractatis operibus:quæ repositus
& securus agites.tu qdem orbis terraꝝ rationes administrans tam abstinẽter q̃ alienas:tam diligẽter q̃ tu/
as:tam religiose q̃ publicas in officio amorē consequæris:in quo odium uitare difficile est.Sed tamē mihi
crede:satius est uitæ suæ rationē:q̃ frumenti publici nosse.Istum autē aĩ uigorem:reꝝ maximaꝝ capacissi
mũ a ministerio honorifico qdem sed paꝝ ad beatam uitam apto:ad te reuoca.& cogita non id ægisse te
ab ætate prima omni cultu studioꝝ liberaliũ:ut tibi multa milia frumenti cõmitterentᷣ.maius qddam &
altius de te ꝓmiseras:nõ deerunt & frugalitatis exactæ homines & laboriosæ operæ.Tanto aptiora expor
tandis oneribus tarda iumenta sunt:q̃ nobiles equi:quoꝝ generosam ꝑnicitatem qs nunq̃ graui sarcina
pressit.Cogita præterea quantũ solicitudinis sit:ad tantã te molē obiicere:cum uentre humano tibi nego
cium est:nec rationem patitᷣ:nec equitate mitigatᷣ:nec ulla præce flectetᷣ populus esuriens modo intra pau
cos illos dies:qbus.C.Cæsar periit siquis inferis sensus est:hoc grauissime ferens:quod dicebat populo ro
mano superstiti:septem aut octo certe dieꝝ cibaria superesse dum ille potens nauibus iungit : & uiribus
imperia ludit.Aderat ultimũ maloꝝ obsessis quoq; alimentoꝝ ægestas.exitium pœnæ ac fames constitit
& quæ famen sequitᷣ rerum omnium ruina:furiosi & externi & infœliciter superbi regis mutatio.Quem
tunc aĩum habuerunt illi qbus erat mandata frumenti publici cura:ferꝝ: saxa: ignes: gladium excepturi
summa dissimulatione tantũ inter uiscera latentis mali tegebãt cũ ratione.Quædã eni ignorãtibus ægris
curanda sunt.Causa multis moriendi fuit:morbũ suum nosse.Recipe te ad hæc trãquilliora:tutiora:ma/
iora.Simile tu putas esse utrũ cures ut incorruptũ & a fraude ad uẽdentiũ & negligentia frumentũ trans/
fundatᷣ in horrea:ne concepto humore uitietur & cõcalescat:ut ad mensuram pondusq; respondeat:an ad
hæc sacra & sublimia accedas?sciturus quæ materia sit diis:quæ uoluptas:quæ conditio:quæ fortuna:qs
animũ tuũ casus expectet:ubi nos a corporibus dimissos natura cõponat.Quid sit quod huius mũdi gra
uissima quæq; in medio sustineat:supra leuia suspendat:in summũ ignem ferat:sydera cursibus suis exci/
tet.Cætera deinceps ingẽtibus plena miraculis.uis tu relicto solo:mẽte ad ista respicere:nũc dum calet san
guis ingentibus ad meliora eundum est.expectat te in hoc genere uitæ multũ bonaꝝ artium:amor uirtu
tum atq; usus:cupiditatũ obliuio:uiuendi atq; moriendi scientia.alia reꝝ quies:omniũ qddam occupato
rum cõditio misera est.eoꝝ tamē miserrima qui ne suis quidē occupationibus laborãt:ad alienũ dormi
unt somnũ :ad alienũ ambulant gradũ:ad alienũ comedũt appetitũ:& ad alienũ gradiuntᷣ uiaticũ:& mul
totiens tantali more inter opes & copias positi:quas suas solum uident defectũ intolerabilē omnium sibi
magis delectabiliũ patiuntᷣ.amare & odisse res omniũ liberrimas iubentur.Hi si uelint scire q̃breuis eorũ
uita sit:cogitãt ex quota parte sua sit:cũ uideris itaq; prætextã arti sæpe sumptã:cũ celebre in foro nomen
nõ inuideris:ista uitæ dãno parãtur:ut unus ab illis numeretᷣ ante omnes amicos suos cõterent . Quosdã
autē cũ in summũ ambitionis eniterentᷣ inter prima luctantes ætas relinquit.Quosdã cum in cõsumatio/
nem dignitatis per mille indignationes erupissent:misera subit cogitatio ipsos laborasse in titulum sepul/
chri.Quorũdam ultima senectus dum in nouas spes ut iuuẽta disponitᷣ:inter conatus magnos & impro
bos inualida defecit.Fœdus ille quē in iudicio pro ignotissimis litigatoribus grandē natu & imperitæ co/
ronæ assensiones captantē spiritus liquit.Turpis ille qui uiuẽdo lapsus citius q̃ laborãdo inter ipsa officia
collapsus est.Turpis quem in accipiendis in morientē rationibus diu tractus risit hæres . Præterire quod
mihil occurrit exemplũ nõ possum.Tyrãnus fuit exactæ diligentiæ senex:qui post annũ nonagesimũ cum
uacationem procurationis a.C.Cæsare ultro accepisset cõponi se in lecto & uelut exanimē a circunstante
familia plangi iussit.Lugebat domus ociũ domini senis:nec finiuit ante tristitiã q̃ labor illi suus restitutus
est:adeo ne iuuat occupatũ mori.Idem plærisq; animus est:diutius cupiditas illis laboris:q̃ facultas est. cũ
imbecillitate corporis pugnãt:senectutē ipsam nullo alio numero grauē iudicant:q̃ ꝙ illos seponit . Lex a
quinquagesimo anno militē nõ tegit.A sexagesimo senatorē nõ citat.difficilius hoies a se ociũ ĩpetrent q̃ a
lege.Interim dũ rapiuntᷣ & rapiũt dũ alter alterius qetē rũpit:dũ mutuo sunt miseri:uita ē sine fructu:sine
uoluptate:sine ullo profectu animi.nemo in cõspicuo mortē habet.nemo nõ procul spes intẽdit.Quidam
uero disponũt etiã illa quæ ultra uitã sunt:moles magnas sepulchroꝝ & operũ publicorũ dedicationes:&
ad rogum munera & ambitiosas exequias.At mehercule istorũ funera tanq̃ nimiũ uixerint ad faces & ce
reos ducenda sunt.Nostra corpora firma sunt:si redigas ad cõditionē naturæ oia destruentis:& unde edi/
dit eodē reuocantis:caduca sunt.Quid enim ĩmortale manus mortales fecerint?septē illa miracula : & si
qua his multo mirabiliora.sequentiũ annorũ extruxit ambitio:aliquãdo solo æquata uisentur . Ita est ni/
hil perpetuũ pauca diuturna sunt.Aliud alio modo fragile est:rerũ exitus uariantᷣ . Cæterũ quicqd cœpit
& desinit modo quidã minantᷣ interitũ:& hoc quod uniuersum ꝙ omnia diuina humanaq; cõplectitur:
si fas putas credere:dies aliqs dissipabit & in confusionē ueterũ tenebrasq; demerget.Eat modo aliquis &
singulas cõploret animas:Carthaginis ac Nũmantiæ Corinthiq; cinerē.& siquid aliud altius cecidit lamē
tetur:cum etiam hoc quod nõ habet quo cadat etiã sit interituꝝ.Eat aliquis & fata tantũ aliquando nefas

ausura:sibi nõ pepercisse cõquæratur. Quis tam superbe impotẽtisq; arrogantiæ est:ut in hac naturæ necessitate omnia ad eundẽ finẽ reuocantis se unũ ac suos seponi uelit? ruinæq; ipsi mũdo imminẽti aliquã domũ subtrahat. Maximũ ergo sublatiũ est cogitare id sibi accidisse:quod ante se passi sunt:omnesq; passuri. & ideo mihi uidet̃ rer̃ natura quod grauissimũ fecit ac cõmune fecisse:ut crudelitatẽ facti cõsolaret̃ æqualitas. Illud te quoq; nõ minimũ adiuuerit:si cogitaueris nihil profutur̃ dolorem tuũ:nec illi quẽ desideras nec tibi. uoles eni longũ esse quod itur̃ est. Nam si quicq̃ tristitia profecturi sumus nõ recuso quicquid lachrymar̃ fortunæ meæ superfuit tuæ fundere. Inueniã etiã nunc per hos exhaustos iã fletibus domesticis oculos quod effluat:si modo ideo tibi futur̃ bono est. Quid cessas? conquæramur:atq; adeo ipse hanc litem meã faciã. Iniquissima omniũ iudicio fortuna. adhuc uidebaris eũ hominẽ cõtinuisse:qui munere tuo tantã uenerationẽ receperat:ut quod raro ulli contigit fœlicitas eius effugeret in inuidiam. Ecce eum dolorẽ illi nomine Polybio cui eius est frater quẽ saluo Cæsare accipere maximũ poterat impressisti. & cum bene illum undiq; circuisses:intellexisti hãc partẽ tãtũmodo patere ictibus tuis. Quid enim illi aliud faceres:pecuniã eriperes nunq̃ illi obnoxius fuit. nunc quoq; quãtum potest illũ a se abiecit:& in tanta fœlicitate acquirendi:nullũ maiorẽ ex ea fructũ q̃ cõtemptus eius petit. Eriperes illi amicos:sciebas tã habilem esse se:ut facile in locũ amissor̃ posset alios sustinere. Vnũ enim ex his hunc quos in principali domo potentes uidi: cognouisse uideor:quẽ omnibus amicũ habere cũ expediat magis tamẽ etiã libet. Eriperes illi bonã opinionẽ:solidior est hæc apud eũ q̃ ut a te quoq; ipsa cõcuti posset. Eriperes bonã ualitudinẽ sciebas aium eius liberalibus disciplinis:quibus nõ nutritus tantũ:sed innatus est:sic esse fundatum:ut supra omnes corporis dolores: emineret. Eriperes spiritũ q̃ntulũ nocuisses:longissimũ illi ingenua æuũ fama promisit. Id ægit ipse ut meliore sui parte duraret:& cõpositis eloquentiæ præclaris operibus:a mortalitate se uindicaret:q̃diu fuerit ullus litteris honor:q̃diu steterit:aut latinæ linguæ potentia: aut græcæ gratia uigebat cũ maximis uiris:quor̃ se ingeniis uel cõtulit:uel si hæc uerecundia eius recusat applicuit. Hoc ergo unũ excogitasti:quomodo illi maxime posses nocere. Quo melior enim est quisq; : hoc sæpius ferre te cõsueuit:sine ullo dilectu furentẽ:& inter ipsa beneficia metuendã. Quãtulum erat tibi immunẽ ab hac iniuria præstare eũ hominẽ:in quẽ uidebat̃ indulgentia tua ratione certa peruenisse: & non ex tuo more temere incidisse. Addiciamus si uis ad has quærelas ipsius adolescentis iter cœptam iter prima incrementa indolẽ:dignus fuit ille te fratre. tu certe eras dignissimus:qui nec ex indigno q̃dem quicq̃ dolores fratre. Reddit̃ illi testimonium æquale oium hominũ. Desiderat̃ in tuum honorem. Laudat̃ in suum. nihil in illo fuit quod nõ libenter cognosceres. Tu q̃dem ẽr minus bono fratri fuisses bonus:sed in illo pietas tua idoneã nacta materiã:multo te liberius exercuit. Nemo potentiã eius iniuria sensit:nunq̃ ille te fratrem ulli minatus est. Ad exemplũ se modestiæ tuæ formauerat:cogitabatq; q̃ntũ tu & ornamentũ tuor̃ esses & onus suffecit ille huic sarcinæ. O dura fata & nullis æqua uirtutibus:anteq̃ fœlicitatẽ tuã nosceret frater tuus:exemptus est. Par̃ autem ne indignari scio:nihil est enim difficilius:q̃ magno dolori:paria uerba reperire. Iam nunc tamen siq̃d proficere possumus:fateamur & conquæramur. Quid tibi uoluisti tam iniusta & tam uiolenta fortuna:tã cito ĩdulgentiæ tuæ pœnituit:quæ ista crudelitas est:in medios fratres impetũ facere:& tam cruenta rapina cõcordissimã turbã imminere:tam bene stipatã optimor̃ adolescentium domũ in nullo fratre degenerantẽ turbare:& sine ulla causa deliberare uoluisti. Nihil ergo prodest innocentiã adesse:lege exacta nihil antiqua frugalitas:nihil fœlicitatis summæ potentia:summa conseruata abstinentia. nihil sincerus & tutus litterar̃ amor:nihil ab omni labe mens uacans. Luget Polybius & in uno fratre quicquid derelinquis possit metuere. Admonitus etiã de ipsis doloris sui solatiis timet. Facius ĩdignũ luget Polybius:& aliquid propitio dolet Cæsare:hoc sine dubio impotẽs fortuna captasti:ut ostẽderes neminẽ cõtra te:nec a Cæsare quidẽ posse defendi. Diutius accusare fata possumus. stant dura & inexorabilia:nemo illi cõuitio:nemo fletu:nemo causa mouet. nihil unq̃ parcunt ulli:nec remittunt. Proinde parcamus lachrymis:nihil proficientibus. Facilius nos enim illis doloribus addiciet q̃ illas nobis reducet. Qui si nos torquet nõ adiuuat. primo quoq; tẽpore deponẽdus est. & ab inanibus solatiis: atq; amara quadã libidine dolẽdi animus recipiẽdus est. Nã lachrymis nostris:ni ratio finẽ fecerit:fortuna nõ faciet. Omnes agedũ mortales circũspice. Larga ubiq; flendi & assidua materia. Aliũ ad quotidianũ opus laboriosa ægestas uocat. Aliũ ambitio nunq̃ quieta solicitat. Alius diuitias quas optauerat metuit:& uoto laborat suo. Aliũ sollicitudo:aliũ labor torquet. Aliũ super uestibulũ obsidens turba. Hic habere se dolet liberos. Hic perdidisse. Lachrymæ nobis deerunt:anteq̃ causæ dolendi. Non uides qualẽ uitã nobis rerum natura promiserit:quæ primũ nascentiũ hominũ fletũ esse uoluit. hoc principio ædimur:huic omnis sequẽtium annor̃ ordo cõsentit:sic uitã agimus. ideoq; moderate id fieri debet a nobis:quod sæpe respiciendũ est & respicientes quantũ a tergo rer̃ tristiũ iminear a se nõ finire lachrymas:at certe reseruare debemus. Nulli parcẽdũ est rei maigis q̃ huic:cuius tu frequẽs usus ẽ. Illud quoq; te nõ minimũ adiuuerit:si cogitaueris nulli minus gratũ eẽ dolorẽ tuũ:q̃ ei cui p̃stari uidet̃. Torq̃ri ille te aut nõ uult:aut nõ itelligit. nulla itaq; eius officii rõ ẽ:q; ei cui præstat̃:si nihil sentit supuacuũ est si sentit igratũ ẽ. neminẽ toto orbe terrar̃ eẽ: q delectet̃ lachrymis tuis:audacter dixerim. Quid ergo quẽ nemo aduersus te aium gerit:eum esse tu credis fratris tui:ut cruciatu tui noceat tibi:ut te uelit abducere ab occupationibus tuis:idest a studio & a Cæsare. Nõ ẽ hoc simile ueri. Ille eni indulgentiã tibi tanq̃ fratri ostendit:& præstitit uenerationẽ tanq̃ parenti:cultũ tanq̃ superiori. ille desiderio tibi esse uult:tormento esse nõ uult. Quid itaq; iuuat doloris ui tabescere:quẽ siquis defuncti sensus est finiri frater tuus cupit:de alio fratre cuius incerta posset uolũtas uideri:omnia hæc nõ dubie ponerẽ & dicerẽ:siue te torquæri lachrymis nunq̃ desinentibus frater tuus cupit:

indignus hoc aspectu tuo est:siue non uult uterq; uestrũ inertē dolorē dimittite. Nec impius frater si desi
derari debet:ne pius si uelit. In hoc uero cuius tam explorata pietas est pro certo habendus est. Nihil eē illi
posse acerbius:q̄ si tibi hic casus eius acerbus est:si te ullo modo torquet:si oculos tuos indignissimos hoc
malo sine ullo flendi fine conturbat idem & exhaurit. Pietatē tuā tamē nihil æque a lachrymis iam inuti/
libus abducet:q̄ si cogitaueris fratribus te tuis exēplo esse debere:fortiter hanc fortunæ iniuriā sustinēdi.
Quod duces magni faciunt rebus afflictis ut hilaritatē de idustria simulent:& aduersas res adumbrata læ
titia abscondāt:ne militum animi si fractā ducis sui mentem uiderit:& ipsi collabant. Id nūc quoq; facien
dū est:idq; dissimilem aio tuo uultū:& si potes proiice omnē ex toto dolorē:si minus itrorsus abde & cō
tine ne appareat:& da operā ut fratres tui te imitent:q honestum putabūt quodcunq; facientem uiderit:
aiumq; ex uultu tuo sument:& solatiū debes eē & cōsolator illoꝝ:Nō poteris autē hoꝝ mœrori obstare
nisi tuo idulseris. Potest & illa res a luctu te prohibere nimio si tibi ipsi renunciaueris:nihil horum quæ fa
cis posse subduci. Magnam tibi personā hoīum consensus iposuit. hæc tibi tuenda est:circunstat te oīs ista
consolantium frequentia:& i animum tuū ingrit ac ꝑspicit quātū roboris ille aduersus dolorem habeat:
& utrū ne tu q tantum i rebus secundis idulgere scias:an & aduersas possis uiriliter ferre obseruant oculi
tui. Liberiora oīa sunt his quorum affectus tegi possunt. Tibi nullū secretum libeꝝ ē:i multa luce fortuna
te posuit:omnes scient quomodo te in isto tuo gesseris uulnere:utrum ne statim percussus arma submise
ris:an i statu & i gradu steteris. Olim te i altiorem ordinem:& amor Cæsaris extulit:& tua studia deduxe
runt:nihil te plebeum decet:nihil humile. Quid autem tā humile ac muliebre est q̄ cōsumendum se dolo
ri cōmittere:non idem tibi i luctu pari quod tuis fratribus licet. Multa tibi non ꝑmittit opinio de studiis
ac moribus recepta:Multū a te hoīes exigūt:multum expectāt. Si uolebat tibi oīa licere ne conuertisses in
te ora omnium:nūc autē tibi præstandū est quantū promisisti. Omnibus illis q opera igenii tui laudant:q
describant:qbus cum fortuna tua opus non sit igenio opus est. Custodes ai tui sunt. Nihil unq̄ ita potes i/
dignum facere prouecti & eruditi uiri professione:ut non multos admirationis de te suæ non pœniteat.
Non licet tibi flere imodice:nec hoc tantummodo non licet:nec somnū qdem extendere i partē diei licet:
aut a tumultu reꝝ i ociū ruris gratia qetis confugere:aut assidua laboriosi officii statione: fatigatum cor/
pus uolūtaria peregrinatione recreare:aut spectaculoꝝ uarietate aium detinere:aut ex tuo arbitrio diem
disponere. Multa eni non licent quæ humillimis in angulo iacentibus licent. Magna seruitus ē ex magna
fortuna:non licet ibi qcq̄ arbitrio tuo facere. Audiēda sunt tot hoīum milia:tot disponendi libelli: tantus
rerum ex orbe toto occurentiū cōgestus:ut possit per ordinē suum pricipis maximi officium geri ubiq; ai
est. Non licet tibi unq̄ flere:ut multos flentes audire possis: aut periclitantiū:& ad misericordiā mitissimi
Cæsaris peruenire cupientiū. Lachrymæ tibi tuæ assiccādæ sunt. Hoc tamen ēt nunc leuioribus remediis
adiuuabit:Cū uoles oīum rerum obliuisci.cogita Cæsarē:uide quantā huius uitæ indulgentiæ fidē:quā/
tā idustriā debeas. intelliges non magis tibi incuruari licere q̄ illi. Siquis modo ē fabulis traditus cuius hu/
meris mūdus inititur. Cæsari quoq; ipsi cui oīa licent:propter hoc ipsum multa non licent. Omnium do
mos illius uigilia defendit:oīum ociū illius labor:oīum delitias:illius idustria:oīum uocatiōem illius oc/
cupatio. Ex quo se Cæsar orbi terrarum dedicauit:sibi eripuit & syderū modo:quæ in re quietā semp cur
sus suos explicant:nunq̄ illi licet:nec sustinere:nec quicq̄ suum facere. Ad quēdā itaq; modū tibi quoq; ea
dem necessitas iniungit:nō licet tibi ad utilitates tuas ad studia tua respicere. Cæsare orbē terraꝝ possidē/
te ipartiri te nec uoluptati:nec dolori:nec ulli alii rei potes. totū te Cæsari debeas. Addice nūc q eum sem/
per prædices:cariorē tibi spiritu tuo Cæsarē fore. fas tibi nō est saluo Cæsare de fortuna quæri. hoc inco/
lumi:salui tibi sunt tui:nihil perdidisti. non tantū siccos oculos tuos esse:sed etiā lætos oportet. In hoc tibi
omnia sunt:hoc pro oībus est. Quod longe a sensibus tuis prudētissimis piissimisq; abest. aduersus fœlici
tatē tuā parū gratus es:si tibi qcq̄:hoc saluo:flere ꝑmittis. Mōstrabo etiā nunc nō qdem firmius remediū
sed familiarius. siquādo te domū recepis:tunc erit tibi metuēda tristitia. Nā q̄diu nomē tuū itueberis:nul
lum illa ad te inueniet accessum. Omnia in te Cæsar tenebit. cū ab illo discesseris:tunc uelut occasione da/
ta insidiabit solitudini tuæ dolor:& reqescenti aio tuo paulatim irrepit. Itaq; non est q ullum tempus ua
care patiaris a studiis:tunc tibi litteræ tuæ tandiu ac fideliter amatæ gratiā referant: tūc te illæ antistitē &
cultorē suū iudicent:tunc Homerus & Virgilius tā bene de humano genere meriti:q̄ de omnibus & de il
lis meruisti:quos pluribus notos esse uoluisti:q̄ scripserant multū tecū morent. tutū hic erit omne tēpus:
quod illis tuendū cōmiseris. tūc Cæsaris tui opera ut per omnia secula domestico narrent præconio:quā/
tum potes cōpone. Nam ipse tibi optimū formandi condēdiq; res gestas:& materiā dabit & exēplū. Non
audeo te usq; eo producere:ut fabellas quoq; & æsopeos longos intentatum romanis igeniis opus solita
sibi uenustate connectas. Difficile est qdem aut ad hæc hilariora studia tam uehementer ꝑcultus animus
tam cito possit accedere. Hoc tamē argumentū habeto iā corroborati eius & redditi sibi: si poterit se a se/
uerioribus scriptis ad hæc solutiora producere. In illis eni q̄uis ægrū eū adhuc & secū reluctantem aduo/
cabit ipsa reꝝ quas tractabit austeritas. hæc quæ remissa fronte cōmendanda sunt sibi non feret:nisi cū iā
sibi ab omni parte constiterit. Itaq; debebis eū seuiore materia primū exercere:deinde hilariorem tempo
rare. Illud quoq; magno tibi erit leuamento si sæpe te interrogaueris:utrū ne meo noie doleo:an eius qui
decessit? Si meo:perit me idulgentem iactatio & incipit dolor. Hoc uno excusatus q honestus est:cum ad
utilitatem respicit a pietate desistere. Nihil autē magis bono uiro cōuenit:q̄ in fratris luctu calculos pone/
re. Si illius noie doleo. necesse alterutrū ex his duobus esse iudicē. Nā si nullus defunctus sensus est: euasit
omnia frater meus uitæ incōmoda:& in eū restitutus est locū : in quo fuerat anteq̄ nasceret. & expers oīs

mali:nihil cupit:nihil patiṫ. Quis iste est furor? pro eo me nunq̄ dolere desinere:qui nunq̄ doliturus ē. Si est aliquis defunctis sensus:nunc animus fratris mei uult ex diuturno carcere emissus: tam de sui iuris & arbitrii gestu:& reꝝ naturæ spectaculi fruitur & humana oīa ex superiore loco despicit. diuina uero quorū ratioñē tādiu frustra q̄sierat propius intuetur. quid itaq̄ eius desiderio maceror? q aut beatus aut nullus est. Beatū deflere inuidia est:nullū dementia. An hoc te mouet quod uidetur ingentibus & ingratis & maxime circunfusis bonis caruisse. Cum cogitaueris multa esse quæ perdidit cogita plura esse quæ nō timet. Non ita eum torquæbit:nō morbus affliget:nō suspitio lacessit:nō edax & inimica semp alienis processionibus inuidia cōsectabitur:non moetus solicitabit:nō leuitas fortunæ cito munera sua transferentis inquietabit. Si bene cōputes plus illi remissum:q̄ ereptū est. Non opibus fruetur:nō tua similis ac sua gratia:non accipiet beneficia:non dabit:Miseꝝ putas ꝙ ista amisit? an beatū ꝙ non desiderat? mihi crede: is beatior est:cui fortuna superuacua est:q̄ is cui parata est. Omnia ista bōa quæ nos speciosa:sed fallaci uoluptate delectant:pecunia:dignitas:potentia:aliaq̄ complurima ad quæ generis humani cæca cupiditas obstupescit:cum labore possidentur:cum inuidia conspiciuntur. eosq̄ ipsos quos exornant & præmunt plus minantur q̄ prosunt:lubrica & incerta sunt:nunq̄ bene tenentur. nam ut nihil de tempore futuro timeatur:ipsa tamen magnæ fœlicitatis tutela solita est. Si uelis credere altius ueritatem intuentibus:omnis uita supplicium est. In hoc profundū inquietūq̄ proiecti mare:alternis æstibus reciprocū:& modo alleuans nos subiectis incremētis:modo maioribus damnis deferens:assiduæq̄ iactans. nunq̄ stabili cōsistimus loco:pendemus & fluctuamur:& alter in alteꝝ illudimur:& aliquando naufragiū facimus:semp timemus in hoc tam procelloso & in omnes tempestates exposito mari:nauigantibus nullus portus nisi mortis est. Ne itaq̄ inuideris fratri tuo:quiescit tandem liber:tandem tutus:tandem æternus est. superstitē Cæsarē omnēq̄ eius prolē:superstitē te cū omnibus habet fratribus:anteq̄ quicq̄ ex suo fauore fortuna mutaret: stantem adhuc illam & munera plena manu cōgerentē reliquit. fruitur nunc aperto & libero cælo: & humili atq̄ depresso in eū emicuit locum. Quisquis ille est qui solutas uinculis animas beato recipit sinu? & nunc libere uagatur:omniaq̄ rerum naturæ bona cū summa uoluptate recipit:prospicit? Erras: non perdidit lucem frater tuus:sed securiorem sortitus est. Omnibus illud nobis cōmune est iter. quid fata deflemus? nō reliq̄t ille nos:sed antecessit. magna fœlicitas est in fœlicitate mori. Est:mihi crede:magna fœlicitas in ipsa fati fœlicitate moriendi. nihil mihi in totum q̄dem diē certi est. q̄s in tam obscura & inuoluta ueritate diuinat? utꝝ ne fratri tuo mors inuideat:an cōsulerit? Illud quoq̄ quæ iustitia in oībus rebus necesse est te adiuuet cogitantē nō iniuriā tibi factā ꝙ talē fratrē amisisti:sed beneficiū datū:ꝙ tādiu pietate eius tibi uti fruiq̄ licuit. Iniquus est qui muneris sui arbitriū danti non reliq̄t. Auidius qui nō lucri suo habet q̄d accepit:sed damni quod reddidit. Ingratus est q iniuriā uocat finē uoluptatis. Stultus q nullum fructū eē putat bonoꝝ nisi præsentiū:q non & in præteritis acquiescit:& ea iudicat certiora quæ abierunt: q̄a de illis nec desinat nō est timendū. Nimis angustat gaudia sua q eis tantummodo quæ habet ac uidet: frui se putat:& habuisse eadē pro nihilo ducit. cito enim nos omnis uoluptas relinquit:quæ fluit & transit:& pene anteq̄ ueniat aufertur. Itaq̄ in præteritū tempus animus mittendus est:& quicquid nos unq̄ delectauit reducendū:ac frequenti cogitatione pertractandū est. longior fideliorq̄ est memoria uoluptatū: q̄ præsentia. Quid habuisti ergo optimū fratrē in summis bonis pone. nō ē ꝙ cogites quanto diutius habere potueris:sed quādiu habueris. reꝝ natura illū tibi sicut cæteris fratribus:suo nō mācipio dedit:sed cōmendauit: cum uisum ē deīde repetit. nec tuam ī eo satietatē secuta ē:sed suam legē. Siquis pecuniā creditam soluisse se moleste ferat:eā præsertim cuius usum gratuitū acceperit:nōne iniustus uir habebiṫ? Dedit natura fratri tuo uitā:dedit & tibi:quæ suo iure usa sunt:a quo uoluit debitū suū citius exigit. nō illa ī culpa ē cuius nota erat cōditio:sed mortalis animi spes auida:quæ subinde q̄cquid reꝝ natura sit obliuiscitᷓ:nec unquā sortis suæ meminit:nisi cū admoneṫ. Gaude itaq̄ habuisse & tam bonū fratrem & usufructūq̄ eius: q̄uis breuior usui tuo fuerit boni consule. Cogita iucundissimū ꝙ habuisti:& humanū ꝙ perdidisti. Nec enim quicq̄ minus inter consentaneū est:q̄ aliquem moueri ꝙ sibi talis frater paꝝ diu contigerit: non gaudere ꝙ tamē cōtigerit. at inopinanti ereptus est:sua quēq̄ crudelitas decipit & in eis quæ diligit:uolūtaria mortalitatis obliuio. Natura nulli se necessitatis suæ gratiā facturā esset testata est. Quotidie præter oculos nostros transeunt notoꝝ ignotorūq̄ funera. nos tamen aliud agimus:& subitū id putamus esse:quod nobis tota uita denunciantᷓ futuꝝ. Nō est itaq̄ ista fatoꝝ iniquitas:sed mentis humanæ prauitas insatiabilis rerum oīum:quæ indignatur inde se eximere:quo admissa est præcario. Quanto ille iustior qui nūciata filii morte:dignā magno uiro uocē emisit. Ego cū genui:tū morituꝝ sciui. ꝓrsus nō mireris ex hoc natum esse:qui fortiter mori posset. nō accepit tanq̄ nouū nunciū filii mortē. Quid est enim:noui hominē mori cuius tota uita:nihil aliud q̄ ad mortē iter est:ego cū genuit:tū morituros sciui. Deinde adiecit esse maioris prudētiæ & aīːrem huic rei sustuli. omnes huic rei tollimur. quisq̄s ad uitam æditur:ad mortē destinatur. Gaudemus ergo oēs eo quod dabiṫ:reddamusq̄ id cū reposcemur. aliū alio tēpore fata cōp̄hendet: neminē præteribūt. In procīctu stet animus:& id quod necesse est nunq̄ timeat:quod incertū est semp expectet. Quid dicam duces ducūq̄ ꝓgenies:& multis aut cōsulatibus conspicuus:aut triūphis forte defunctis inexorabili:tota cum regibus regna:populiq̄ cum gētibus tulere fatū suum. Oēs immo omnia in ultimū diē spectant. non idem uniuersis finis est. Aliū in medio cursu uita deserit. aliū in ipso aditu relinq̄t. aliū in extrema seruitute fatigatū iā & exire cupiētē uix emittit. alio q̄dem atq̄ alio tēpore: omnes tamen in eundē locū tēdimus. Veꝝ ne stultius sit nescio:mortalitatē ignorare:aut impudētius recusare. Agedum illa quæ multo ingenii labore tui celebrata sunt:in manus sume utriuslibet auctoritatis carmina: quæ tu

ita resoluisti:ut quāuis structura illoꝝ recesserit:permanet tamen gratia. Sic enī ex illa līgua in aliam transtulisti:ut quod difficillimū erat oēs uirtutes in alienā te orationē secutæ sunt nullus erat ī illis scriptis liber:q non plurima uarietates humanæ: īcertorumq; casuū & lachrymaꝝ ex illa atq; alia causa fluentium exēpla tibi suggerat:lege quanto spiritu īgentibus intonueris rebus. Pudebit te subito deficere:& ex tanta orationis magnitudīe dediscere:ne commiseris ut qsqs exemplo ac modo scripta tua mirabitur : quærat quomodo tam grandia:tanq; solida:tam fragilis aīus conceperit. Potius ab istis te:quæ torquent ad hæc tot & tanta quæ consolanť cōuerte:ac respice optios fratres:respice uxorem:filiū:respice pro oīum hoꝝ salute:hac tecum portione in fortuna decidit. Multos habes in qbus acqescas. Ab hac te īfamia uīdica:ne uideatur omnibus plus apud te ualere unus dolor:q̄ hæc tam multa solatia. Omnes istos una tecum pcussos uides:nec posse tibi subuenire:imo etiam ultro expectare:ut a te subleuētur ītelligis.& ideo quāto minus in illis doctrinæ:minusq; īgenii est:tanto magis assistere te necesse est commūi malo. Est āt hocipsum solatii loco:īter multos dolorem suum diuidere:q qa dispensatut īter plura:exigua debet apud te pte subsidere. Non desinam totiens tibi offere Cæsarem:illo moderante terras & ostendente:quanto melius beneficiis īperium custodiatur:q̄ armis. Illo rebus humanis præsidere:nec est periculum : nec qd perdidisse te sentias. in hoc uno tibi satis præsidii:satis solatii est. Attolle te & quotiens lachrymæ suboriunť oculis tuis:totiēs illo in Cæsarē dirige. Siccabuntur maximi & clarissimi cōspectu numinis. Fulgor eius : illos ut nihil aliud possint aspicere perstriget in se hætentes detiebit. Hic tibi quem tu diebus ītueris ac noctibus: a quo nunq̄ deliciis animum cogitandus est:hic contra fortunam aduocandus:ne dubito cū tanta illi aduersus omnes suos sit māsuetudo tātaq; īdulgētia:q multis iā solatiis tuū istud uulnus obduxerit nō nulla dolori obstarēt tuo cōgesserit. Quid porro ut nihil hoꝝ fecerit:nōne protinus ipse conspectus per se tātummodo:cogitatusq; Cæsar maxio solatio tibi est. Dii illum deæq; omnes diu commēdent. Acta hic diui Augusti:quæ tam nos uicat:q̄diu mortalis erit. Nihil ex domo sua mortale esse sentiat. Rectorem romano īperio filiū:lōga fide approbet:& ante illū cōsortē patris q̄ successorē accipiat. Sera & nepotibus:dei de nostris dies nota sit. anteq̄ illū gens sua cælo afferat. Abstine ab hoc manus tuas fortuna. nec in isto potentiam tuā:nisi ea parte qua prodes extederis. patere illū generi humano iādiu ægro & affecto mederi patere qcqd prioris pricipis furor concussit in locū suum restituere ac reponere. Sydus hoc quod præcipitatio in profundum ac demerso in tenebras orbi refulsit semper luceat. Hic germaniam placet:britāniamq; aperiat:& patris triumphos ducat & nouos quoꝝ me quoq; spectatorē futuꝝ ex uirtutibus eius promittit clementia. nec enī sic me deiecit:ut nollet erigere:īmo ne deiecit qdem. sed īpulsum a fortuna & cadentē sustinuit:& in præceps euntē leniter diuinæ manus usus de moderatione deposuit. Deprecatus ē pro me senatum:& uitam mihi non tantum dedit sed petiit. uiderit qualē uolet esse:existiet causam meam:uel iustitiā eius bonā prospiciat:uel clementiam faciat bonam. utrunq; in æquo mihi eius beneficium erit : siue īnocentem me scierit esse:siue uoluerit. iterim magnum miseriaꝝ meaꝝ solatiū ē:uidere misericordiam eius:totū orbē peruagātē:quæ cū ipso angulo cū quo ego defixus sum:conplures multoꝝ iā annoꝝ ruina obrutus effoderit:& in luce reduxerit:nō uereor ne me unū transeat. Ipse autem optīe nouit tempus quocunq; debear succurrere. ego omnē operā dabo ne peruenire ad me erubescat. O fœlicem clementiam tuā Cæsar:quæ efficit ut qetiorem sub te agant uitā exules:quā nuper sub Caio ægere priceps. Non trepidant nec per singulas horas gladium expectant:nec ad oīum nauium conspectum pauent. Per te habent ut fortunæ seuientis modū ita ipse quoq; melioris eiusdē ac præsentis qetem. Scias licet ea demum fulmīa eē iustissima quæ etiam percussi colunt. Hic itaq; priceps q publicum oīum hoīum solatium ē:aut me omnia fallūt:aut iā recreauit aīum tuū:& tā magno uulneri maiora adhibuit remedia:iā te oī cōfirmauit:mō : iā oīa exempla qbus ad aī æqtatem cōpelleris:tenacissima memoria retulit. Iam oīum præcepta sapientum tibi facundia explicuit. Nullus itaq; melius has alloquendi partes occupauerit. aliud habebunt hoc dicente pondus uerba:uelut ab oraculo emissa. omnem ui doloris tui diuina eius contundet auctoritas. Hunc itaq; tibi puta dicere:non te solū fortuna suppressit. sibiq; tam graui afficeret iniuria. Nulla domus in toto orbe terraꝝ aut est aut fuit sine aliqua comploratione. Transibo exempla uulgaria quæ etiam si minora: tamen mira sunt. Ad fastus te & annales perducam publicos:uides omnes has imagines quæ ipleuere cæsarum atrium:nulla non harum aliquo suorum īcommodo īsignis est. nemo non ex istis in ornamentū seculorum refulgentibus uiris:aut desiderio suorum tortus est:aut a suis cum maxio animi cruciatu desideratus est. Quid tibi referam Scipionem africanum:cui mors fratris in exilio nunciata est? Is frater q eripuit fratrem carcere:non potuit eripere fato. Et quam patiens iuris & æqui pietas Africani fuerit: cunctis apparuit. Eodem enī die quo Scipio Africanus uiatoris manibus fratrem abstulerat:tribuno quoq; plæbis priuatus itercessit. tam magno tamen fratrem desiderauit hic animo:q̄ defenderat. Quid referam Aemilianum Scipionem:qui uno pœne eodemq; tempore spectauit patris triumphum:duorumq; fratrum funera:adolescentulus tamen:ac propemodum puer:tanto animo tulit illā familiæ suæ super ipsum Pauli triūphū cōcidentis subitā falsitatē:quāto debuit ferre uir in hoc natus:ne urbe Romanæ aut Scipio deesse:aut Carthago superesset. Quid referā duoꝝ Luculloꝝ direptam morte concordiam? Quid Pompeios:qbus ne hoc qdem sæuiēs reliqt fortuna:ut una deniq; cōciderēt ruina. Vixit Sextus Pōpeius Primū sorori supstes:cuius morte optime coherētis romanæ pacis uincula resoluta sunt. Idēq; uixit superstes optimo fratri:quē fortuna in hoc erexerat:ne minus alte eū deiieceret:q̄ patrem deiecerat. & post hūc tamē casum Sextus Pōpeius nō tātū dolori:sed bello suffecit. Innumerabilia undiq; exēpla separatoꝝ morte fratꝝ succurrūt. imo cōtra uix ulla unq̄ hoꝝ paria cōspecta sunt una senescētia sed cōtētus nostræ domus exem-

plis ero.Nemo enim tam expers erit sensus ac sanitatis:ut fortunam ullis quærant luctum intulisse:q̃ sciet etiam Cæsarum lachrymas cōcupisse.Diuus Augustus dimisit Octauiam sororem charissimā:& ne ei q dem rerum natura lugendi necessitatem abstulit:cui cælū destinauerat.Immo uero idem omni genere or bitatis uexatus:sororis filium successioni præparatū suæ perdidit.Deniq; ne singulos eius luctus enume rē:& Generos ille amisit:& liberos:& nepotes.At nemo magis ex omnibus mortalibus hoiem esse se: dū inter homines erat sensit.nūc tot tātisq; luctus cœpit reg; oīum pacatissimū eius pectus: uictorq; diuus Augustus nō gentiū tātummodo externarū:sed etiam dolorum fuit.C.Cæsar diui Augusti auūculi mei nepos circa primos iuuentæ suæ annos Lucium fratrē charissimum sibi priceps iuuentutis pricipem eius dem iuuētutis amisit in apparatu parthici belli:& grauiore multo animi uulnere q̃ postea corporis ictus est:quod utrunq; & piissime idem & fortissime tulit.Cæsar patruus meus Drusum Germani cōpatrē mi norem natu q̃ ipse erat:fratrē in tima germaniæ recludentē:& gentes ferocissimas Romano subiicientem imperio.in cōplexu & osculis suis amisit:modū tamē lugendi nō sibi tantū:se etiam aliis fecit.ac solum ex ercitum:nō solum mœstū:sed etiam attonitum corpus Drusi sui sibi uendicantē:ad morē romani luctus redegit:iudicauitq; non militandi tantū disciplinā esse seruādā:sed etiam dolēdi.Nō potuisset ille lachry mas alienas cōpescere:nisi prius pressisset suas.M. Antonius auus meus nullo minor:nisi eo quo uictus ē tunc cum rempublicam constitueret:& triumphali potestate præditus:nihil super se uideret: & exceptis uero duobus collegiis omnia infra se cerneret:fratrem interfectum audiuit. Fortuna impotens quales ex humanis malis tibi ipsa ludos facis.Eoipso tempore quo Marcus Antonius ciuium suorum uitæ sedebat mortisq; arbiter.M.Antonii frater duci iubebatur ad supplicium:tulit hoc tamen tam triste uulnus eadē magnitudie animi.Marcus Antonius.q̃ omnia alia aduersa tolerauerat.& hoc fuit ei lugere.xx.legionum sanguinem fratri parare.Sed ut omnia alia exempla prætercam:ut i me quoq; ipso alia taceam funera: bis me fraterno luctu fortuna aggressa est:bis intellexit lædi me posse:uinci non posse.Amisi germanicum fra trem:quem quomodo amauerim intelligit profecto quisquis cogitat: quomodo suos fratres pii fratres ament.Sic tamen affectum meum rexi:ut nec reliquerē qcq quod exigi deberet a bono fratre: nec facerē quod reprehendi posset in pricipe.Hæc ergo puta tibi parentē publicum referre exempla:eundē ostende re q̃ nihil sacrum itactumq; sit fortunæ:quæ ex his penatibus ausa ē funera ducere:ex quibus deos paritu ra.Nemo itaq; miretur aliqd ab illa:aut crudeliter fieri:aut inique.Potest enim hæc aduersus priuatas do mos ullam æqtatem nosse:aut ullam modestiam cuius iplacabilis sæuitia:totiens ipsa funestauit puluina ria.Faciamus licet illi conuitia:non nostro tantum ore:sed etiam publico:non tamen mutabitur. aduer sus omnes se præceps:omnesq; cerimonias se eriget.Hoc fuit in rebus humanis fortuna:hoc erit.nihil in ausum sibi reliquit:nihil intactum.Ibit uiolentior per omnia sicut omnia semper est solita.Eas quoq; do mos causa est iniuriæ causa intrare:in quas per templa aditur:& atram lamentatis foribus induet uestem. Hoc unum obtinemus ab illa uotis ac præcipus publicis:si nondum illi genus humanū placuit consume re:si romanum adhuc nomen propitia respicit hunc pricipem:lapsis hominum in rebus datum sicut om nibus mortalibus sibi esse sacratū uelit.Discat ab illo clemētiā:atq; mitissimo oīum pricipum mitis fieri. Debes itaq; oēs ītueri eos:quos pauloante retuli:aut ascitos cælo:aut proxios:& ferre æquo aīo fortūam. Ad te quoq; porrigentem manus:quas ne ab eis quidem per quas uiuimus abstinet.Debes illorum imi tari firmitatē in pferendis & euicendis doloribus:in quantū modo homini fas est per diuīa ire uestigia. Quanuis in aliis rebus dignitatū magna descrimina.Virtus in medio posita est:neminem dedignatur: q modo dignum se illa iudicat.Optie certe illos imitaberis:q cum idignari possent non esse ipsos expertes huius mali.tamen in hoc uno se cæteris æxequari hominibus non iniuriam:sed ius mortalitatis: iudica uerūt tuleruntq;:nec nimis acerbe & aspere qd' acciderat:nec molliter & effœmiate.Nā & nō sentire mala sua non est hois:& non ferre non est uiri.Non possunt tamen cum omnes circueri Cæsares:qbus fortuna fratres & sorores eripuit:hunc præterire ex omni Cæsarum numero excerpendum:quem rerum natura i exitium obprobriumq; humani generis ædidit:a quo imperium aduersum adustum:atq; funditus pri cipis piissimi recreat clementia.C.Cæsar amissa sorore Drusilla:in homo qui non magis dolere q̃ gaude re pricipaliter posses:conspectum:conuersationēq; ciuium suorum profugit.exeqiisq; sororis suæ non i terfuit:iusta sorori non præstitit:sed in albano suo cesserit:ac foro & aduocatis:& huismodi aliis occupa tionibus acerbissimi funeris eleuabit mala.Proh pudor iperii pricipis romani lugentis sororem alea sola tium animi fuit.Idem ille Caius furiosa iconstantia:modo barbam:capillumq; submittens:modo Italiæ ac Siciliæ oras errabundus prometiens:& nunq̃ satis certus utrum lugeri uellet: an coli sororem. Eo dem enim tempore quo templa illi constituebant: ac puluinaria eos qui parum mœsti fuerant: crudelis sima afficiebat aiaduersione. Eadem enim intemperie animi aduersarum rerum ictus ferebat:qua secun darum elatus euentu:super humanum intumescebat modum.Procul istud exemplum ab omni roma no uiro luctum sum: aut intempestiuis uacare lusibus sordidum ac squalloris fœditate irritare:aut alie nis malis oblectare minime humano solatio.Tibi uero nihil ex consuetudine mutandum tua. Quoni am quidem ea instituisti amare studia:quæ optime & fœlicitatem extollunt:& facillime minuunt cala mitatem:eademq; & ornamenta hominum maxima sunt & solatia.Nunc itaq; studiis tuis imergere:acri us nunc illa tibi uelut munimenta animi circunda:nec ex ulla tibi uelut tui parte:inueniat itroitum do lor.Fratres quoq; tui produc memoriam aliquo scriptorum monimento tuorum.Hoc enim unum ē re bus humanis opus:cui nulla tempestas noceat:nulla consumat uetustas.Cætera quæq; per constructio nem lapidum & marmoreas moles: aut terrenos cumulos in magnam eductos altitudinem constat.non

propagarunt longã diem:quippe & ipsa intereunt.Immortalis est ingeniis memoria: hãc tuo frati largire
in hac eum colloca:& melius illum diutino semper consecrabis igenio:q̄ irrito dolore lugebis. Quod ad
ipsam fortunam pertinet:etiam si nunc agi apud te causa eius non potest.Omnia illa quæ nobis dedit: ob
hoc ipsum q̄ aliquid eripuit inuisa sunt. Tunc tamen erit agenda cum primum æquiorem te illi iudicem
dies fecerit.tunc enim poteris in gratiam cum illa redire.Nam multa prouidit quibus hanc emendaret in
iuriam.Multa etiam nunc dabit quibus redimat.Deniq̄ ipsum quod abstulit:ipsa dederat tibi.Noli ergo
contra te ingenio uti tuo.noli adesse dolori tuo.Potest q̄dem eloquẽtia tua quæ praua sunt approbare: p̄
magnis rursus magna attenuare:& ad minima ducere.Sed alio ista uires seruet suas:nũc tota re in solatiũ
tuum conferat.Sed tamẽ despice ne hoc iam quoq̄ sit superuacuum.Aliquid enim a nobis natura exigit:
plus uanitate contrahitur.nunq̄ autem ego a te ne ex toto mereas exigam.Et scio iueniri quosdam duræ
magisq̄ fortis prudentiæ uiros qui negent doliturum esse sapientem.Hi uero uidentur nunq̄ i huiusmo
di casum incidisse.Alioquin excudisset illis fortuna in superbam sapientiam:& ad confessionem eos uerã
etiam inuitus compulisset.Satis præstiterit oratio si id unum ex dolore:quod & superest & abundat exci
derit:ut quidem nullo omnino esse compatiatur.Nec sperandum ulli:nec concupiscendum est.Hunc po
tius modum seruet:qui nec impietatem imitetur:nec insaniam & nos in eo teneat habitu:qui & piæ mẽ/
tis est.nec motæ fluant lachrymæ:sed ædem desinant.trahantur ex imo pectore gemitus:sed ibidem cõ/
sistantur.Sic rege animum tuum:ut & sapientibus te approbare possis & fratribus. Effice ut frequenter
fratris tui memoriam tibi uelis occurere:ut illum & sermonibus celebres:& assidua recordatione repræ/
sentes mihi.Quod ita deniq̄ consequi poteris:si tibi memoriam eius iucundam magis q̄ flebilem feceris.
Naturale est enim ut super animus ab eo refugiat:ad quod cum tristitia reuertitur. Cogita modestiam
eius:cogita in rebus agẽdis solertiam:in exequẽdis industriã:in promissis constantiam.Omnia dicta eius
ac facta & aliis expone:& tibimet ipse commemora.Qualis fuerit cogita:qualisq̄ sperari potuerit. Quid
enim de illo non tuto sponderi fratre possit? Hæc utcunq̄ potui longo iã:sed absoleto & hebetato animo
composui:quæ si aut parum respondere ingenio tuo:aut parum mederi dolori uidebuntur.cogita q̄ non
possit is alienæ uacare consolationi:quem sua mala occupatum fecerunt:& q̄ non facile latina ei uerba ho
mini succurrant:quem barbarorum inconditus grauisq̄ fremitus circumsonat.

Explicit liber de breuitate uitæ ad Paulinum.

LVCII ANNEI SENECAE AD LIBERALEM DE STVDIIS LIBERALIBVS. LIBER INCIPIT.



DE liberalibus studiis quid sentiam scire desideras:nullum suscipio:nullum in bonis nume
ro:quod adeo exit.Meritoria artificia sunt.hactenus utilia si præparent ingenium non de/
tinent:Tandiu.n.eis immorandum est:quandiu nihil animus agere maius potest. Rudi/
menta sunt nostra non opera.Quare liberalia studia dicta sunt uides:quia homini libero
digna sunt.cæterum unum studium uero liberale est. q̄ liberum facit: hoc est sapientem
sublimem:fortem:magnanimum.cætera pusilla & puerilia sunt.An tu quicq̄ in istis cre/
dis esse boni.quorum p̄fessores turpissimos omnium ac flagitiosissimos cernis? nos dicere debemus ista:
sed didicisse.Quidam illud de liberalibus studiis quærendum iudicauerunt:an uirum bonum facerent:
nec promittunt quidem:nec huius rei scientiam affectant. Grammaticus autem circa curam sermonis
uersatur:& si latius euagari uult circa historias.Iam ut longissime fines suos proferat circa carmina.Quid
horum ad uirtutem uiam sternit? Syllabarum enarratio:& uerborum diligentia:& memoria fabularum
& uersuum lex ac modificatio.Quid ex his moetum demit:cupiditatem eximit:libidinem frenatur? Ad
Geometriam transeamus & ad Musicam.Nihil apud illos inuenies q̄ me uetet timere:uetet cupere.Quis/
quis ignorat alia frustra sit.Videndum autem utrum doceant isti uirtutem an non.Si non docent:nec tra
dunt quidem.Si docent philosophi sunt. Vis scire q̄ ad docendam uirtutem non considerãt.Aspice q̄ dis/
similia intra se omnium studia sint. At quasi similitudo esset idem docentium:nisi forte tibi Homerum
philosophum fuisse persuadent.cum his ipsis quibus colligunt:negent.Nam stoicum modo illum faciũt
uirtutem solam probantem & uoluptates refugientem & ab honesto: nec immortalitatis quidem præ/
cio recedentem.Modo epycurum laudantem statum quietæ ciuitatis & inter cõuiuia cantusq̄ uitam exi
gentem.Modo perypateticum bonorum genera inducentem.Modo achademicum omnia incerta dicen
tem.Apparet nihil horum esse in illo:cui omnia insunt:ista enim inter se dissident: demus illis Homerũ
philosophum fuisse.Nempe factus ẽ sapiens:anteq̄ carmina illa cognosceret.Ergo illa discamus:quæ Ho
merum fecere sapientem.Hæc equidem me quærere:utrum maioris ætatis fuit Homerus an Esyodus:
non magis ad rem pertinet q̄ scire an minor Ecuba fuerit q̄ Elena.quare q̄ male tulerit ætatem.Quid inq̄
annos ætatem Patrocli & Achillis inquirere ad rem existimas pertinere? Quæris ulixes ubi errauerit: po
tius q̄ efficias ne nos semper erremus.Non uacat audire utrum intra Italiam & Siciliam iactatus sit:an ex
tra notam nobis urbem.Neq̄ enim potuit intra angustos errores seu tam lõgas tẽpestates.Nos anni quo/
tidie iactant:& nequitia in omnia ulixis mala impellit.Non deest forma:quæ solicitet oculos non hostis.
Hinc monstra effera & humano cruore gaudentia.hinc insidiosa blandimenta aurium hinc naufragia &
tot uarietates maloꝝ.Hæc me doce quomodo patriã amẽ:quomodo uxorẽ:quomodo patrem:quomo/
ho tã honesta uel naufragio nauigẽ.Quid inquiris an Penelope impudica fuit:an uerba seculo suo dedit:
an ulixẽ illũ esse quẽ uidebat anteq̄ sciret suspicata sit.Doce me quid sit pudicitia & quãtum in ea bonũ in

corpore humano posita. Ad musicum transeo. Doces me quõ acutæ intra se ac graues consonent uoces. Quomõ neruoꝝ disparẽ reddentiũ sonũ fiat concordia. fac potius quomodo animus meus secũ cõsonet nec cõsilia mea discrepẽt. Monstras mihi qui sint modi flebiles: mõstra potius quomodo itra aduersa non emittã flebilẽ uocẽ. Metiri me geometra docet latifunda: potius q̃ doceat quomodo metiar quãtũ hõi satis sit. Numerare me doceat arithmetica & auaritiæ cõmodat digitos: potius q̃ doceat: nihil ad rẽ pertinere istas cõputationes: nõ esse fœliciorẽ: cuius patrimoniũ tabularius lassat. Immo q̃ superuacua possideat qui ifœlicissimus futurus est: si quãtũ per se cõputare coget. Quid mihi prodest scire agellum in partes diuidere: si nescio cum fratre diuidere? Quid prodest mihi subtiliter colligere pedes: iungere & cõpræhendere: etiã siqd decẽ pedes effugit. Si triste me facit uicinus præpotens & aliqd ex meo abradens: doce quomodo nihil pdã ex finibus meis. At ego discere uolo quõ totos hilaris admittã. Paterno agro: & auito ingt expellor. Quid? ante auum tuũ: qs istũ agꝝ tenuit? Cuius dico hoĩs colonus es? Si bene tecum agitur hærẽdis negãt & iurisconsulte: qcq̃ publicũ usucapi. Publicum ẽ qcqd est generis humani. O egregiã artẽ scis rotũda metiri: in quadratũ redigis quãcũq; acceperis formã. Interualla si iteꝝ ducis. Nihil est quod in mensuram tuam nõ cadat. Si artifex es: metire hoĩs aĩum. Dic q̃ magnus scit. Dic q̃ pusillus sit. Scis quæ recta scit linea. Quid tibi prodest siquid in uita rectum sit ignoras? Venio nunc ad illum: q cælestium noticia gloriatur. Frigidam saturni sese quo stella receptet. Quot signis cæli Cillenius erret in orbes. Hæc scire qd proderit ut scire solicitus sim. cum Saturnus & Mars econtrario stabũt discam ubicunq; sunt ista ꝓpitia esse: non posse mutari. Agit illa continuus ordo fatoꝝ & ĩeuitabilis cursus. Per statutas urbes remeatur & affectus reꝝ oium: aut mouent aut notãt. Sed siue qcqd euenit faciunt: qd imutabilis rei noticia proficiet? Siue significant: qd refert prouidere: q effugere non possis? Scias ista nescias fient. Si uero solem ad rapidũ stellasq; sequentes ordĩe respicies: nunq̃ te crastia fallit hora. Nec isidiis noctis capiere serenæ. Sed ante satis abundeq; prouisum est: ut ab isidiis tutus essem. Nunqd me crastia non fallit hora? fallit enĩ qd nescienti uenerit: ergo qd futurum sit nescio. Quid fieri possit scio: ex hoc nihil desperabo: totum expecto. Siqd remittitur boni consulo. Fallit me hora si parcit: sed ne qdem sic fallit. Nam quemadmodum scio omnia accidere posse: sic scio & non utiq; casura. Vtiq; secunda expecto malis paratus sum: animo ferası necesse est non per præscriptum euntem. Non enĩ adducor ut in numerum liberalium artium pictores recipiam non magis q̃ statuarios: aut marmorarios: aut cæteros luxuriæ mĩistros: æque luctatores & totam oleo: ac luto cõstantẽ sciẽtiã expello. ex his studiis liberalibus aut unguentarios excipiã & cæteros uoluptatibus nostris ĩgenia accomodantes sua. Quid enĩ oro te Liberale habẽt isti ieiunii uomitores quorum corpora ĩ sangina aĩ in macie & ueneno sunt: an liberale studium istud esse iuuẽtuti nostræ credius: quam maiores nostri re ẽt exercuerunt hastile iacere: sudem torquære: equum agitare. Diuia tractare nihil liberos suos docebant: quod discendum esset iacentibus. Sed nec hæc nec illæ docent: aluntue uirtutẽ Quid enĩ prodest æquum regere: & cursum eius freno reparare affectibus effrenatissimus abstrahi? qd ꝓdest multos uĩcere luctatione: uel ab iracundia uinci? qd ergo. nihil nobis liberalia conferunt studia. Ad alia multum: ad uirtutẽ nihil. Nam & hæ uiles ex professo artes quæ manu constant ad istrumenta uitæ plurimũ conferũt: tamen ad uirtutẽ nõ pertinẽt. Quare ergo liberalibus studiis filios erudimus? Nõ qa uirtutẽ dare possunt: sed qa animũ ad accipiendam uirtutem præparãt: quẽadmodũ illa ut antiq uocabãt litteratura per q̃ pueris elemẽta tradunt. Non docet liberales artes: sed mox percipiendis locũ parat. Sic liberales artes non producunt animũ ad uirtutẽ: sed expediũt. Quatuor esse ait artiũ Possidonius genera. Sunt uulgares & sordidæ: sunt ludicræ: sunt pueriles: sunt liberales. Vulgares officia quæ manu cõstãt & ad istruendam uitã occupate sunt. In quibus nulla decoris nulla honesti simulatio est. Ludicræ sunt q̃ ad uoluptatem oculoꝝ atq; auriũ tendũt: his annumeres licet machinatores qui paginata per se surgentia excogitant: & tabulata tacite in sublime crescentia: & alias ex inopinatas uarietates. Aut dehiscẽtibus quæ coherebant. aut his quæ distabãt sua spõte coherentibus. aut quæ eminebant paulatim in se residentibus. His iperitoꝝ feruntur oculi. Omnia subita qa causas non nouere mirantur. Pueriles sunt & aliquid habẽtes liberalibus. hæ similæ artes quas Ellÿraioyt græci nostri liberales uocant. Solæ autem liberales sunt. ĩmo aliqua pars philosophiæ naturalis: aliqua moralis est: aliqua rõnalis. Sic & hæc quoq; liberaliũ artiũ turba locũ sibi in philosophia uendicat. Cũ uentũ est ad naturales quæstiões geometriæ testimonio stat. Ergo quã adiuuat pars est? multa adiuuãt nos nec ideo partes nostræ sunt: immo si partes essent nõ adiuuarent. Cibus adiutoriũ corporis nõ tamen pars: aliqd nobis præstat auxiliũ geometriæ ministerium: sic philosophiæ necessaria est. Quomodo ipsi faber: sed nec hæc geometriæ pars ẽ nec illa philosophiæ. Præterea utraq; fines suos habet. Sapiens enĩ causas naturalium quærit & nouit: quoꝝ numeros mensurasq; geometre persegtur: & supputat qua ratione constent celestia: quæ illis sit uis. quæue natura. Sapiens scit cursus & recursus & qualdã obseruationes p quas descẽdũt & eleuant. ac spem interdũt istantiũ præbent uel cũ cælestibus stare nõ liceat. Colligit mathematicus: q cũ in speculo imagines exprimat sciet. sapiens illud tibi geometra potest dicere: quã cũ abesse debeat corpus imagine & q̃lis forma speculi: q̃les imagines reddat. Magnũ eẽ solẽ philosophus probabit: quãtus sit mathematicus: qui usu quodã & exercitatiõe ꝓcedit: sed ut ꝓcedat ĩpetranda illi quædã principia sunt. Non est autẽ ars sui iuris cui præcarium fundamentum est. Phĩa alio petit: totũ opus a se sola excitat. Mathematica ut ita dicã superficiaria est. In alieno ædificat: accipit præmia: quoꝝ beneficio ad ulteriora perueniant. Si per se iret ad uerum: si totius mundi naturam posset compræhendere: dicerẽ multum collaturam mentibus nostris quæ tractaui. Cælestiũ cresciẽt trahũtq; aliqd ex alio. Vna re cõsumitur aĩus. sciẽtia bonorum ac maloꝝ ĩmutabiliq; soli phĩæ competit.

Nihil autem nulla ars alia de bonis ac malis quærit: singulas habet circuire uirtutes. Fortitudo cōtēptrix timēdoꝝ est. Terribilia & sub iugū libertatē nostrā timētia despicit: prouocat: frangit. Nunqd ergo hanc liberalia studia corroborant? Fides sacratissimū humani pectoris bonū est. Nulla necessitate ad fallēdū cogitur. Nullo corrūpitur præmio: ure inqt: cede occide: nō perdā. sed quo magis secreta quæret dolor, hæc illa altius cō det. Nunqd liberalia studia hæc facere possunt? Tēperantia uoluptatibus imperat. alias odit atq; ambigit. alias dispēsat & ad sanū modū reducit. nec unq̄ ad alias ꝓpter ipsas uenit. Scit optimū modū esse: cupidoꝝ non quātū uelis: sed quantū debeas sumere. Humanitas uetat superbū esse aduersus socios: uetat auꝝ: uerbis: rebus: affectibus: cōmunē se facileq̄ omnibus præstat. Nullū alienū putat. Bonū autem suū ideo maxime quod alicui bonū futuꝝ est amat. Nunqd liberalia studia hos mores præcipiunt? Non magis q̄ simplicitatē: q̄ modestiā ac moderationē. Nō magis q̄ frugalitatē ac parsimoniā. Nō magis q̄ clementiā: quæ alieno sanguini tanq̄ suo parcit: etiā scit non bonis esse solū ad prodesse. Cum dicatis inqt sine liberalibus studiis ad uirtutē non peruenire: quēadmodū negatis illa nihil cōferre uirtuti? Quia non sine cibo ad uirtutem peruenitur. cibus tamē ad uirtutē nō pertinet. ligna naui nihil cōferūt: q̄uis nō sit nauis nisi ex lignis. Non est inq̄ cur aliquid putes cum adiutorio fieri sine quo non potest fieri. Potest inqt illud dici: sine liberalibus studiis uenire ad sapientiam posse. Quamuis eni uirtutis discenda sit tamen non per hæc discit. Quid est aūt quare existimē non futuꝝ sapientē eū qui litteras nescit: cū sapiētia nō sit in litteris? Res tradit nō uerba & nescio: an certior memoria sit quæ nullū extra se subsidiū habet. Magna & spatiosa res est sapientia: uacuo illi loco opus est. De diuinis humanisq̄ discēdū est. De præteritis: de futuris: de caducis: de æternis: de tempore: de quo nunc uide q̄ multa quærātur. Primum an per se sit aliquid. Deinde an aliquid ante tempus sit sine tempore: cum mundo cœperit: an ante mundum quia fiunt aliquod fuit & tempus. Innumerabiles quæstiones sunt de animo tantum. Vnde sit: qualis sit: quando esse incipiat quam diu sit: aliūde alio transeat: domicilia mutet: ad alias animalium formas aliasq̄ coniectas: an nō amplius q̄ semel seruiat: & emissus uaget in toto. Verum corpus sit: aut quid sit facturus: cum parum aliquid facere desierit. Quomō libertate sua usurus: cū ex hac effugerit cauea. An obliuiscatur priorum & illic nosce incipiat. An de corpore abductus in sublime secessit. Quācūq; partē reꝝ humanaꝝ diuinarūq; comprahenderis ingenti copia quærendoꝝ ac discendoꝝ fatigaberis. Hæc tam multa: tam magna: ut habere possint uirtutes libeꝝ hospitiū: superuacua ex animo tollēda sunt. nō dabit se in has angustias uirtus: laxū spatium res magna desiderat: expellanē oīa: totū pectus illi uacet. At eni delectat artium noticia multaꝝ. Tātū itaq; ex illis retineamus: quantū est necessariū. At tu existias reprahendendum: qui superuacua usu sibi cōparat: & præciosaꝝ reꝝ pompā in domo explicāt: & nō putas eum: qui occupatus est in superuacua litteraꝝ supellectile. Plus scire uelle q̄ sit satis intemperantiæ genus est? Quid ista liberalium artium cōsecratio: molestos: uerbosos intempestiuos sibi placentes facit. Et ideo nō discētes necessaria: qa supuacua legissent. Quatuor milia libroꝝ Didus grāmaticus scripsit: miser si tā multa supuacua legisset. In his libris de patria Homeri quæritur: in his libidinosior Anacreon: an ebriosior uixerit. In his an Sapho sybilla fuerit: & alia quæ errāt: discenda scires nunc? & longā esse uitam nega. Sed ad nostros quoq; cum perueneris ostēdā multa securibus recidēda. Magno impendio ipsoꝝ magis alienaꝝ auriū molesta: laudatio hæc cōstat. O hoīem litteraꝝ: simus hoc circulo rusticio cōtēti. O uiꝝ bonū. Ita ne annales euoluā olim gētium & quis primus carmina scripserit quærā: quātū tpis inter orphea intercessit: & Homeꝝ cum fastos non habeam? Computabo & Aristarchi ineptias: quibus aliena cōpinxit? Ea cognoscam & ætatē in similibus conterā. Ita ne in geometriæ puluere habebor. Adeo mihi præceptū illud salutare excedit: tempori parce hæc scientia. Et quid ignorē? Appion grāmaticus: qui sub Caio Cæsare tota circūlatus ē græcia: & nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adopratus aiebat. Homeꝝ utraq; materia cōsumata & Odissea: & Iliade pricipium adiecisse operi suo; quo bellū troianū complexus est. Huius rei argumētum afferebat: q̄ duas litteras in primo uersu posuisset ex industria: libroꝝ suoꝝ numeꝝ cōtinētes. Talia sciat oportet qui multa uult scire: non cogitare quātū tēporis tibi auferat mala ualitudo: quātū occupatio quotidiana: quātum publica: quātū priuata: q̄ntū somnus. Metire ætatē tuā tam multa nō capit. De liberalibus studiis loquor Philosophi quātū habēt superuacui: quātū ab usu recedētis: ipsi quoq; ad syllabaꝝ dictiones & coniūctionū ac præpositionū proprietates descenderūt: & iuidere grāmaticis: iuidere geometris. Quid in illorum artibus supuacuum erat transtulere in suā. Sic effectū est ut diligentius loq̄ scirent q̄ uiuere. Audi quantū mali faciat nimia subtilitas: & q̄ infesta ueritati sit. Pythagoras ait: de omni re in utranq; partem disputare posse ex æquo & de hac ipsa. an omnis res in utranq; partem disputabilis sit. Nausiphāes ait ex his quæ uidenē esse nihil magis q̄ non esse. Parmenides ait ex his quæ uidenē nihil esse uniuerso. Zeno eleates. omnia negocia de negocio deiecit. Ait enim nihil est. Circa eadem fere philosophi ronei uersatur & megarici: & cretici & achademici: qui nouam iuduxerunt scientiam tradunt nihil scire. Hæc omnia in illum superuacuum studiorum liberalium graecen comicen. illi mihi non firmam scientiam tradunt: hii spem omnis scientiæ eripiunt: satius est superuacua scire q̄ nihil. Illi non præferri: ut lumen per opacies dirigaē ad ueꝝ. hi oculos mihi effodiunt. Si Pythagore credo nihil in rerum natura est nisi dubium. Si Nausiphani: hoc unum certum est nihil esse certi. Si Parmenidi: nihil est præter unum. Si Zenoni non unum quidem. Quid ergo nos sumus? Quid ista quæ nos circunstant: alunt: substinent? Tota rerum natura umbra est. Aut inanis aut fallax: non facile dixerim quibus magis irascar: aut illis qui nos nihil scire uoluerunt. An illis qui ne hæc quidem: nobis relinquærunt: nihil scire.

Explicit Liber Lucii Annei Senecæ de studiis liberalibus.

Incipiūt puerbia Senecæ secūdū ordinē alphabeti.



Lienum est omne qcqd optādo euenit.
Ab altero expectes:alteri quod feceris.
Aius uereri qui scit:scit tutus aggredi.
Auxilia humilia firma consensus facit.
Amor aī arbitrio sumitur:non ponitur.
Aut amat:aut odit mulier:nihil est tertium.
Ad tristem partem strenua suspitio debetur.
Ames parentem si æquus est:si aliter feras.
Aspicere oportet quod possis perdere.
Amici uitia si fers:facis tua.
Aliena homini ingenuo:acerba ē seruitus.
Absentem ledit qui cum ebrio litigat.
Amans iratus multa mentitur sibi.
Auarus ipsæ miseriæ causa est suæ.
Amans quid cupit scit:quid sapiat non uidet.
Amans quod suspicatur uigilans:somniat.
Ad calamitatem quilibet rumor ualet.
Amor extorquæri non potest:sed elabi potest.
Ab amante lachrymis redimamus iracundiam.
Aperte cum est mala mulier:tum demum ē bona.
Auaræ facilem capias ubi non sis idem.
Amare & sapere uix a deo conceditur.
Auarus nisi cum moritur:nihil recte facit.
Astute crines dum celantur:ætas indicatur.
Auarus damno potius q̄ sapiens dolet.
Auaro quid mali optes?nisi ut uiuat diu.
Animo dolenti nihil oportet credere.
Alienum nobis:nostrum plus aliis placet.
Amare iuueni fructus est:crimen seni.
Anus cum ludit:morti delitias facit.
Amoris uulnus idem qui sanat:facit.
Ad pœnitendum properat:cito qui iudicat.
Amicos tes optimæ parant:aduersæ probant.
Aleator quanto in arte est:tanto est nequior.
Amor ocioso causa solitudinis est.
Aberrare a fortuna tua non potes:obsidet te.
A quocūq descenderis:magno apparatu sequtur.
Acerrima uirtus est:quā ultia necessitas excutit.
Agat princeps curam non tantum salutis:sed honestæ cicatricis.
A duabus causis præstare priceps solet:si aut se uīdicat:aut alium.

Is est gratum quod opus ē:si ultro offeras.
b Bonaæ reæ consuetudo pessima est.
Beneficium qui dare nescit:iniuste petit.
Bonum est fugienda aspicere in alieno malo.
Beneficium accipere:libertatem uendere est.
Bona nemini hora est:ut non alicui sit mala.
Bis enim est mori:alterius arbitrio mori.
Beneficia plura recipit:qui scit reddere.
Bis peccas cum peccanti obsequium accommodas.
Bonus animus læsus:grauius multo irascit.
Bona mors ē homini:uitæ quæ extiguit mala.
Beneficium dando accepit:qui digno dedit.
Blanditia non imperio fit dulcis uenus.
Bonus animus nunq̄ erranti obsequm accōmodat.
Beneficium qui se dedisse dicit:petit.
Beniuoli coniunctio animi maxima ē cognatio.
Beneficiū sæpe dare:docere ē reddere.
Bonitatis uerba mutare maior malicia est.
Bona opinio homini tutior pecunia est.
Bonum est quod si supprimis: nequaq̄ extinguis.
Bis uincit:qui sese uincit in uictoria.
Benignus etiam dandi causam cogitat.
Bis itermittitur:qui suis armis perit.
Bene dormit qui non sentit q̄ male dormiat.
Bono crimen ē officiosus miser.
Bona fama in tenebris propriū splēdorē obtinet.
Bene cogitata se excedūt:non occidunt.
Bene perdit nūmos:iudici cum dat nocens.
Bonis nocet:qui malis parcit.
Bonos iudex est:qui nouit dispensare quod dandū est:& quatenus.
Bonæ iustitiæ:proximus modus ē seueritas.
Beneficium ē eo carere:quod inuitus possideas.
Beneficium ē semper reddere bonitatis uerba.
Bonum ē reddere bona uerba:etiam inimicis.
Bona q̄ ueniūt:nisi sustineanť cadūt ut opprimāt.
Bona imperante anima:ē pecunia.
Bonum ad uiræ cito:moritur iracundia.
Breuis mens ipsa ē memoria iracundiæ.
Bona turpitoē:quæ periculū uindicat.
Bona comparat præsidia misericordia.
Beneficiū dignis ubi des:omnes obligas.

Onsueta uitia ferimus:nisi repræhēdimus.
c Crudelis in re aduersa obiurgatio.
Cauendi nulla ē dimittenda occasio.
Cui semper dederis:ubi neges rapere imperas.
Crudelem medicū intemperans facit æger.
Cuius mortē amici expectant:uitam oderit.
Cum inimico nemo in gratiam cito redit.
Citius uenit periculum cū contemnitur.
Casta ad uiræ matrona parendo imperat.
Cito ignominia fit superbi gloria.
Consilio melius uincas:q̄ iracundia.
Cuius dolori remedium ē patientia.
Cum uitia prosunt:peccat qui recte facit.
Contumeliam:nec fortis potest:nec igenuus pati.
Cōscientiā amici:nullius inuenit lingua præcepts.
Contemni est leuius q̄ stultitia percute.
Comes facundus in uia pro uehiculo est.
Cito improborum læta:ad perniciem cadunt.
Crimen relinquit uitæ:qui mortem appetit.
Clementia in quācūq domū uenerit:fœlicem eam tranqllam q præstabit.
Clemētia est tēperātia animi in potestate ulcisčēdi.
Clemētia est leuitas superioris aduersus iferiorē.
Consuetudo peccādi:multitudinē facit peccantiū.

Iscipulus est prioris:posterior dies.
d Damnare ē obiurgare cū auxilio opus est.
Diu apparandū ē bellū:ut uincas celerius.
Dixeris maledicta:cū ingratū hominem dixeris.
De inimico non loquaris malum:si cogites.
Deliberare utilia:mora est tutissima.
Dolor decrescit:ubi quo crescat non habet.
Dedíscere flere fœminam est mendacium.
Discordia fit charior concordia.
Deliberandū ē diu quicquid statuendū est semel.

Difficilem habere opportet aurem ad crimina.
Dum eſt uita grata:mortis conditio eſt optima.
Damnum appellandum eſt:cū mala fama lucrum.
Ducis in conſilio poſita eſt uirtus militum.
Dies quod donat timeas:cito raptum uenit.
Dimiſſum quod neſcitur non admittitur.
Difficilius eſt moderari:ubi dolori debetur ultio:q̃ ubi exemplo.
Tiam innocentes cogit mentiri dolor.
e Etiam peccato recte præſtatur fides.
Etiam celeritas ĩ deſiderio mora eſt.
Ex uitio alterius:ſapiens ſuum timendat.
Et deeſt & ſuperat miſeris cogitatio.
Etiam obliuiſci quod ſcis:interdum expedit.
Ex hominum quæſtu:facta eſt fortuna dea.
Effugere cupiditatem regnum eſt inuenire.
Exuli ubi nuſq̃ domus eſt: ſine ſepulchro eſt tanq̃ mortuus.
Et qui faciunt:odiunt iniuriam.
Eripere telum & non dare:irato decet.
Exilium pati eſt:patriæ ſe degenerare.
Etiam capillus unus habet umbram ſuam.
En q̃ miſerum eſt fieri:metuendo ſenem.
Etiam hoſti eſt æquus:qui habet in conſilio fidē.
Excelſus malis facilius caſus nocet.
Errat ſiquis exiſtimat tutum diu eſſe regem.
Ex ſæua animaduerſione nulla regi gloria eſt.
Euadere poſſunt puſilla mala:& uerba dare ingentibus obuiam itur.
Excuſationem quærere uitium eſt: omnia ad deū relinque.
Elemoſyna nō tā accipiētibus:q̃ dātibus prodeſt.
Ex ſpe præmi:ſolatium fit laboris.
Idem qui perdit:ſe ſeruat in reliquum.
f Fortunam cum blanditur:captatum uenit.
Fortunam citius reperies q̃ retineas.
Formoſa facies:muta commendatio eſt.
Fruſtra rogatur:qui miſereri non poteſt.
Fortuna unde aliquid fregit:caſus eſt.
Fraus eſt accipere:quod non poſſis reddere.
Fortuna nimium quem fouet:ſtultum facit.
Fatetur facinus is:qui iudicium fugit.
Fœlix improbitas:optimorum eſt calamitas.
Feras:non culpas:quod ĩmutari non poteſt.
Futura pugnant:ut ſe ſuperari ſinant.
Furor fit:læſa ſæpius patientia.
Ficta cito ad naturam ſuam recidunt.
Fidem qui perdit:nihil poteſt ultra perdere.
Facilitas animi ad partem ſtultitiæ rapit.
Fides unanima unde abiit:nunq̃ redit.
Fidem nemo unq̃ perdit:niſi qui non habet.
Fortuna obeſſe nulli contenta eſt ſemel.
Fulmen eſt:ubi cum poteſtate iracundia habitat.
Fruſtra cum ad ſenectutem uentū eſt repetes adoleſcentiam.
Falſum maledictum:maliuolum mendacium eſt.
Fœminæ naturam regere:deſperare odiū eſt.
Feras difficilia:ut facilia leuius feras.
Fortuna nemini plus:q̃ conſilium ualet.
Fortuna uitrea eſt:quæ cū tātū ſplēdet frangitur.
Feras quod lædit:ut qđ prodeſt perferas.
Facit gratum fortuna quem nemo uidet.
Facilius priuatis ignoſcit̃:ptinaciter ſe iudicātibus.
Frequens uīdicta:paucoꝝ odium reprimit: oīum irritat.
Raue præiudicium eſt: qđ iudiciū nō hēt.
g Grauiſſima eſt probi hoīs iracundia.
Grauis aī pœna eſt:quē poſt factū pœnitet.
Grauis animus dubiam non habet ſniam.
Graue eſt malum omne:quod ſub aſpectu latet.
Grauius nocet:quodcūq; inexpertum accidit.
Grauior eſt inimicus:qui latet in pectore.
Grauiſſimū eſt imperium conſuetudinis.
Graue crimen etiam cum dictum eſt leuiter nocet.
Grauis a magnis ad maiora fit.
Eu q̃ difficile eſt gloriæ cuſtodia.
h Homo extra corpus ſuum ē:cum iraſcit̃.
Heu q̃ ē timidus:qui ſe mori tutū putat.
Homo qui in hoīe calamitoſo ē miſericors:meminit ſui.
Honeſta turpitudo ē mori pro bonā cauſa.
Habet in aduerſis auxilia:q commodat in ſecūdis.
Heu q̃ miſerum ē diſcere ſeruire:ubi ſis doctus dominari.
Heu q̃ miſeꝝ ē fieri metuendo ſenem.
Heu q̃ miſerum eſt ab illo lædi: de quo non poſſis quæri.
Hominem experiri multa paupertas iubet.
Heu dolor q̃ miſer ē:qui in tormēto uocē nō hēt.
Heu q̃ pœnitēda incurrūt:uiuendo diu.
Habet ſuū uenenum:blando oratio.
Homo totiens moritur:quotiens amittit ſuos.
Homo ſemper in ſe aliud fert:in alterum aliud cogitat.
Honeſtus timor alterum patrimonium eſt.
Homo neſcit:ſi ſine dolore fortunam inuenit.
Honeſte ſeruit:q ſuccumbit tempori.
Homo uitæ commodatus ē:non donatus.
Hæres fictus:ſub perſona riſus ē.
Hæredem ſcire utilius ē:q̃ quærere.
Habent locū maledicti crebræ nuptiæ.
Hæc clementia principem decet:ut quocūq; uenerit manſuetiora omnia faciat.
Haud minus turpia ſunt principi multa ſupplicia: q̃ medico multa funera.
Nferior horreſcit:qcqd peccat ſuperior.
i Inimicū ulciſci:uitam accipere ē alteram.
Id agas:ne quis merito tuo te oderit.
Inuitum cū retineas:exire incitas.
Ingenuitatem lædis:cū indignū roges.
In nullo auarus bonus ē:in ſe peſſimus.
Inopi beneficiū bis:dat qui dat celeriter.
Inopiæ parua deſunt:auaritiæ omnia.
Inſtructa inopia eſt:in diuitiis cupiditas.
In ſe uitat culpam:qui peccatū præterit.
Iucundum nihil ē:niſi quod reficit uarietas.
Ingenuitas non recipit contumeliam.
Impune peccat in eū:qui peccat rarior.
Ingratus unus:miſeris omnibus nocet.
In miſeri uitia:contumelia eſt.
Ita amicum habeas:poſſe ut facile fieri hunc inimicum putes.
Inuidiam ferre:aut fortis aut fœlix poteſt.

In timore semper mendax iracundia est.
Inuidia tacite:sed minute irascitur.
Iratum breuiter uites:sed inimicum diu.
Iniuriaꝗ remedium:est obliuio.
Iracundiam q uicit:hostem superat maximum:
Iocum tacentem crimen faciat acrius.
In malis sperare bonū:nisi inocens nemo solet.
In uidicando criminosa est celeritas.
Inhōesta res ē suos uicere:satis est potuisse punire.
Imago animi sermo est:q̄lis est uir talis oratio.
In fœlicitate se erigere:ē fœlicitatē submittere.
In fœlice fœlicitas est innocentia:nequitia ipsa pœna sui est.
Inimicum quamuis humilem:docti est timere.
In calamitoso:risus etiam iniuria est.
Iudex damnatur:cum nocens absoluitur.
Ignoscete humanū est:ubi pudet cui ignoscitur.
In rebus dubiis:plurima est audacia.
Illo nocens se damnat quo peccat die.
Ita crede amico:ne sit inimico locus.
Iratus etiam facinus consilium putat.
Inuidia id loquit̄:non qui subest.
Irritare est calamitatē:cū te fœlicem uocaueris.
Ius supra omnem iniuriam positum scias.
Imbecillos oculos esse:q ad alienam lippitudinem suffunduntur.

l Oco ignominiæ ē:apud idignum dignitas.
Laus noua ubi orit̄:etiam uetus admittit̄.
Læso doloris remedium:inimici dolor.
Leuis est fortuna:quæ cito reposcit quod dedit.
Lex uniuersalis est:quæ iubet nasci & mori.
Lucrum sine damno alterius fieri non potest.
Lasciuia & laus:nunq̄ habent concordantiam.
Legem nocens ueretur fortunam innocens.
Libido indicium est:quo leuitas sapit.
Libido etiam cunctos sub uultu domat.
Laxa crudelitas:non est uocanda clementia.

m Alignus fieri:maxime ingrati docent.
Multis minatur:qui uni facit iniuriam:
Mora omnis odio est:sed facit sapientiam.
Mali causa est:quæ requirit misericordiam.
Mori est fœlicis:tanq̄ mortem inuocet.
Miserum est a rege cogi:quod cupias loqui.
Miserrima est fortuna:quæ inimico caret.
Malus est uocandus:qui sua est causa bonus.
Monstro similis est:auaricia unica.
Malis displicere:laudari est.
Malus ubi bonum se simulat:tunc est pessimus.
Mœtus dū uenit:earum habet sonus locum.
Mori necesse est:sed non quotiens uolueris.
Male geritur:quicquid geritur fortunæ fide.
Mortuo q mittit munus:nihil dat illi:sibi adimit.
Minus est q̄ seruus dominus:qui seruos timet.
Magis hæres fidus nascitur:q̄ scribitur.
Malos in consilio fœminæ uincunt uiros.
Mala est uoluntas:ad alienum consuescere.
Maxio cum periculo custoditur:quod multis placet.
Mala est medicina:ubi aliquid naturæ perit.
Malæ naturæ:nunq̄ doctrina indigent.
Miseriam nescire:sine periculo est uiuere.
Male uiuunt:qui se semper uicturos putant.
Maledictū interpretando facies acrius.
Male secum agit æger:medicum q hæredē facit.
Minus decipitur:cui negatur celeriter.
Mutat se bonitas:cum irritatur iniuria.
Mulier cum sola cogitat:male cogitat.
Male facere qui uult:nusq̄ causam inuenit.
Maliuolus semper sua natura uescitur.
Multos timere habet:quem multi timent.
Male imperando:summum īperium amittitur.
Mulier quæ nubit multis:multis non placet.
Misera est ægritudo animi:ob alienarum speciē miseriarum.
Misericordia non causam:sed fortunam spectat.
Magnam fortunam:magnos animos decet.
Magni animi est proprium esse & tranquillum & iniurias atq̄ offensiones semper despicere.
Muliebre est:furere in ira.
Misericordia est uicina miseriæ:habet enim aliquid trahitq̄ ex ea.
Malo ueris offendere:q̄ placere adulando.
Morbum esse scias non hilaritatem semper arriderē ridentibus: & ad omnium æstimationē ipsum quoq̄ os deducere.

n Ihil agere semper infœlici est optimum.
Nihil peccēt oculi:si oculis animus speret.
Nihil proprium dicas:quod mutari possit.
Non cito ruina perit:uir qui ruinam timet.
Nullus est tantus quæstus:q̄ eo quod habes carere.
Nescis quid optes aut quid fugias:ita ludit dies.
Nunq̄ periculum sine periculo uincitur.
Nulla est tam bona fortuna:de qua nihil q̄ri possis.
Nusq̄ melius morimur homines:q̄ ubi libenter uiximus.
Negandi causa auaro nunq̄ deficit.
Nondum fœlix es:si nondum te turba deridet.
Nam si nullos inimicos tibi iniuria : multos tamen inuidia.
Non aspicias q̄ plenas quisq̄ manus deo:sed q̄ puras admoueat.
Non enim aliter nisi optimus animus : pulcherrymus dei cultus est.
Non aliter uiuas in solitudine:aliter in foro.
Nihil petas quod negaturus es.
Nihil negabis quod periturus es.
Nihil magnum est in rebus humanis : nisi aīus magna despiciens.
Nihil interest quo animo facias:quod fecisse uitiosum est.
Nam facta cernuntur:animus non uidetur:
Non q̄ multis placeas:sed quibuslibet stude.
Nequitia ipsa pœna sui est.
Nam mala cōsciētia sæpe tuta est:secura nunq̄.
Neminem cito accusaueris.
Neminem cito laudaueris.
Nullum putaueris esse locum sine teste.
Nulla pusilla domus quæ multos recipit amicos.
Nunq̄ scelus scelere uindicandum est.
Nimium altercando ueritas amittitur.
Non multū supra eū eminet quis:cui se irascendo.

exequat.

Nobilis profeſſio ſapientia eſt: quæ diſtributa ſuſcipit incrementum auaræ dedignata poſſeſſorem: cito niſi publicetur elabitur.

Nõ alia facies eſt quieti moratiq; imperii: q̃ ſerenti cæli & nitentis

Nullum ex omnibus clemẽtia magis: q̃ regem aut prælatum decet.

Nemo poteſt perſonam diu ferre fictam: ficta cito in naturã ſuam recidũt.

Nunq̃ liquidũ ſincerũq; ex turbido uenit.

Nullũ moroſius ẽ animal maioriq; arte tractãdũ q̃ homo: & nulli magis parcendũ q̃ homini.

o Mne peccatum eſt actio.

Omnis actio eſt uoluntaria: tam honeſta q̃ turpis.

Omne ergo peccatũ uoluntariũ eſt.

Omitte excuſationẽ: nemo peccat inuitus.

Omne uitiũ habet patrociniũ ſuum.

Odia multoꝝ ſub oculo latent.

Oĩa tum panduntur cũ non dico ſi cecideris: ſed ſi turbaueris.

Oĩs affectus habet: ut in eo in quo ipſe iſanit: in idẽ putet cæteros furere.

Omnes enim uitam differentes: mors incerta præuenit.

Oĩs itaq; dies uelut ultimus ordinandus eſt.

Opinantur de te homines male ſed mali: diſplicere enim malis laudabile eſt.

Oratorẽ te puta: ſi tibiipſi qđ oportet perſuaſeris.

Odium oportet peccandi non metũ facias.

Obiurgationi ſemper aliquid blande admiſce.

Optimum eſt ſemper ignoſcere tanq̃ ſi ipſe pecces quotidie.

Optimum eſt maiorum ueſtigia ſequi: ſi recte præceſſerunt.

Omnis doctor inuitæ orationis peccans: turpior ẽ

Ob hoc q; in officio cuius magiſter eſſe uult labitꝛ.

Omni re moderatio eſt adhibenda: quæ ſanabilia ĩgenia deſtinguere a deploratis ſciat.

p Eccãdi duo ſunt genera: aliud ex propoſito aliud ex negligentia.

Plærique metu ceſſant peccare nõ inocẽtia.

Profecto tales timidi: nõ inocentes ſunt dicẽdi.

Prius q̃ promittas deliberes: & cũ p̱miſeris facias.

Prius ſi negaueris: feciſſe poſtea fallere eſt.

Propter cauſam multa amico dabis: multæ etiam cauſæ contra amicũ.

Pro eo religioſior eris quo melior.

Præſtabis parentibus pietatẽ: cognatis dilectionẽ.

Præſtabis amicis fidem: omnibus æquitatem.

Pacem cum omnibus habebis: bellũ cũ uitiis.

Pecuniæ imperare oportet non ſeruire.

Pecunia ſi uti ſcias ancilla eſt: ſi neſcias domina eſt.

Putandus eſt recte fortior: qui cupiditates tanq̃ hoſtes ſubiicit.

Patria eſt ubicunq; bene uixeris.

Peiora ſunt tecta odia q̃ aperta.

Propterea te loquax inimicus tutiorem q̃ taciturnus oſtendit.

Proximum ad innocentiã tenet locum uerecundia & peccati confeſſio.

Plærique cum ſtultis male dicunt: ipſi ſibi conuitiũ faciunt.

Perturpe eſt enim qđ obiicitꝛ in obiiciẽte cognoſci.

Pulcherrimũ eſt omnia præſtare nihil exigere.

Principium diſcordiæ eſt: aliquid ex cõmuni propriũ facere.

Plærique famam cõſcientiã pauci uerentꝛ.

Parcẽdũ eſt improbandis ciuibus: non aliter q̃ membris languentibus.

Principium ſeuitiæ bellum eſt.

Peſtifera uis ualere ad nocendum.

Prope eſt ut libenter damnet qui cito.

Prope ut non quæ damnet qui nimis.

Peccãdi uerecundiã facit ipſa clementia regentis.

q Vidã quoſdã occidũt inimicos: nõ quia habeant: ſed quia metuerant.

Quã inimicum eſt nocuiſſe: uel quia oderis lædere.

Quãto iniquius eſt odiſſe: quia læſeris.

Quã magnaꝝ uiriũ eſt negligere ledentẽ.

Qui enim uendicat: ſentit.

Quis ſis intereſt: nõ quis habearis.

Quãuis agas id ut neq̃s merito tuo te oderit: erunt tamen qui ſemper oderint.

Quã magnũ eſt nõ laudari: & eſſe laudabilẽ.

Qui ſuccurrere perituro poteſt: cum non ſuccurrit occidit.

Quid eſt homini inimiciſſimũ? alter homo:

Qui propter pecuniæ uel libidinis amorẽ moritur oſtendit ſe nunq̃ ſui cauſa uixiſſe.

Quæ ſũt maximæ diuitiæ? nõ deſiderare diuitias.

Quis plurimũ habet? is qui minimũ cupit.

Quis eſt dare beneficium imitari deum.

Quid eſt pauper? qui ſibi uidetur diues.

Quidã inimici graues ſunt: amici leues.

Quietiſſime uiuerent homĩes in terris: ſi duo uerba tollerentur. ſ. meũ & tuum.

Qui paupertatẽ timet timidus eſt.

Quod tacitũ eſſe uis: nemini dixeris.

Quia non poteris ab alio ſilentium exigere: ſi tibi ipſe non præſtas.

Qui æquo animo malis miſcetur: malus eſt.

Qui ſeruus crudelis eſt: oſtẽdit ĩ aliis uolũtatẽ non deeſſe ſed poteſtatem.

Qui ob hoc iniuriam facit quia poteſt: cito deſinit quia fecit.

Quid dulcius q̃ habere amicum: cum quo omnia audeas.

Quem ſic credis ut te: cui ſic loquaris quaſi tecum.

Quanti tales amicos habere uoluerũt: & ipſi tales eſſe non poſſunt.

Quomodo ſe fortuna & fauor inducit hominem.

Quicquid æquo plus futurum eſt: in partẽ humaniorem inclina uel prærpondera.

Quid eo infœlicius: cui iã malũ eſſe neceſſe eſt?

Quid poteſt ab eo quiſq̃ ſperare: quem malum eſſe docuit.

Quotidie damnatur qui ſemper timet.

Quotidie eſt deterior poſterior dies.

Epelli se homines facilius:q̃ decipi possunt

r Respue crudelitaté:& matré crudelitatis irá

Reuera memoria beneficioꝝ fragilis est: iniuriarum tenax.

Ridiculũ est odio nocẽtis;innocentiá perdere.

Res uera est qui a multis timetur:multos timet.

Regibus est peius multo q̃ seruientibus.

Reuera quia illi singulos isti uniuersos timẽt.

Res ipsa ut ipsa re possumus efficiet:si polliceri properamus honesta.

Rem maximam sibi promittit sapientia:ut te reducat tibi.

Recta ingenia debilitat uerecundia: praua confirmat audacia.

Res optima est nõ sceleratos extirpare:sed scelera.

Recte parentem & inferiorem laudas: quia pertiet ad gloriam tuam.

Res magnæ clementiæ est: indulgendo corrigere peccata:q̃ uindicando.

Rege incolumi mens omnibus una est amisso rũpere fidem.

Regibus certior est:ex mansuetudine securitas.

Vnt quoq; corpus inoxium est: & in mille

s facinoꝝ furias mẽs ociosa discurrit.

Si inclientelá fœlicis hominis potẽtisq; perueneris:aut ueritas:aut amicitia perdenda est.

Si uis beatus esse:cogita hoc primũ contemni.

Si multis placuerit uita tua:tibi placere nõ poterit.

Solicitudinẽ quærit:qui uult cũ inocẽtibus uiuere.

Stultũ est timere:quod uitare non potest.

Semper dissensio ab alio incipiat:a te reconciliatio.

Succurrere pauptati amicoꝝ:imo potius occurrẽ.

Secrete admone amicos:palam lauda.

Si bene te institueris:pudeat te fieri deteriorem.

Siqs irascitur poenas ab alio expetit:a se exigit.

Seuerissime enim nos aduersum peccátes gerimus & ipsi eadem committimus.

Seueritas assidua:amittit auctoritatem.

Sicut formosa pictura est cuius nulla pars errat: sic formosus homo in quo nulla pars peccatis fœda est:proinde hoc domi:hoc foris: hoc omni genere uitæ teneamus:ut nobis iexorabiles simus exorabiles illis qui non nisi sibi dare ueniã nesciũt.

Si inuitus pares seruus es:si uolẽs minister.

Scias cum multis uirtutibus abundare:qui alienas amat.

Si inuideris maior eris:nam q inuidet minor est.

Scito quid est inuidia:dolor animi est ex alienis cõmodis.

Scito eteni illud:qa nulli iuidet bonitate præditus.

Sunt multi q plurimum uerbis:non te contẽnunt: sed ipsa quæ spernũt clam furantur.

Seueritatẽ abditam:clementiá in procinctu habet.

Sapiens nihil facit quod non debet:& nihil prætermittit quod debet.

Seruis imperare moderate:laus est.

Imidus cautum se uocat:sordidus parcum.

t Tutissima res est nihil timere:præter deũ.

Tene semper uocis & siletii temperamentum.

Tamen & in hoc incumbe:ut libentius audias q̃ loquaris.

Tacere qui nescit:nescit loqui.

Tristitiam si potes:ne admiseris.

Turpe præbet spectaculũ:animus æger.

Turpia ne dixeris:paulatim enim pudor rerum per uerba discutitur.

Transibit sermo in effectũ:si honesta loquamur.

Tolerabilior est qui mori iubet:q̃ qui male uiuere.

Tolerabilior poena nõ posse uiuere:q̃ nescire.

Talem diligentiam exhibe in amicitiis comparandis:ut incipias amare quẽ deinceps possis odisse.

Tu primum exhibe te bonum:& sic quæras alterũ tui similem.

Turpius nihil est q̃ cũ eo bellum gerere: cum quo familiariter uixeris.

Tam omnibus ignoscere:q̃ nulli crudelitas est.

Tamdiu a periculo aberit populus:q̃diu sciet ferre frænos.

Tyrannus a rege distat factis:non nomine.

Lx quisq̃ in bonum:nisi ex malo transit.

u Vis omnibus esse notus: prius effice ut neminem noueris.

Vis habere honorem dabo tibi magnum imperiũ impera tibi.

Vide si adhuc malus es:similibus parce.

Verus esse destitisti:quare aliis locũ emendationis abscidas.

Vitium prius fuit obseruatio:nunc mos est.

Verum non dicimus:non audimus.

Vtilis educatio & disciplina:mores facit.

Vnde bona consuetudo excutere debet: quæ mala instruxit.

Viriliter feras quæ necesse ẽ:dolor patiẽtia uincit.

Verba rebus non personis accipienda sunt.

Vires tuas amici beneficiis:inimici iniuriis sentiãt.

Vita omnis breuis est:ideo immortalitas est mors honesta.

Vis est bonus qui intãtum perduxit animũ suũ: ut non modo nolit peccare:sed etiam non possit.

Vt aliquid auri extrahamus:terrá peruertimus.

Vt summũ bonũ occupemus:scrutari pectus piget.

Virtutem cuius progressum uideris:non exitũ finemq; desperes.

Volunt homines ita præceptum esse ut uiuũt: non ita uiuere ut præceptum est.

Vtendum est diuitiis & non abutendum:ut nec inde a superioribus contemnaris:nec ab iferioribus timearis.

Vbi usitata remedia nõ ꝓcedũt:tenta contraria.

Vbi discrimẽ inter bonos malosq; sublatũ est:confusio sequitur & uitioꝝ eruptio.

Venia est poene debitæ remissio.

Vt fulmina paucoꝝ periculo cadũt omnium metu:sic animaduersiones magnaꝝ potestatũ terrẽt latius q̃ nocent.

Vtinam ea lex homini esset:ut cũ telo suo frangeretur:nec sæpius liceret nocere q̃ semel.


Elum de deo tantum habeas:non cõtra ho

z mines

Zelari autem hominibus uitiosum est.

Expliciunt Prouerbia Senecæ

LVCII ANNEI SENECAE LIBER PRIMVS DE NATVRALIBVS QVESTIONIBVS AD LVCILLVM INCIPIT FELICITER.



Vátum inter Philosophiam íterest Lucilli uiroꝝ optime & cæteras artes tantum interesse existimo in philosophia inter illã partem quæ ad homines & hanc quæ ad deos spectat. Altior est hæc: & animosior multum permisit sibi: nõ fuit oculis cõtenta. Maius esse quiddã suspicata est: ac pulchrius quod extra conspectũ natura posuisset. denique tantum iter duas interest quantum inter deum & hominem. Altera docet qd in terris agendum sit. Altera qd agaẽ in cælo. Altera errores nostros discutit: & lumen admouet: quo discernanẽ ambigua uitæ. Altera multo supra hác caliginem in qua uolutamur excedit: & tenebris ereptos illo perduxit unde lucet. Et quidem tunc naturæ rerum gratias ago: cũ illam non ab hac parte uideo quæ publica est: cum secretiora eius intraui: cum disco quæ uniuersi materia sit: quis auctor sit aut custos. quid sit deus: totus in se intendat: an ad nos aliquando respiciat. faciat quotidie aliquid: an semel fecerit. pars mundi sit: an mũdus. liceat illi hodie decernere & ex lege fatorum aliqd derogare: an maiestatis diminutio sit & cõfessio erroris mutanda fecisse. Necesse enim ei eadẽ placere cui nisi optima placere nõ possunt. nec ob hoc minus liber & potens est. ipse enim est necessitas sua. Nisi ad hoc admiterer non fuerat operæpræcium nasci. Quid. n. erat? Cur in numero uiuẽtiũ me positũ esse gauderẽ? an ut cibos & potiões percolarẽ: ut hoc corpus casurũ ac fluidũ periturũque nisi subinde ĩpleaẽ sarcirem: & uiuerẽ æger minister ut mortẽ timerem: cui uni omnes nascimur? detrahe hoc inæstimabile bonũ nõ est uita táti ut sudẽ & æstuẽ. O q̃ cõtẽpta res est hõ nisi supra humana surrexit. Quãdiu cũ affectibus colluctamur. Quid magnifici facimus? Etiã si superiores sumus portẽta uincimus. Quid est? Cur suspiciamus nosmetipsos qa dissimiles teterrimis sumus. Nõ uideo quare sibi ualitudinario placeat qui robustior est in ualitudinario. Multum interest inter uires & bonam ualitudinem. Effugisti uitia ai nõ est tibi frons ficta: nec ĩ alienã uolũtatẽ sermo cõpositus: nec cor inuolutũ nec auaritia: quæ qcqd oĩbus abstulit sibiipsi negat: nec luxuria pecuniã turpiter amittẽs q̃ turpius reparet: nec ambitio q̃ te ad dignitatẽ nisi p indigna nõ ducet. Nihil adhuc cõsecutus es. Multa effugisti: te nõdũ. Virtus. n. ista quã affectamus magnifica est. Nõ qa p se beatũ ẽ malo caruisse: sed qa animũ laxat ac præparat ad cognitionẽ cælestiũ: dignũque efficit q ĩ cõsortiũ deo ueniat. Tunc consumatũ habet plenũque bonũ sortis hũanæ cũ petiit calcato oĩ malo altũ & in interiorẽ sinũ naturæ uenit: tunc iuuat inter sydera ipsa uagãtẽ diuitũ pauimẽta ridere: & totam cum auro suo terrã. Non illud tãtũ dico qđ egessit: & signandum monetæ dedit: sed & illud in occulto seruat Posterorum auaritiæ. Nec potest ante contemnere porticus: & lacunaria ebore fulgẽtia & pensiles syluas & deriuata in domos: fulmina q̃ totũ circũeat mundum: & terraꝝ orbem superne despiciens angustũ: & magna ex parte opertũ mari: & iam ea parte qua extat late squalidũ: & aut ustũ aut rigẽtem sibi ipse ait. Hoc ẽ illud punctũ: qđ iter tot gẽtes ferro & igne diuidiẽ. O q̃ ridiculi sunt mortaliũ termini. Vltra hystrũ dacus nõ exeat. Ihstmũ samo traces includat: parthis obstet eufrates danubius sarmatica ac romana distermiet. Rhenus germáiæ modũ faciat. Pyreneus medium inter Gallias & hispanias iugũ extollat. inter ægyptũ & æthiopias harenaꝝ inculta uastitas iaceat. Siquis formicis det intellectum hominis. nonne & illæ unam aream in multas prouincias diuidẽt? Certe si illam ut magnam sustuleris: quotiens uidebis exercitus: sub multis ire uexillis: & quasi magnum aliqd agatur: eqtem modo altiora explorãtem: modo a lateribus effusum: libebit dicere. Id nigrũ campis agmẽ: formicaꝝ iste discursus est in angusto laborantiũ. Quid illis & nobis interest nisi exigui mẽsura corpusculi? Punctum est istud: in quo nauigatis: in quo bellatis: ĩ quo regnatis. Ponitis minima etiã cũ illis. Vtrinque oceanus incurrit. Sursum ingentia spatia sunt: in quorum possessionem animus admittitur. Et ita si minimum secum ex corpore tulit: si sordidum oẽ detersit & expeditus leuisque ac contentus modico emicuit. Cum illa tetigit: alit: crescit: ac uelut uinculis liberatus in originem redit. Et hoc habet argumẽtũ diuinitatis suæ: q illũ diuina delectãt: nec ut alienis sed interest ut suis: secure expectat occasus syderum atque ortus & tam diuersas concordantium uias obseuerat ubique: quæ stella primũ terris lumen ostendar ubi culmen eius summũ: quo cursus sit: quousque descẽdat. Curiosus spectator: excutit singula & quærit. Quidni quærat? scit illa ad se pertinere. Tunc contemnit domicilii prioris angustias: Quantum enim est q ab ultimis littoribus hispaniæ usque ad indos iacet? Paucissimorum dierum spatium si nauem ferat suus uentus implebit. at illa regio cælestis per. xxx. annos uelocissimo syderi uiã præstat. nusq̃ resistẽti sed æqualiter cito. Illic demum discit: quod diu quæsiuit. Illic incipit deum nosse. Quid est deus? Mens uniuersi. Quid est deus? Quod uides totum: & quod non uides totum. Sic demum ut magnitudo sua illi redditur: qua nihil maius cogitari põt. Si solus est oia? Opus suum & extra & intra tenet. Quid ergo interest inter naturam dei & nostram? Nostri melior pars: animus est. in illo nulla pars extra animum: totus ratio est: Cur interim tantus error mortalia tenet: ut hoc quo neque formosius quicq̃: nec dispositius: nec in proposito cõstantius existiment hoĩes fortuitum & casu uolubile. Ideoque tumultuosum iter fulmina: nubes: tempestates & cætera quibus terræ ac terris uicina pulsantur. Nec hic intra uulgum dementia est: sed sapientiam quoque pfessos contingit. Sunt qui putant sibiipsis aĩum esse & quidem prouidũ ac dispensantem singula & sua & aliena. Hoc autem uniuersum expers esse consilii: in quo nos quoque sumus: & auferri temeritate quadam aut natura nesciente quid faciat. Quã utile existimas ista cognoscere in rebus terminos ponere quantum deus possit: materiam ipse sibi formet an ea utatur. Vtrum idea materiæ prius superuenit an materia ideæ: deus quicquid uult efficiat an multis rebus illum tractanda destituãt: & a magno artifice praue formentur multa: non quia cessat ars: sed quia id in quo exercetur sæpe inobsequens arti est. Hæc inspicere. hæc

discere. his incũbere nõne trãsilire est mortalitatẽ suã & in meliorẽ transcribi sortem? quid tibi ings ista proderũt? Si nil aliud hoc certe sciã omnia angusta esse uersus deum. Nunc ut ad propositum ueniam opus. Audi quid de ignibus sentiam uel philosophia uelit: quos aer transsusos agit. Magna ui illos excuti argumentũ est q obsequi feruntur & prærapida celeritate apparet illos nõ ire sed proiici. Ignitũ multæ uariæq facies sunt Aristoteles quoddam genus illorũ Caprã uocat. Si me interrogaueris quare prior mihi rationẽ reddas oportet: quare edi uocentur? Si autem q cõmodissimum est conuenerit inter uos ne alter alterum interroget: quid dicit illũ respõdere non posse? Satius erit de re ipsa quærere q̃ mirari: quid itaq Aristoteles globum ignis appellauerit caprã? talis enim fuit forma eius qui bellũ aduersus Perseum paulo gerente lunari magnitudine apparuit. Vidimus quoq non semel flammã ingentis pilæ specie: quæ tamen in ipso cursu dissipata ẽ. Vidimus circa diui Augusti excessum simile prodigiũ. Vidimus eo tempore quo de Seiano actũ est. Nec germanici mors sine denunciatione tali fuit. Dices mihi tu. Ergo tu in tantis erroribus es ut existimes deos mortium signa præmittere? & quicquid esse in terris tam magnũ q perire mundus sciat? Erit aliud istius rei tẽpus. Videbimus an certus omniũ rerũ ordo ducatur: & alia aliis ita cõplexa sint: ut quod antecedit: aut causa sit sequẽtiũ: aut signũ. Videbimus an diis humana sint curæ: aut series ipsa quid factura sit certis rerũ notis nunciet: interim illud nobis existimo eiusmodi ignes existere. Aere uehæmẽtius trito cũ iclinatio eius in alterã partẽ facta est: & nõ cessit sed iter se pugnauit ex hac uexatione nascuntur trabes & globi & faces & ardores. At cũ leuius collisus & (ut ita dicã) strictus est: maiora lumina excutiuntur: crinem q uolãtia sydera ducunt. Tunc ignes tenuissimi iter exile designant & cælo producunt. Ideo nulla sine huiusmodi spectaculis nox est. Non enim opus ad efficienda ista magno aeris motu. Deniq ut breuiter dicam: eadem ratione fiunt ista qua fulmina: sed ui minore: quemadmodũ nubes mediocriter collisæ fulguratiões efficiunt: sed maiore impetu impulsæ fulmina emittunt. Aristoteles eiusmodi rationem reddit. Varia & multa terrarum orbis expirat quædam humida: quædam sicca: quædam calentia: quædã concipiendis ignibus idonea. Nec mirum est si terris omnis generis & uaria euaporatio est: cum in cælo quoq non unus appareat color rerũ sed actior: ut caniculæ rubor: martis remissior iouis nullus in lucẽ purã uitore perducto. necesse est ergo in magna copia corpusculorũ quæ terræ eiectant & in superiorẽ agũt partẽ: aliqua in nubes peruenire alimẽta ignium: quæ non tantum collisa possint ardere sed etiam afflata radiis solis. Nam quoq apud uos fragmẽta sulphure aspersa ignem ex interuallo trahunt. Veri ergo simile est: talem materiam inter nubes congregatam facile succendi & maiores minoresue ignes subsistere prout illis fuit plus aut minus uiriũ. Illud enim stultissimũ est existimare aut stellas decidere aut transilire: aut aliquid illis auferri & abradi. Nam si hoc fuisset iam defuissent. Nulla eni nox est qua non plurimæ ire: & in diuersum uideantur abduci. Atqui quo solent quæq ĩueniuntur loco. Magnitudo sua singulis cõstat. Seqt ergo ut infra illa ista nascãtur & cito intercidant: quia sine fundamẽto & sede creata sunt. Quare ergo etiam non iterdiu transferuntur? Quid si dicas stellas interdiu non esse quia non apparent? Quẽadmodũ illæ latẽt & solis fulgore obumbrantur: sic faces quoq transcurrũt interdiu sed abscondit eas diurni luminis claritas: si quando tamẽ tãta uis emicuit: ut aduersus diem uidicare sibi suum fulgorẽ possit apparẽt. Nostra quoq ætas non semel uidit diurnas faces: alias ab oriente in occidentem uersas: alias ab occasu in ortũ. Argumẽtum tempestatis nautæ putant: cum multæ transuolant stellæ quod signum uẽtorũ est: ibi uenti sunt idest in aere: qui medius inter lunam & terrã est. In magna tẽpestate apparent quasi stellæ uelo insidentes adiuuari te tunc periclitantes existimãt: Pollucis & Castoris numine: causa autem melioris spei est q iam apparet frangi tẽpestatẽ & desinere uentos; aliquando ferunt ignes non sedent Gilippo syracusas petenti uisa est stella super ipsam lanceam constitisse. In romanorum castris uisa sunt ardere pila ignibus: scilicet in illa delapsis qui sæpe fulminum modo animalia ferire solent & arbusta sed si minore ui mittantur defluũt tantũ & insident non feriũt nec uulnerant. Alii iter nubes elidũt alii sermo: si aer ad exprimendũ ignes aptus fuit. Nam sereno quoq cælo aliquando tonat. ex eadem causa qua nubilo aere inter se colliso. Qui etiam si est lucidior ac siccior: coire tamẽ & facere corpora quædam similia nubibus potest quæ Percussa reddant sonum. Quandoq igitur fiunt trabes quandoq clypei & uastorũ imagines igniũ: ubi in talẽ materiã incidit similis causa sed maior. Videamus nũc quẽadmodũ fiat is fulgor qui sydera circũnectit: memoriæ proditũ est: quo die diuus augustus urbẽ ex Apollonia reuersus intrauit circa solem uisum coloris uarii circulum: qualis esse in arcu solet. Hũc græci Halo uocãt: quẽ nos dicere coronã aptissime possumus. Quẽadmodum fieri dicatur exponã. Cum in piscinam lapis missus est: uidemus in multos orbes aquã descẽdere: & fieri primũ angustissimũ orbẽ: deinde maiores donec euanescat impetus & in planitiem immortarũ aquarũ soluatur. tale quiddam cogitemus fieri etiam in aere cum spissior factus est. Plagã sentire potest: lux solis aut lunæ uel cuiuslibet syderis incurrẽs cedere illũ in circulos cogit. Nam humor & aer & omne quod ex ictu formam accipit in talẽ habitũ impellitur qualis est eius quod impellit. Omne autem lumẽ rotũdũ est. Ergo & aer percussus lumine hunc modũ exhibet. Ob hoc tales splendores græci areas uocauere: quia fere terẽdis frugibus loca destinata sunt rotunda. Nos autẽ non existimemus istas siue areæ siue corone sint in uicina syderum fieri plurimũ ab his absunt quãuis cĩgere ea & coronare uideant. Non longe a terra fit talis effigies quã uisus noster solita imbecillitate deceptus circa ipsum sydus putat positam. In uicinia autem solis & stellarũ nihil tale potest fieri: quia illic æther tenuis est. Nam formæ crassis demum spississq corporibus imprimi solent: in subtilibus non habẽt ubi consistant: aut hæreant. In balneis quoq circa lucernam tale quiddam aspici solet ob aeris densi obscuritatẽ: frequentissime autem austro cum cælum maxime graue & spissum est. Nonnunq̃ paulatim

deuoluuntur & desinunt:nonnunq̃ ab aliqua parte rũpuntur:& inde uentũ nautici expectant unde contextus coronæ petit. Si autem a septentrione discesserit aliquo erit. Si ab occidente fauonius: q̃ argumẽtum est inter eam partem cæli has fieri coronas inter quã uenti esse solent. Superiora autem nõ habẽt coronas quia ne uentos quidem. His argumentis & illud adiice nullam coronã colligi nisi stabili aere & pigro uẽto. Aliter non solet aspici. Nam qui stat aer:impelli & deduci & in aliquã faciem cingi potest. Is autem qui fluit nec feritur quidem lumine. Non enim formatur nec resistit:quia prima quæq; pars eius dissipatur. Nunq̃ ergo illud sydus talem sibi effigiem circundabit:nisi cum aer erit densus atq; imotus:& ob hoc custodiens incidentem in se rotũdi lineam luminis nec sine causa. Repete igitur exemplum quod pauloante proposui lapillus in piscinam aut lacũ & aliquã aquã missus circulos facit innumerabiles. Et hoc quidem non facit in flumine. Quare? quia omnem figuram fugiens aqua disturbat. Et hoc quidem in aere euenit ut ille qui manet possit figurari. At ille qui rapitur & currit nõ det sui potestatẽ:& omnem ictum uenientemq; formam exturbet. hæ de quibus dixi coronæ cum delapsæ sint:æqualiter & in semetipsis euanuerint:significatur aeris qes & ociũ & tranqllitas:& tunc aquam expecta. Cum ad unam partem cesserint illinc uentus est unde funduntur. Si ruptæ pluribus locis sunt tempestas fit. Quare id accidat ex his quæ iã proposui intelligi potest. Nam si facies uniuersa subsedit:apparet temperatum esse aera & sic placitum. Si ab una parte intercisa est:apparet inde aera incumbere. Et ideo illa regio uentum dabit. At cum undiq; & concerpta & acerata est manifestũ est a pluribus partibus in illam impetum fieri & inquietum aera hinc atq; illinc assilire. Itaq; ex hac inconstãtia cæli tam multa tentantis & undiq; laborantis futura tempestas uentorum plurium apparet. hæ coronæ noctibus feræ circa lunam & alias stellas notantur:& interdiu raro:adeo ut qdam ex græcis negauerit eas omnino non fieri:cum illos historiæ coarguant. Causa autem raritatis hæc est q̃ solis fortius lumen est & aer agitatus ab illo calefactusq; solutior est. lunæ autem inhertior uisus est. Et ideo quia facilis a circũposito aere facilius sustinetur eo q̃ sydera cætera infirma sunt nec p̃rumpere aera ui sua possunt. Excipitur itaq; illorũ imago:& in materia solidiore ac minus cedente uersatur. Debet enim aer nec tam spissus esse:ut excludat ac submoueat a se lumen immissum. nec tam tenuis & solutus ut nullam uenientibus radiis moram præbeat. hæc noctibus temperantia contingit cum sydera coniectum aera luce leui non pugnaciter nec aspere feriunt:spissiorem q; q̃ solet esse interdum inficiunt.

At contra arcus in nocte non fit nisi admodum raro:quia luna non habet tantum uirũ ut nubes transeat:& illis colorem suffundat qualem accipiunt sole perstrictæ. Sic enim formam arcus discoloris accipiunt:quia aliæ partes in nubibus tumidiores sunt:aliæ submissiores:quædam crassiores q̃ ut solem trãsmittant:aliæ ĩbecilliores q̃ ut excludant. Hæc inæq̃litas alternis lucem umbramq; permiscet & exprimit illam mirabilẽ arcus uarietatem. Altera causa arcus eiuscemodi reddit. Videmus cum fistula aliquo loco rupta est:aquam per tenue foramen elidi:quæ sparsa contra solem oblique positum faciem arcus repræsentat. Idem uidebis accidere si quando uolueris obseruare fullonem. Cum os aquæ impleuit & uestimenta tendiculis deducta leuiter aspergit apparet uarios ædi colores in illo aere asperso quales in arcu fulgere solent. Huius rei causam in humore esse non dubitaueris. Non fit enim unq̃ arcus nisi nubilo. sed quæramus quomodo fiat. Quidam aiunt esse aliqua stillicidia:quæ solem transmittant. Quædam magis coacta q̃ ut transluceant:itaq; ab illis fulgorem reddi. ad his umbram:& sic utriusq; intercessu effici arcum: ĩ quo pars fulgeat quæ solem recipit:pars obscurior fit:quæ excludit:& ex se umbram proximis fecit. Hoc ita esse quidam negant. Poterat enim umbra & lux causa uideri si arcus duos tantũ haberet colores: & sic ex lumine umbraq; constaret. Sed nunc diuersi niteant cum mille colores. transitus ipse tamen spectantia lumina fallit:usq; adeo q̃ tangit idem est:tamen ultima distant. Videmus in eo aliquid flãmei:aliquid luthei:aliquid cerulei:& alia in picturæ modũ subtilibus lineis ducta ut ait poeta. Vt autem dissimiles colores sint:scire non possis:nisi cum primis extrema contuleris. Nam cõmissura decipit usq; adeo mira arte naturæ:quæ simillimis cæpit:& in dissimillima desinit. Quid ergo? istic duo colores faciũt luminis atq; umbræ:cum innumerabilium ratio reddenda sit. Quidam ita existimant arcum fieri. Dicunt in ea parte in qua pluit singula stillicidia pluuiæ cadentis singula specula esse. A singulis ergo imaginẽ reddi solis. Deinde multas imagines immo innumerabiles & deuexas:& in præceps transeuntes confundi. Itaq; & arcũ esse multarum imaginũ solis confusiones hoc sic colligunt. Pelues inquiunt mille die sereno pone: & oẽs habebunt imaginẽ solis. In singulis foliis:dispone singulas guttas:singulæ habebũt imaginem solis. At cõtra ingens stagnum non habebit nisi imaginẽ unam. Quare? quia omnis circumscripta lenitas uel planicies & circundata suis finibus speculum est. Itaq; piscinam ingentis magnitudinis ĩsertis parietibus in plures diuide totidem illa habebit imagies solis quot lacus habuit. Relinque illam sicut est diffusa: semel ubi imaginẽ reddet. Nihil refert q̃ exiguus sit humor aut lacus. Si circunsceptus est speculum est. Ergo stillicidia illa infinita quæ imber cadens effecit totidem specula sunt:totidem solis facies habent. hæc contra intuenti perturbate apparent. nec despiciuntur interualla:quibus singula distant:spatio prohibente discerni Deinde pro singulis apparet una facies turbida ex omnibus. Aristotelis idem iudicat. Ab omni inquit leuitate acies radios suos replicat. Nihil ãt leuius aqua & aere. Ergo etiam ab aere spisso uisus noster in nos reddit. Vbi ergo habes & infirma est acies quolibet aeris ictu deficit. Quidã hoc genere ualitudinis laborant ut ipsi sibi uideant̃ occurrere:ut ubiq; imaginẽ suã cernãt. Quare? quia infirma uis oculorum nõ potest ne proxime quidẽ sibi aerem perrũpere:sed resistit. Itaq; quod in aliis efficit dẽsus aer:in his facit oĩs aqua. Satis enim ualet qualiscunq; ad imbecillẽ aciem repellẽdam. longe autem magis uisum nostrũ nõ.

bis remittit. Itaq; cum craſſior eſt & peruinci non poteſt. ſed radios luminum noſtrorum moratur: & eo
unde exierit reflectit. Ergo cum multa ſtillicidia ſint: totidem ſpecula ſunt. Sed quia parua ſunt: ſolis colo
rē ſiue figurā exprimunt. Deinde cum in ſtillicidiis innumerabilibus & ſine interuallo cadentibus redda
tur idem color incipit: facies non multarum imaginū intermiſſarū: ſed unius longæ atq; continuæ. Quo-
modo inquis tu mihi multa milia iſtinc imaginū eſſe ubi nullam uideo? Et quare cū ſolis color unus ſit
imaginū diuerſitas eſt. Vt & hæc quæ propoſui refellam: & alia quæ non minus refellenda ſunt illud di-
cam oportet: nihil acie noſtra fallacius. non tantū in his in qbus ſubtiliter peruidendis illa colorū diuerſi-
tas ſummouet: ſed etiam his quoq; quæ ad manus cernit. Remus iteger in tenui aqua fracti ſpeciem red-
dit. Poma per uitrū aſpicientibus multo maiora ſunt. Colūnarū iterualla porticus longiores iūgūt. Ad ip
ſum ſolum reuerte. hunc quem toto orbe terrarū maiorem probat ratio. Acies noſtra ſic contraxit: ut ſa-
pientes uiri pedalem eſſe cōtenderit. Quem uelociſſimū omniū eſſe ſimus: nemo noſtrū uidit moueri: nec
ire crederemus niſi appareret ipſe. Mundū ipſum præcipiti uelocitate labentē: & ortus occaſuſq; itra mo-
mentū temporis reuoluētē, nemo noſtrū ſentit procedere. Quid miraris ſi oculi noſtri inumerabilia ſtilli
cidia: non ſeparant & igenti ſpatio ituentibus minutarū imaginū diſcrimen iterit? Illud eſſe dubiū nulli
pōt: qn arcus imago ſolis ſit roſcida & caua nube concepta. Quid ex hoc tibi appareat. Nunq̄ uero aduerſa
ſoli eſt ſublimis aut humilis: prout ille ſubmiſit: aut ſuſtulit contrario motu. Illo eni deſcendente altior
eſt: alto depreſſior. Sæpe talis nubes a latere ſolis ē nec arcū efficit: qa ex recto imaginem trahit. Varietas au
tem nō ob aliā cām fit q̄ qa pars coloris ſole eſt ſparſa nubes illa. huor āt modo ceruleas lineas modo uiri-
des modo purpuræ ſimiles & luteas aut igneas ducit duobus coloribus hāc uarietatē efficiētibus remiſſo
& itento. Sic. n. purpura eodē cōchilio non in unum modū exit itereſt. Quantū macerata ſit: craſius medi
camentū arcus aquarius traxerit ſæpius merſa ſit & excocta: an ſemel ticta Non eſt ergo & mirū ſic cū duæ
res ſint ſol & nubes: ideſt corpus & ſpeculum: ſi tam multa genera colorū exprimuntur: quæ in multis ge
neribus poſſunt aut icitari aut langueſcere. alius eni eſt color ex igneo lumine. alius ex obtūſo & leuiore. In
aliis rebus uaga inqſitio eſt ubi non habemus q manu tenere poſſimus & late coniectura mittēda ē. Hic
apparet duas cauſas eſſe arcus: ſolem nubemq;: qa nec ſeréo unq̄ fit nec nubilo: ita ut ſol lateat. Ergo uterq;
ex hiis eſt: quorū ſine altero non eſt. Iam nunc illud accedit q æque manifeſtum eſt ſpeculi ratione ima-
ginem reddi: qa nunq̄ niſi ex contrario redditur: ideſt niſi ex altera parte ſteterit: q apparet ex altera q oſtē
dere rationes quæ non perſuadent ſed cogunt a geometris auferuntur: nec dubinm quicquam relinqtur
qn arcus imago ſolis ſit male expreſſi ob uitium figuramq; ſpeculi. Nos iterim repetemus alias probatio-
nes quæ de Platone legi poſſunt. Inter argumenta ſic naſcetis arcus pono q celerrime naſcitur: igneum. n.
uariumq; corpus, cælo iter momentum ſubtexitur & aqua celeriter aboletur. nihil autem tam cito red-
ditur a ſpeculo q̄ imago: non enim facit quicq̄ ſed oſtendit. Parianus artimidorus addicit ad quale genus
nubis eſſe debeat q talem ſoli imaginem reddit. Si ſpeculū inqt concauum feceris q ſit rectæ pilæ pars: ſi
extra medium conſiſteris qcunq; iuxta te ſteterit uniuerſi tibi uidebuntur priores a te q̄ a ſpeculo. Idem
inqt euenit cum rotundam & cauam nubem intuemur a latere ut ſolis imago nube diſcedat. Priorq; no-
bis ſit & in nobis magis conuerſa color igneus a ſole eſt: cæruleus a nube cæteri utriuſq; mixturæ. Con
tra hæc illa dicuntur. De ſpeculis duæ opiniones ſunt. alii enim in illis ſimulachra eſſe putant ideſt corpo
rum noſtrorum figuras a noſtris corporibus commiſſas ac ſeparatas. alii imagines aiunt non eſſe in ſpe-
culo ſed ipſa aſpici corpora: retorta oculorum acie & in ſe ruſus deflexa. Nunc nihil ad rem pertinet quo
modo ipſas uideamus: ſed quomodo imago ſimilis debet e ſpeculo reddi. Quid nam eſt tam diſſimile q̄
ſol & arcus in quo neq; color neq; figura ſolis neq; magnitudo apparet? Arcus longior amplior q; eſt: lon
geq; ea parte qua fulget rubicundior q̄ ſol. cæteris uero coloribus diuerſus. Deide cū uelis ſpeculum ali-
is comparare des oportet mihi eandem leuitatem corporis: eandem æqualitatem: eundem nitorem. At q
mille nubes habent ſimilitudinem ſpeculi: per medias ſæpe tranſimus nec in illis nos cernimus. Qui mō
tium ſumma conſcendūt ſpectant nubem. nec tamen imaginē ſuam in illa cernūt ſingula ſtillicidia: ſingu
la ſpecula ſunt. Concedo. Sed illud nego eſt ſtillicidiis conſtare nubem. Habent eni quædam ex qbus fie-
ri ſtillicidia poſſunt: non ipſa. Nec aquā qdem habent nubes ſed materiam futuræ aquæ. Concedam tibi
& guttas inumerabiles in nubibus eſſe & illas faciem redere. Non tamen omnes unam reddūt ſed ſingu-
læ ſingulas. Deide iter ſe ſpecula coniūge in unam imaginem non coeūt ſed quæq; particula in ſe rei ſimi
litudinem claudet. Sunt quædam ſpecula ex multis minutiſq; compoſita: qbuſq; ſi unū oſtenderis homi-
nem populus apparet unaquaq; parte faciem ſuam exprimente. Hæc cū ſint coniuncta & ſimul collocata
nihilominus ſeducūt imagines ſuas: & ex uno turbam efficiunt. Cæterum cateruam illam non condunt
ſed direptam in facies ſingulas diſtrahunt. ergo arcus uno circunſcriptus ductu una totius ē facies. Quid
ergo iquit? non ex aqua rupta fiſtula ſparſa & remo excuſſa habere quiddam ſimile: hiis quos uidemus i
arcu coloribus ſolet? Verum eſt: ſed non ex cauſa ex qua tu uideri uis: qa unaquæq; ſtilla recipit imaginem
ſolis. Citius enim cadunt ſtillæ q̄ ut concipere imaginem poſſit. Standū eſt ut id quod immitant excipi-
ant: Quid ergo ſit? Colorem non imaginem ducūt aliquo modo ut ait Nero Cæſar diſertiſſime. Colla ti-
beriacæ ſplendent agitata columbæ. Et uariis coloribus pauonum ceruix quotiens aliquo deflectitur ni-
tet. Nunquid ergo dicemus ſpecula eiuſmodi plumas quarum omnis inclinatio in colores nouos trāſit?
Non minus nubes diuerſam ſpeculis naturam habent. Aues quas retuli & camaleūthes: & reliqua anima
lia: quorum color: aut ex ipſis mutatus cū ita uel cupidine accenſa cutem ſuam uariant humore diffuſo:

positione lucis:quam prout rectam uel obliquam receperint ita colorantur. Quid enim simile speculis ha bent nubes cum illæ non perluceant:hæ transmittant lucem. Illæ densæ & coactæ:hæ raræ sunt illa eius dem materiæ:tota hæc e diuersis temere compositæ & ob hoc discordes nec diu cohesuræ. Præterea uide mus ortus solis partem quandá cæli rubere:uidemus nubes aliquando ignei coloris. Quid ergo prohibe mur:quomodo hūc colorem unū accipiunt solis occursu. Sic multos ab illis trahi:quāuis non habeant spe culi potentiam? Modo inquis iter argumenta ponebas semper arcum cōtra solē excitari: qa nec a speculo qdem imago redderetur:nisi aduerso. Hæc iquā quæstio nobiscum est. Nā quemadmodū opponendum est speculo:id cuius in se imaginē transeat sic ut nubes ifici possit:ita sol ad hoc apte ponendus est. Nō eni idem facit si undiq; fulsit:& ad hoc opus est radiorū idoneus locus. Hæc dicunt ab hiis q uideri uolunt nu bem colorari. Possidonius & hii qui speculari ratione talem effici iudicant uisum:hic respondent. Si ullus esset in arcu color permaneret ut uisceretur eo māifestius quo propius. Nunc imago arcus ex longinquo clara est interit cum e uicino est uentura. Huic contradictioni non consentio. cum ipsam sententiam pro bem. Quare? dicam. Quia colorantur quidem nubes:sed ita ut color eius non undiq; appareat. Nam ne ipsa quidem undiq; apparet. Nubem enim nemo quid in ipsa est uidet. Quid ergo mirum si color eius nō uidetur ab eo a quo ipsa non uisitur? At qui quanuis ipsa non uideatur est. Ergo & color. Ita non est. ergo & color argumentum falsi coloris:qui dum apparet accedentibus definit. Idem enim in ipsis euenit nubi bus:nec ideo falsæ sunt quia non uidentur. Præterea cum dicitur tibi nubem sole esse suffertam:non dici tur tibi colorem illum immixtum esse uelut duro corpori ac stabili & manenti:sed ut fluido & uago: & nihil amplius q̄ breuem speciem recipienti. Sunt etiam quidem colores qui ex interuallo uim suam ostē dunt. Purpuram tyriam quo melior saturiorq; est eo oportet ut altius teneas:ut fulgorem suum ostēdat. Non tamen ideo non habet illa colorem:quia q̄ optimum habet:non quocunq; explicaretur ostendit in eadem sententia sum:qua Possidonius ut arcum iudicem fieri nube formata in modum concaui speculi & rotundi cui forma sit partis pilæ sectæ. Hoc probari nisi geometræ adiuuerint non potest qui argumen tum nihil dubii relinquentibus docent solis illam esse effigiem non similem. Neq; enim omnia aduersus specula respondent. Sunt quæ uidere extimescas tanta deformitate corrupta ut faciem uisentium reddāt seruata similitudine in peius. Sunt quæ cum uiderit placere tibi uires tuæ possint: intantum lacerti cre scunt & totius corporis super humanam magnitudinem habitus augetur. Sunt quæ dextras facies osten dant:sunt quæ sinistras quæ torquæant uel euertant. Quid ergo mirum est eiusce modi speculum quo so lis species uitiosa reddatur in nube quoq; fieri. Inter cætera argumenta & hoc erit q; nunq maior arcus dī midio circulo apparet:& q; eo minor est quo altior est sol:ut ait Virgilius noster. Et bibit ingens arcus cū aduentat imber:sed non easdem undecunq; apparuerit minas affert. A meridie ortus magnam uim aqua rum uehet. Vinci enim non potuerunt uehementissimo sole tantum est illis uirium. Si circa occasum re fulsit rorabit & leuiter impluet. Si ab ortu circa ue surrexerit serena promittit. Quare tamen si imago so lis est arcus longe ipso sole maior apparet? Quia est alicuius speculi natura talis ut maiora multa quam uideat ostendeat:& in portentuosam magnitudinem augeat formas. Alicuius inuicem talis est ut minu at. Illud mihi dic quare in orbem eat facies. Nisi orbi redditur. dices fortasse unde sit illi color uarius. Vn de talis figura sit:non dices nisi aliquod exemplat ad quod formetur ostenderis:nullum autem aliud q̄ so lis est:a quo cum fateatis illi colorem dari:sequitur ut detur & forma. Deniq; inter me & te conuenit co lores illos quibus regio cæli depingitur a sole esse. Illud unum inter nos non conuenit. ut dices illum colo rem esse. Ego uideri. Qui siue est siue uidetur a sole est. Tu non expedies. Quare color ille subito desinat cum omnes fulgores paulatim excutiantur. Pro me est & repentina eius facies & repentinus interitus. Pro prium est speculi hoc: q; non per partes struitur q; apparet:sed stanti totum sit. Aeque cito oīs imago mo do illo aboletur q̄ ponitur. Nihil est aliud ad ista efficienda uel remouenda opus est q̄ ostendi & abduci. Non est propria in ista nube substantia nec corpus:sed mendacium esset sine re similitudo. Vis scire hoc ita esse? Desinet arcus si obtexeris solem. Oppone inquam soli alteram nubem:istius uarietas peribit. At maior est aliquando arcus q̄ sol. Dixi modo fieri specula quæ multiplicent omne corpus q; immitantur. Illud adiiciam omnia per aquam uidentibus longe esse maiora. Litteræ quanuis minutæ & obscuræ per uitream pilam aqua plenam:maiores clarioresq; cernuntur. Poma formosiora q̄ sint uidentur si innatant uitro. Sydera ampliora per nubem aspicienti cernuntur quia acies nostra humido labitur:nec appræhen dere quod uult fideliter potest. Quod manifestum fiet si poculum adimpleueris aqua:& in id conieceris anulum:nam cum in ipso fundo iaceat anulus:facies eius in summo aquæ reddit: quidquid uidetur per humorem longe amplius non est. Quid mirum imaginem solis quæ in nube humida uisit cum de cau sis duabus hoc accidat:quia in nube est uitro simile q; potest perlucere. Est aliquid & aquæ quam si non dum habet est:iam apparet eius natura in quam ex sua uertatur. Quoniam inquit uitri fecisti mentionē: ex hoc ipso contra te argumentum sumam. Virgula solet fieri uitrea stricta uel pluribus angulis immo dum clauæ tortuosæ:hoc si ex transcursu solem accipit colorem talem qualis in arcu uideri solet reddit. Vt scias hi non imaginem solis esse sed coloris imitationem ex repercusso. Primum in hoc argumento multa q; apparet a sole fieri sunt pro me. Quidem apparet quiddam leue esse debere simile speculo quod solem repercutiat. Deinde q; apparet non fieri ullum colorem:sed speciem falsi coloris:qualem ut dixi co lumbarum ceruix & sumit & ponit ubicunq; deflectitur. Hoc autem & in speculo est cuius nullus uide tur color:sed simulatio quædam coloris alieni. Vnum tamen hoc soluendum est non q; uisitur in ista uir gula solis imago:cuius bene exprimendæ capax non est. Ita conatur quidem reddere imaginem: quia le

tus est materia & ad hoc habilis:sed non potest quia enormiter fracta est. Si apta fabricata foret totidem redderet soles quot habuisset inspectores. Qui quia discernūtur inter se non satis inuicem speculi nitent incohant tamen imagines nec exprimunt:& ob ipsum uicinia turbant & in speciem coloris unius adducunt. At quare arcus non implent orbem:sed dimidia pars eius uidetur cum plurimum porrigitur incuruaturq;. Quidam ita opinanť. Sol cum sit multo altior nubibus a superiore tantum illas percutit parte se quiť ut inferior pars earum non tangatur lumine. Ergo cum ab una parte solem accipiant. unam partem eius imitantur quæ nunquā dimidia maior est. Hoc argumentum parum potens est. Quare? Quia q̄uis sola superiori parte sit totam tamen percutit nubem. Ergo contigit. Quid ni? cum radios transmittere soleat:& omnem densitatem perrumpere? Deinde contrariam rem proposito dicunt. Nam cum superior est sol:& ideo tantum superiori parti nubium affundiť nunquam terratenus descendit arcus. At qui usq; in humū dimittiť. Præterea nūquam non contra solem est arcus. Nihil ad rem pertinet supra israue sit:qa totū quod contra est latus uerberať. Deide aliquādo arcū & occidens facit cū certe ex iferiori parte nubes ferit:terris propinquas. At q & tūc dimidia pars est:quis solem nubes ex humili & sordido accipiant. Nostri q sic in nubilo quomodo in speculo lumen reddi uolūt:nubē cauā faciūt:& sectæ pilæ partem quæ nō potest totū orbē reddere quia ipsa est pars orbis. Proposito accedo argumento nō cōsentio. Nam si in cōcauo speculo tota facies opposita orbis exprimiť. & in semi orbe nihil prohibet aspici totam pilam. etiā nūc diximus circulos apparere soli lunæq; in similitudine arcus circūdatos. Quare ille circulus iungitur & in arcū nonnunq̄? Deide quare semper concauæ nubes solem accipiūt:nec aliquando planæ & tumētes? Aristoteles ait. Post autumnale æquinoctiū qualibet hora diei arcū fieri:in æstate nō fieri:nisi icipiente aut iclinato iā die. Cuius rei cā manifesta est. Primū qa media die sol calidissimus nubes euicit: nec pōt ab hiis imaginē suā accipere quas scindit. At matutino tēpore:& uergēs ad occasum cū minus uirtū hēat minus calidus est:& ideo a nubibus & sustineri & repcuti pōt. Deide cū arcū facere nō soleat nisi aduersus hiis in qbus facit nubibus (cū breuiores dies sint) semp obliquus est. Itaq; q̄libet diei parte ēt cum altissimus est:habet aliqs nubes quas ex aduerso ferire potest. At tēporibus æstiuis sup nostræ uerticē ferť. Itaq; medio die excelsissimus terras rectiore aspicit linea q̄ut ullis nubibus possit occurri. Oēs.n.tūc sub se hēt.

Nunc dicendum est de uirgis quas nō minus pictas uariasq; & æque pluuiaꝶ signa solemus accipere. In qbus non multū operæ consumēdium ē:qa uirgæ nihil aliud q̄ iperfecti arcus sunt. nā facies qdē illis ē picta:sed nihil curuati habent. in rectū iacēt. Fiunt āt iuxta solē fere i nube humida & iā se spargēte. Itaq; idē est in illis q in arcu color tantū figura mutať:qa nubiū quoq; in qbus extēdunť aliať. Similis uarietas i coronis est:sed hæc differūt q coronæ ubiq; fiūt ubicūq; sydus est. arcus nō nisi cōtra solē. uirgæ nō nisi in uicina solis. Possum & hoc mō differentiā oium reddere. Coronā si diuiseris arus erit:si direxeris uirga. In oibus color multiplex est ex ceruleo fuluoq; uarius. Virgæ soli tantū adiacent:arcus solares lunaresq; omnes sunt. Coronæ omnium sydeꝶ. Aliud quoq; uirgaꝶ genus apparet cum radii per angusta foramina nubium tenues intenti distanteisq; inter se dirigunť:& ipsi signa imbrium sunt. quomodo nunc me hoc loco geram. Quid eas uocent? Imagies solis? Historici soles uocant:binos ternosq; apparuisse memoriæ tradunt. Græci pararellia appellant:qa in propiquo fete sole uisunť:aut qa accedunt ad aliquam similitudinem solis. Non enim totum imitanť:sed imaginem eius figuramq;. Cæterum nihil habent ardoris hebetes ac languidi:his hoc nomen imponimus. An facio quod Virgilius qui dubitauit de nomine? Deide id de quo dubitauerat posuit:& quo te nunc nomine dicam. Rhetica nec cellis ideo contende falernis. Nihil ergo prohibet illas pararellia uocari. Sunt autem imagines solis in nube spissa & uicina in modum speculi. Quidam parareliou ita diffiniunt nubes rotūda & splendida soli. Sequiť eni illum nec unquam longius relinqť q̄ fuit cum apparuit. nam qs nostrum mirať:si solis effigiem in aliquo fonte:aut placido lacu uidit. Non ut puto. At q tam in sublimi facies eius potest:quam non uidemus reddi si modo idonea est materia quæ reddat. Quotiens defectionem solis uolumus depræhendere:ponimus pulues:quas aut oleo:ut picæ implemus:quia pinguis humor minus facile turbať:& ideo quas recipit imagies seruat. Apparere āt imagie non possunt nisi in liqdo & imoto. Tūc solemus uotare quemadmodū se luna soli opponat:aut illū tāto maiorē:subiecto corpe abscōdat. Mō ex pte si ita cōtigit ut latus occurreret:mō totū hoc dr̄ perfecta defectio:quæ stellas quoq; ostendit & itercipit lucem. tunc.s.cum uterq; orbis:sub eodem librameto stetit. quemadmodum ergo in aere utriusq; imago terris aspici potest:ita in aere cum sit coactus aer & limpidus constitit:ut faciem solis acciperet:q̄ut aliæ nubes accipiunt. sed transmittunt: si aut mobiles sunt aut raræ aut sordidæ. Mobiles enim spargunt illam. raræ emittunt. sordidæ turpesq; nō sentiunt. Sicut apud nos imaginem maculosa non reddunt. Solent & bina fieri pararelia eadem ratione. Quid enim impedit quominus tot sin:quot nubes fuerunt aptæ ad exhibendum imaginem solis. Quidam in illa sententia sunt:quotiens duo simulachra talia existant. ut icident in illis unū esse solis alterum imaginis. Nam apud nos quoq; cū plura specula disposita sunt. ita ut alteri sit cōspectus alterius oia ipleť & una imago uera ē:cæteræ imaginū effigies sunt. Nihil.n.refert qd sit q d speculo ostēdať. Quicqd.n.uidet reddit:ita illis quoq; i sublimi si nubes sors aliq̄ disposuit ut iter se cōspiciāt:altera nubes solis imaginē altera imaginis reddit. Debēt āt hæ nubes quæ hoc præstant densæ eē:leues:splēdidæ:planæ naturæ solis. Ob hoc omnia quæ huius sunt simulachra candida sunt & similia lumiaribus circulis:qa ex percussu oblique accepto:sole resplendent. Nā si infra solē nubes fiūt & ppior ab eo dissipať:lōgē āt posita radios nō remittit:nec imaginē efficit. qa āp nos quoq; specula cū a nobis pcul abducta sunt faciē nō reddūt:qa acies nr̄a nō hēt usq; ad nos cursum. Pluuiaꝶ āt & hii soles (Vtar.n.historica ligua) indicia sunt. Vtiq; si a pte au

stri cōstiterūt inde maxie nubes igrauescūt:cum uertingꝫ solē cinxit talis effigies (si aratori credimus) tēpestas surgit. Tēpus ē:alios quoqꝫ ignes pcurrere:quoꝝ diuersæ figuræ sunt:aliqn̄do emicat stella:aliquādo ardores sunt:aliquādo fixi & hærentes nonnūq̄ uolubiles:hoꝝ plura genera conspiciunt:sunt eni uelut corona cigente itrorsus ignes cæli. Recessus est similis effosse in orbē spelūcæ:sunt phisiæ in magnitudinē nasti rotundiqꝫ ignis dolio similis:q etiam fert uel in uno loco fragrat. Sūt casmata cū aliquod cæli spatiū desidet & flamma uelut dehiscens in abdicto ostentat:colores quoqꝫ hoꝝ oium plurimi sunt. Quidā ruboris acerrimi:qdam euanidæ ac leuis flāmæ:qdam cādidæ lucis:qdam micātes:qdā æqualiter & sine eruptionibus aut radiis fuluis. Videmus ergo stellaꝝ lōgos a tergo albescere tractus:hæ uelut stellæ exiliunt & trāsuolāt uidēturqꝫ longū ignē porrigere propter imensam celeritatē:cū acies nostra nō discernat trāsitū eaꝝ:sed quantūcūqꝫ icurrerunt totū ignitū credat:tāta eni est uelocitas motus:ut partes eius non suspiciant sed tantū summa pēdant:itelligimus magis q̄ pareat stella q̄ qua exeat. Itaqꝫ uelut igne cōtinuo: totum iter signat:qa uisus nostri tarditas nō subsequit mometa currentis:sed uidet simul & unde exilierit & quo puenerit:qd᷑ fit in fulmine. longus nobis uidet ignis eius:qa cito spatiū sursum transibit & oculis nostris occurrit uniuersum per qd deiectus est. At ille non est extenti corporis. Per oē peruenit neqꝫ tā longa & extenuata in ipetū ualent. Quō ergo ꝓsiliūt? Attritu aeris ignis icensus non uēto præceps ipellit:nō semp tamē uēto attrituue fit. Nōnunq̄ ex aliqua opportunitate aeris nascit. Multa eni sunt in sublimi:sicca:calida:terrena:iter quæ orit & pabulū suū subsequēs defluit. Ideoqꝫ uelociter rapit. At quare color diuersus est? Quia refert qualis sit id quod icendit:& quā uehemens quo incendit. Ventū autem significat eiusmodi lapsus & qdem ab ea parte qua erūpit.

Fulgores iquis quomodo fiūt:quos græci sellas appellāt. multis ut aiūt modis. Pōt illos uētoꝝ uis ædere. Pōt ædere superioris cæli uel uenti feruor. nā cū late fusus sit ignis iferiora aliqn̄do:si sunt idonea accendi corripit:pōt stellaꝝ motus cursu suo excitare ignē & in subiecta trāsmittere. Hoc uero nō pōt fieri. Quid? Porro utar ui igneam in æthera elidat:ex qua fulgor ardorue fit:& stellæ similis excursus. Ex his fulgoribus q̄dam in præceps eūt similia ꝓsiliētibus stellis:q̄dā certo loco pmanēt:& tātū lucis emittūt ut fugēt tenebras & diē repsentēt donec cōsumpto alimēto primū obscuriora sint:deide flammæ mō q̄ in se cadir p assiduā diminutionē redigunt i nihilū. Ex his q̄dam in nubibus apparēt:q̄dam supra nubes:cū aer spissus ignē quē prior terris diu parauerat usqꝫ in sydera expressit hoꝝ aliqua nō patiunt morā:sed trāscurrūt ut extinguunt subinde qua reluxerāt:hii fulgores dicunt:qa breuis facies illoꝝ & caudica est nec sine iniuria decidēs. Sæpe eni fulminū noxas ædiderūt. Ab his tacta uidemus icta sine fulminæ q̄ asparsoplecta græci uocāt. at qbus lōgior mora & fortior ignis est:motūqꝫ cæli sequēs aut ꝓprios cursus agūt. cometas nostri putāt de qbus dictū est. hoꝝ genera sunt pagoniæ lapades & cicharissiæ & alia oia quoꝝ ignis in exitu sparsus est. Dubiū āt iter hos ponant trabes & phityæ quæ raro sunt uisæ. Multa eni cōglobatiōe igniū idigent cū igens illoꝝ orbis : aliquantū matutini amplitudinem solis exuperat. Inter hoc ponas licet:& qd frequēter in historiis legimus:cælū ardere uisum est. Cuius nōnunq̄ tā sublimis ardor ē ut iter ipsa sydera uideat:nōnunq̄ tā humilis ut speciem longi qui icendii præbeat. Sub Tyberio Cæsare cohortes in auxiliū hostiēsis coloniæ cucurrerūt:tanq̄ cōflagrātis:cū cæli ardor fuisset per magnā partē noctis:paꝝ lucidus. crassi fumidiqꝫ ignis. de his nemo dubitat qn habeat flammam quā ostēdunt:certa illis substātia est. De prioribus q̄rit. De arcu dico & coronis:an decipiant aciē & mēdacio cōstēt:an illis quoꝝ ueꝝ sit quod apparet. Nobis nō placet in arcu aut coronis subesse aliqd corporis certi. nihil eni iudicamus in speculis nisi fallaciā esse. Nihil aliud q̄ alienū opus metiētibus. Nō eni est in speculo qd ostendit. Alioqn nō exiret:nec in alia ꝓtinus imagine obduceret: nec innumerabiles mō iterirent modo exciperent formæ. Quid ergo? Simulachra ista sunt: & inanis ueroꝝ corpoꝝ imitatio? Sūt quæqꝫ ipsa a qbusdam ita cōposita:ut & hæc possent & detorquæret i prauū. Nā ut dixi sunt specula q̄ faciem prospiciētiū obliquēt. Sūt q̄ in ifinitū augeant ut hūanū habitū excedant modūqꝫ nostroꝝ corpoꝝ. Hoc loco uolo tibi narrare fabellā ut itelligas ꝙ nullū instrm irritandæ uoluptatis libido contēpnat:& igeniosa sit ad icitandū furorem suū. Hostius princeps qdam fuit obscenitatis usqꝫ in scænā productæ. Hūc diuitē auaꝝ sextertii miles seruū. Diuus Augustus idignū uidicta uidicauit:cum a seruis occisus esset:& tamen nō pronūciauit iure cæsum uideri. Nō erat ille tantūmodo ab uno sexu ipurus: sed tam uiroꝝ quam fœminaꝝ auidus fuit. Fecitqꝫ specula eius notæ:cuius modo retuli:imagines longe maiores reddentia in qbus digitus brachii mensuram & longitudinem & crassitudinem excederat. Hæc aut ita disponebat:ut cum uiꝝ ipse pateret aduersus omnes aduersari sui motu in speculo uideret:ac deinde falsa magnitudine ipsius membri tanquam uera gaudebat:in omnibus qdem balneis agebat ille delectum & aperta mensura legebat uiros:sed nihilominus mendaciis quoqꝫ insatiabile malum oblectabat:idest nunc dic speculum munditiarum causa repertum. Fœda dicta sunt:quæ portētum illud ore suo lacerandum dixerit feceritqꝫ:cum illi specula ab omni parte opponerentur : ut ipse flagitiorum suorum spectator esset. Et quæ secreta quoqꝫ conscientia præmunt:& q̄ accusatus qsqꝫ fecisse se negat. Non in os tantum:sed in oculos suos ingereret. At Hercules scelera conspectū suū reformidant:In perditis quoqꝫ & ad omne dedecus expositis tenerrima est oculoꝝ uerecundia. Ille autem quasi paꝝ esset inaudita & incognita pati oculis suis ad illa aduocauit:nec quantum peccabat uidere contentus:specula sibi per quæ flagitia sua diuideret:disponeretqꝫ circundedit:& qa non tam diligenter intueri poterat. cū complexus erat & caput merserat in genibusqꝫ alienis obheserat opus suū sibi per imagines offerebat. Speculabat illam libidinem oris sui:spectabat sibi admissos pariter in omnia uiros. Nonnunq̄ iter marem & fœminā distributus:& toto corpore patiente expositus spectabat nefanda. Quid nā homo impurus reliquit ꝙ in tenebris

faceret? Non pertimuit diem: sed ipsos concubitus portentuosos sibi ipse ostendit: sibiipse approbauit.
Quid non putes in ipso habitu uoluisse pigi? Est aliqua etiã prostitutis modestia & in illa corpora: publi/
co obiecta ludibrio: aliqd quo ĩfœlix patientia lateat obtendunt: adeo quodam modo lupanar quoq; ue/
recundum est. At illud monstrꝫ obscenitatẽ suã spectaculũ fecerat: & ea sibi ostentabat: qbus abscondendis
nulla satis alta nox est: simul ĩquit & uirꝫ & fœminã patior: nihilominus illa quoq; superuacua mihi parte
alicuius contumeliam marem exerceo. Omnia membra stupris occupata sunt. Oculi quoq; in partẽ libidi
nis ueniant: & testes eius tractoresue sint. Etiam ea quæ conspectu corporis non positio summouit ante
uersentur: ne quis me putet nescire quid faciam. Nihil ægit natura: q̧ humanæ libidini ministeria tã ma/
ligna dedit: q̧ aliorꝫ animalium concubitus melius ĩstruxit. Inueniam quemadmodũ morbo meo & po/
tiar & satisfaciam: quo neqtiam meã: si ad naturæ modũ pecco. Id genus speculorꝫ circumponam mihi: q̧
ĩcredibilem imaginis magnitudiem reddat. Si liceret mihi ad uerꝫ ista perducerem: qa non licet menda/
cio pascar. Obscenitas mea plus q̃ cupit uideat & patientiam suam ipsa miretur. Facinus indignum: hic
fortasse cito: & ante q̃ uideret occisus est: ad speculum suum immolandus fuit. Derideantur nunc philoso
phi: q̧ de speculi natura differant q̧ inquirant: quid facies uestra nobis: & quid in nos obuersa reddantur.
Quid sibi rerum natura uoluit: q̧ cum uera corpora ædidisset: etiam simulachra eorum aspici uoluisset.
Quorsum pertimuerit hanc comparare materiam excipiendarum imaginum capacem. Non in hoc scili/
cet ut ad speculum barbam faciemq; ueleremus: aut ut faciem uiri politemus. In nulla re illa negocium
luxuriæ concessit: sed primum omnium: quia ĩbecilli oculi ad sustinendum cominus solem ignoraturi
erant: formam eius hebetato illum lumine ostendit: quamuis enĩ eum orientem occidentemq; contem/
plari liceat tamen habitum eius ipsum qui uerus ẽ: non rubentis sed candida luce fulgentis nescitemus ni
si in aliquo nobis humore leuior: & aspici facilior occurreret. Præterea duorum syderum occursum: quo
inter polari dies solet non uideremus nec scire possemus quid esset: nisi liberius humi solis lunæq; imagi
nes uidemus. Inuenta sunt specula: ut homo ipse se nosceret. Multi ex hoc cum sequuntur: prio sui nunci/
am, deĩde & quoddam consilium. Formosus ut uitaret ĩfamiam. Deformis: ut sciret redimendũ esse uir/
tutibus: qcquid corpori deesset. Iuuenis: ut flore ætatis admoneretur. Illud tempus esse discendi: & fortia
audiendi. Senex ut indecora carnis deponeret: & de morte aliquid cogitaret: Ad hoc rerum natura facul/
tatem nobis dedit nosmetipsos uidendi. Fons cuiq; perlucidus aut lene saxum imaginem reddit. Virgili/
us. Nuper me in littore uidi cum placidum uentis staret mare. Qualem fuisse cultum putas. Ad hoc spe/
culum se cernentium ætas illa simplicior & fortuitis contenta. Nondum in uitium beneficium detorque
bat: nec inuentu naturæ in libidinem luxu: nq; rapiebat: primo faciem suam: quosq; casus ostendit: dein/
de cum insitus sui mortalibus amor dulcem aspectum formæ suæ ea sæpius faceret despexere: in quibus:
prius effigies suas uiderant postq̃ deterior populus subiit in ipsas terras se effosurius: ferrum obruendum
primum in usu fuit. & id homines impune irruerent si solum itruissent. Tunc demũ alia terræ mala quo
rum leuitas aliud agentibus speciem suam obtulit: q̃ hic in poculo: ille me ire ad aliquos usus comparatã
uidit: & mox proprie huic ministerio præparatus est orbis: nondum argenti nitor: sed fragilis uilisq; ma/
teria. Tunc quoq; cum antiqui illi uiri inclyte uiuerent satis nitidi: squalorem operæ collectũ aduerso flu/
mine eluerent. Cura comæ capillum fuit: ac prominentem barbam depectere. & in hac re: quisquis sibi al/
teri operam dabat inuicem. Coniugium quidem manu ceruix ille quem effundere olim mos uiris fuit at
tractabatur. Sed illũ sibi sine ullo artifice formosi quatiebant. Non aliter q̃ iubam generosa animalia. Po/
stea rerꝫ iam potientæ luxuria: specula totis paria corporibus auro argentoq; celata sunt. Deinde gemmis
adornata & poculum uuum: ex hiis fœmina constitit: q̧ antiquarum dos fuit non illa quæ publicæ daba/
tur imperatorum pauperꝫ filiabus. An tu existimas: ex auro nitidum habuisse Scipionis filias speculũ: cũ
illi dos fuisset æs grate. O paupertas fœlix: quæ tanto titulo locum fecit. Non fecisset Illis senatus dotem
si habuissent. At quisqs ille fuit: cui soceri loco senatus fuit. Intellexit se accepisse dotem: quam fas non est
reddere. Iam libertinorꝫ uirgunculus in unum speculũ non sufficit illa dos quam dedit pro se Scipio. Pro
cessit enim molestius: paulatim opibus ipsis mutata luxuria incrementũ ingens uitia acceperunt. Adeoq;
omnia indiscreta sunt peruersissimis artibus: ut quicquid mundius muliebris uocabatur sarcinæ uiriles
sint. Omnes dico etiam militates. Iam speculum ornatus tantum causa adhibitur. Nulli non uitio mune/
ratio necessarium factum est.

Explicit liber primus naturalium.

LVCII ANNEI SENECAE CORDVBENSIS DE NATVRALIBVS LIBER SECVNDVS.



Mnis de uniuerso quæstio in cælestia: idest in sublimia & terrena diuiditur. Prima pars
naturam syderum scrutatur: & magnitudinem: & formas ignium uel syderum: quibus
mundus includitur. Solidum ne sit cælum: ac firmæ concretæque materiæ: an sub/
tili tenuique nexu agatur: an agat & infra se sydera habeant: an in contextu sui fixa: quẽ/
admodum anni uices seruet: solem retro flectat: Cætera deinceps hiis similia. Secun/
da pars tractat inter cælũ terramq; uersantia. Hæc sunt nubila: imbres: niues: & humanas
mouẽtia tonitrua mẽtes. Quæcũq; aer facit patiturue. Hæc sublimia dicimus, qa æditiora
ĩmis sunt. Tertia illa pars de agris: terris: arbustis satis q̃rit. & ut iuriscõsultorꝫ uerbo utar, de oĩbus q̃ solo
continent. Quomodo inqs de terrarꝫ motũ quæstionem eo posuisti loco: quo de tonitruis fulgoribusq;

dicturus es? Quia cum motus terræ fiat spiritu: Spiritus autem sit aer agitatus. & si subeat terras non ibi
spectandus est. Cogitur in ea sede in qua illum natura disponit. Dicam (quod magis uidebitur mirum) In
ter cælestia de terra dicendum erit. Quare inquis? Quia cũ propria terræ excutimus suo loco: utrum la/
ta sit & inæqualis: & enormiter proiecta: an tota i formam pilæ spectet: & in orbem partes suas agat: alli/
get aquas: an aquis alligetur? ipsa animal sit: an inhers corpus. & sine sensu. plenum qdem spiritus: sed alie
ni. Et cætera huiusmodi quotiens i manus uenerint terram sequentur: & i imis collocabuntur. At ubi q̃/
retur qs terræ sit situs: qua parte mundi subsederit: quomodo aduersus sydera cælumq; posita sit. hæc q
stio cædit superioribus: & ut ita dicam meliorem conditionem sequtur. Quoniã dixi de partibus in quas
ois rerum naturæ materia diuiditur. Quædam i commune sunt dicenda. & hoc primum præsumẽdum
inter ea corpora: a quibus unitas est aera esse. Quid sit hoc: & quare præcipiendum fuerit scies si paulo al/
tius repetiero & dixero aliqd esse continuum: aliqd commissum. Continuatio est partium inter se non in/
termissa coniunctio. Vnitas est sine cõmissura continuatio: & duorum inter se coniunctorum corporum
tactus. Nunquid dubium: quin ex his corporibus quæ uidemus tractemusq;: quæ aut sentiuntur aut sen
tiunt: q̃dam sunt composita. Illa constant: aut nexu: aut aceruatione: utputa funis: frumentum: nauis. Rur
sus non composita: ut arbor lapis. Ergo concedas oportet ex his quoq; quæ sensum effugiunt. Cæterum
ratione prenduntur esse: in quibusdam unitatem corporum. Vides quomodo auribus tuis parcam. Expe
dire me poteram si philosophorum ligua uti uoluissem: ut dicerem unita corpora. hoc cum tibi remittã:
ut inuicem mihi refer gratiam. Quare: istud quando dixero unum: memineris me non ad numerum re/
ferre: sed ad naturam corporis: nulla ope externa: sed unitate sua coherentis: ex hac nota corporum aer est.
Omnia quæ in noticiam nostram cadunt uel cedere possunt mundus complectitur: ex his quædam eius
sunt partes: quædam materiæ loco relictæ. Desiderat omnis natura materiam: sicut ars omnis quæ ma/
nu constat. Quid sit hoc apertius faciam. pars eni nostri: manus: ossa: nerui: oculus: materia: succus recen/
tis cibi iturus in partes. Rursus quasi pars nostri est sanguis: qui tamen & materia est. Parat enim & alia &
nihilominus i numero est eorum: quibus totum corpus efficitur. Sic mundi pars aer & quidem neces/
saria. Hic est enim qui cælum terramq; connectit: quia ima ac sũmma sic separat ut tamen iungat. Separat
quia medius interuenit. Iungit: quia utriq; per hoc inter se consensus est. supra sedat quicquid accepit a ter
ris. Rursus uim syderum in terrena transfundit. Quem sic partẽ mũdi uoco: ut animalia & arbusta. Nam
genus animalium arbustorumq;: pars est uniuersi: quia in consumatione uniuersi acceptum: & quia non
est sine hoc uniuersum. Vnum autem animal: & una arbor: quasi pars est: quia si perierit tam id ex quo pe
rit totum est. Aer autem ut dicebam & de cælo & terris coheret. Vtriq; inatus est: habet autem unitaté qc/
quid alicuius naturæ pars est Nihil enim nascitur sine unitate. Terra par est mundi & materia. Pars q/
re sit: non puto te interrogaturum ut æque interroges quare cælum pars sit: quia scilicet non magis sine
illa uniuersum esse potest: q; cum ex his uniuersum est. Ex qbus idest ex illo & illa & alimenta animalibus
omnibus satis: omnibusq; stellis diuiduntur. Hinc qcquid est uirium singulis. Hinc ipsi mũdo tam mul/
ta poscenti subministrantur. Hinc profertur: quo sustineant tot sydera tam exercitata auida per diẽ no/
ctemq;: ut in opere: ita & in pastu. Et oium qdem rerum natura quantũ in nutrimentum sui satis sit ap/
prehendit. Mundus autem quantum in æternum desidebarat inuasit. Pusillũ tibi exemplum magne rei
ponam. Oua tantum cõplectuntur humoris: quantũ ad effectum animalis exituri sat est. Aer continuus
ratione terræ est: & sic appositus: ut statim ibi futurus sit unde illa discessit. Pars ẽ totius mũdi: sed idẽ ta
men quicquid terra in alimentũ misit recipit: ut scilicet materia non pars intelligi debeat. Ex hoc omnis
inconstantia tumultusq; est. Hunc quidam ex distantibus corpusculis ut puluerem ferunt plurimũq; a ue
ro recedunt. Nunq̃ enim contexti nisi per unitatem corporis uisus est: cum partes consentire ad intentio/
nem debeant & conferre uires. Aer autem si in athomos diuiditur sparsus est. Teneri uero disiecta non
possunt. Intẽtionem aeris ostendunt tibi inflata nec ad ictum cedentia. Ostendent pondera per magnum
spatiũ ablata gestante uento. Ostendent uoces quæ remissæ claræq; sunt prout aer se cõcitauit. Quid enĩ
est uox: nisi intensio aeris ut audiatur linguæ formata percussu? Quid cursus & motus omnis? nonne in/
tenti spiritus opera sunt? Hic facit uim: & uelocitatem neruis currentibus. Hic cum uegementer concita
tus ipse se torsit arbusta: siluasq;: conuoluit: & edificia tota corripiens in altum frangit. Hic mare per se lã
guidum & iacens incitat. Ad minora ueniamus. Quid enim sine intensione spiritus cautus est? cornuo &
tubæ & ea quæ aliqua præssura maiorem sonitum reddunt: q̃ qui ore reddi potest? nonne aeris intensio/
ne partes suas explicant? Consideremus q̃ ingentem uim per occultum agant: Paruula admodum semi/
na: & quorum exilitas in commissura lapidum locum inueniat intantum coalescant: ut ingentia saxa tra/
hant: & in momenta dissoluant scopulos rupesq; radices in terra minutissime ac tenuissime scindũt. Hoc
quid est aliud q̃ intensio spiritus: sine qua nil ualide & contra quam nil ualidus est. Esse autem unitatẽ
in aere: uel ex hoc intelligi potest: q; corpora nostra inter se coherent. Quid enim aliud est quod tenet ea
On præterit me Lucilli uirorum optime q̃ magna rerum fundaméta ponam senex q mundum circuire constitui & causas:secretaq; eius eruere atq; aliis noscenda perducere. Quando tam multa consequar? tam sparsa colligã? tam occulta perspiciam? Prætermittat ergo senectus & obiiciat an nos inter uana studia consumptos:tanto magis urgeamus & damna ætatis male exemptæ labor sarciat. Nox ad diẽ accedat. Occupationes patrimonii recidantur:longe a domino iacentis causa soluat:sibi totus aius uacet:& ad cõtẽplationem sui saltem in ipso ipetu respiciat. Faciet ac sibi instabit & quotidie breuitatẽ temporis metietᷣ. Quicqd amissum est id diligenti usu præsentis uitæ recolliget fidelissimus est ad honesta ex pœnitentia transitus. libet mihi exclamare illius poetæ iclyti uersum. Tollimus igentes aios & maxima facta paruo tempore molimur. hoc dicerem si puer iuuenisq; molirer. Nullum non tam magnis rebus tẽpus angustũ est. Nunc uero ad rem seriã grauem imensam:post meridianas horas accessimus. faciamus quod in itinere fieri solet. Qui tardius exierũt uelocitate pẽsant morã. festinemus & opus nescio an supabile:magnũ certe sine ætatis excusatiõe certemus:crescit aius quotiens cœpti magnitudinẽ ostẽdit & cogitat quantũ ꝓposito non quantũ sibi supsit. Cõsumpsere se qdã tunc acta regũ externorum cõponunt q̃q; passim inuicẽ ausiq; sunt populi. Quãto satius est sua mala extiguere q̃ aliena posteris tradere. Quanto potius deorum opera celebrare q̃ Philippi aut Alexandri latrocinia? Qui exitio gentium dari non minores fuere pestes mortalium:q̃ inundatio:q̃ planũ omne perfusum est:q̃ conflagratio:q̃ magna pars aiantium exaruit:quẽadmodum Hannibal superauerit alpes scribũt:quẽadmodũ cõfirmatũ hispaniæ cladibus bellũ Italiæ iopinatus itulerit ifractis rebus ẽt post carthaginẽ:pertinax reges pererrauit:cõtra romanos ducem se promittens ẽt sine exercitu. Quemadmodũ ante desierit senex oibus angulis bellum quærere adeo sine patria esse pati poterat. sine hoste nõ poterat. Quãto satius qd faciendum sit q̃rere ac docere eos q sua permiscere fortunæ nihil stabile ab illa datum esse eius oia fluere:aura mobilius? Nescit enim qescere. Gaudet lætis tristia sustinere & utercq; miscere. Itaq; i secundis nemo confidat:in aduersis nemo deficiat. alternæ sunt uices rerum. Quid exultas? Ista qbus ueheris i summum. nescis ubi te relictura sunt. Habebunt suum non tuum finẽ. Quid iaces? ad imum delatus es. Nũc est resurgendi locus. In melius aduersa:in deterius optata flectunᷣ. Ita accipienda est aio uarietas. Non priuatorum tantum domum quas leuis casus ipellit:sed ẽt rei publicæ. Regna ex iſimo coartata super iperantes constitere. Vetera iperia in ipso flore cecidere:Inueniri non potest numerus q̃ multa ab aliis fracta sint. Nũc cum maxime deus alia exaltat alia submittit nec molliter ponit sed ex fastidio suo nullas habituras reliqas iactat. Magna ista qa parui sumus credimus. Multis rebus non ex natura sua:sed ex humilitate nostra magnitudo est. Quid præcipuum rebus humãis est? Non classibus maria complexæ:nec in rubri maris littore signa posuisse:nec deficiente terra ad iniurias aliorum errasse. in oceano ignota quærentem:sed aio omne uidisse:& q̃ nulla est maior uictoria uitia domuisse. Innumerabiles sunt qui urbes qui populos habuere i potestate:paucissimi qui se. Quid est præcipuum? Erigere aium supra minas & promissa fortunæ. Nihil dignum putare quod speres. Quid est dignum q; concupiscas? a diuinorum conuersatione quotiens ab humana recideris. non aliter caligabis q̃ quorum oculi idensam umbram ex claro sole rediere. Quid est præcipuum? Posse læto aio aduersa tolerare:qcqd acciderit sic ferre:quasi si tibi uolueris accidere. Debuisses eni uelle si sciuisses oia ex decreto dei fieri. Flere quæri igemere desciscere est. Quid est præcipuum? Animus contra calamitates fortis & cõtumax luxuriæ non aduersus tantum sed infestus:nec auidus periculi. Nec fugax q sciat fortunam prosperitatem non exspectans: & aduersus utrumq; itrepidus & confisus prodire. Nec illius tumultu nec hoc fulgore percussus. Quid est præcipuum? non admittere in aio mala consilia:puras ad cælum manus tollere:nullum petere bonũ qđ ad te transeat aliqs possit dare aliquas amittere. Optare quod sine aduersario optaᷣ bonam mentem. Cætera magno extimata mortalibus ẽt siqs domum casus attulit sic itueri:quasi exitura quæ uenerit. Quid est præcipuum? Altos supra fortunam spiritus hois attollere. Meminisse ut siue fœlix eris:scias hoc nõ futurum diu:siue isfœlix:scias hic te nõ esse nisi cum putes. Quid est præcipuum. In primis labris aiam habere. Hæc res efficit non euenire qrici ut sit liber:sed euenire naturæ. Liber autem est qui seruitutem effugit suam. Hæc est assidua seruitus & ineluctabilis:& per diem ac noctẽ æqualiter præmens:sine iteruallo:sine cõmeatu. Sibi seruire grauissima seruitus est q̃ discutere facile est si desieris multa te poscere. si desieris tibi ferre mercedẽ. si ante oculos & naturã tuã posueris & ætatẽ licet tibi prima sit:ac tibi ipse dixeris. Quid insanio? Quid anelo? Quid sudo? Quid terrã? Quid forũ uiso? Nec multo opus est nec diu. Ad hoc proderit nobis ispicere naturã:primo discedemus a sordidis. deide aium ipsum:quo magno summoq; opus seducemus a corpore. Deide i occultis exercitata subtilitas non erit i aperto deterior. Nihil autem est aptius his salutaribus. quæ cõtra neqtiam nostrã furorẽq; discũᷣ quæ danamus nec ponimus. Quæramus ergo de aqs & iuestigamus qua ratione fiant. Siue ut ait Ouidius. Fons erat illimis: nitidis argenteus undis. Siue ut ait Virgilius. Vnde per ora nouẽ uasto cũ murmure mõtis. In mare præruptũ & pelago præmis arua tonanti. Siue ut apud Terenciũ iunior charissime iuenio. Elisius siculis de fontibus exilit amnis.

Quomodo ideo aquas subministret. Quomodo tot flumina igentia per diem & noctē decurrant. Quare alia hybernis aquis intumescat. alia in defectu cæteroꝝ amniū crescant. Nilū interim seponamus a turba proprie naturæ & singularis: illi diē suū dabimus. nūc uulgares aquas prosequæmur tam frigidas q̄ calentes. In qbus calentibus q̄rendum erit utrꝝ calidæ nascanť an fiant. De cæteris quoq; differemus: q̄s isignes aut sapor: aut aliqua reddit utilitas. Quædam enim oculos. Quædam neruos iuuant. Quædam iueterata & desiderata a medicis uitia pcurrant. Quædam medenť ulceribus. Quædā iteriora fouēt potu: & pulmonis ac uisceꝝ q̄relas lauant. Quædā supprimunt sanguinem: tā uariis singulis usus q̄ gratus ē. Aut stāt omnes aquæ: aut fluūt: aut colliguntť: aut uarias habēt uenas. Aliæ sunt dulces: aliæ uariæ: aspe qdem iter ueniunt salsæq; amaræq;: aut medicatas: ex qbus sulphuratas dicimus ferratas: aluminosas. Indicat inde sapor. habent præterea multa discrimina. Primū tactus frigidæ calidæq; sunt. Deide ponderis leues & graues sunt. Deide coloris puræ sunt: turbidæ: ceruleæ: lucidæ. Deide salubres sunt & utiles. Sūt mortiferæ: sunt quæ coganť in lapidē. Quædā tenues: q̄dā pingues: q̄dam alunt: q̄dam sine ulla bibentis ope transeunt: q̄dam haustæ fecunditatem afferunt. Vt stet aqua aut fluat loci posito efficit: in deuexo fluit: in plano continetť & stagnat: & aliq̄ndo in aduersum spiritu impelliť. tunc cogiť: tunc non fluit. Colligiť ex imbribus: ex suo fonte natiua est. Nihil tamē ꝓhibet eodē loco aquā colligi & nasci: quod in fucino uidemus in quē mōtes circūuecti q̄cq̄d fudit fluuii deriuanť. Sed & magnæ latentesq; in ipso unde sunt. Itaq; etiam cū hyberni defluxere torrētes faciē quoq; suā seruant. Primum ergo q̄ramus quō ad cōtinuādos fluminū cursus terra sufficiat: Vnde tantū aquaꝝ exeat. Miramur ꝙ accessionē fluuiū maria nō sentiant. Aeque mirandū est ꝙ detrimēta exeuntium terra nō sentit. Quid ē ꝙ illā sic impleuit ut ꝓbere tantum ex recōdito possit: ac subide sic suppleat. Quācunq; rōnem reddiderimus de flumine eodem erit riuoꝝ ac fontiū. Quidā iudicant terra q̄cq̄d aq̄rum emiserit rursus accipe: ob hoc maria non crescere: q̄a quod influxit nō in suum uertunt sed protinus reddunt: occulto enī itinere subit terras & palā uenit: secretoq; reuertiť: tollaturq; transitu mare quod per multiplices anfractus terraꝝ uerberatū amaritudinem ponit & prauitatē saporis in tanta soli uarietate exuit & in sincerā aquā transit. Quidā existimāt q̄cquid ex imbribus terra cōcipit in flumina rursusq; emitti. Et hoc argumenti loco ponunt: ꝙ paucissima flumina sunt in his locis in qbus rarus est imber: ideo siccas esse aiunt ethiopes solitudines paucosq; inueniri in iteriore africa fontes: q̄a feruida cæli natura sit & pœne semper æstiua. Squalidæ itaq; sine arbore sine culto arenæ iacent: raris imbribus sparsæ quos statim combibunt. At contra constat germaniā galliāq; proxime ab hiis italiā abūdere riuis & fluminibus: quia cælo humido utunť ut ne æstas qdem ībribus caret. Aduersus hoc multa dici posse uides. Primum ergo tibi uineaꝝ diligens fossor affirmo nullā pluuiā esse tam magnā q̄ terrā ultra decem pedes in altitudinem madefaciat. Omnibus humor iter primā crustā consumiť: nec in iferiora descendit. Quomodo ergo potest imber augere amnibus uires q summā humum tangūt? Pars maior est quæ ꝑ fluminum alueos in mare efferť. Exiguū est ꝙ sorbet terra nec id seruat. Aut enī arida est & assumit q̄cq̄d in se īfusum ē: aut satiata: siq̄d supra desideriū cecidit excludit. Et ideo primis ībribus nō augenť amnes: q̄a totos in se sitiens terra trahit. Quid ꝙ quædā flumina erumpunt saxis & montibus? His quid conferrent pluuiæ quæ ꝑ nudas rupes deferunť: nec habent terrā cui insideant. Adice ꝙ in siccissimis locis putei in altum acti ꝑ.cc. aut .ccc. pedum spatia inueniunt aquaꝝ uberes uenas in ea altitudine in qua aq̄ non penetret ut scias illic non cælestem esse nec collectiuum humorem: sed quod dici solet uiuā aquā: illo quoq; argumento hæc opinio refelliť ꝙ quidā fontes in summo montis cacumine redundant. Apparet ergo illos sursum agi: aut ibi concipi. cum omnis aqua pluuialis decurrat. Quidā existimāt quēadmodū in exteriore parte terraꝝ uastæ paludes iacent magni & nauigabiles lacus: quēadmodū ingenti spatio terræ maria porrecta sunt. infusa uallibus sic interiora terraꝝ abundare aquis dulcibus. Nec minus illas stagnare q̄ apud nos oceanum: & sinus eius in imo eo latius: quia plus terra in altū patet: ergo ex illa ꝓfunda copia isti amnes ægerunt. Quos q̄d miraris si terra detractos non sentiat cū adiectos maria non sentiant. Quibusdā hæc placet causa. Aiunt habere terrā in se concauos recessus & multum spiritus qui necessario frigescit umbra graui ꝑssus. Deinde & piger & immotus. In aquā cū desiit conuertiť: quemadmodū supra nos mutio aeris imbrē facit: ita īfra terras riuū agit. Supra nos stare nō potest segnis diu & grauis. Aliquādo enim sole tenuať. Aliquando uentis expandiť. Itaq; interualla magna imbribus sunt: sub terra uero q̄cquid est quod illum in aquā conuertat: id semper est umbra perpetua frigus æternū. inexercitata densitas: semper præbebit fonti aut flumini causas: placet nobis terrā esse mutabilē. Hoc quoq; quicquid effluit q̄a nō aere libero concipiť crassescit & protinus in humorem quæriť. Habes primas aquaꝝ sub terra nascentium causas: adiicias etiā licet ꝙ fiant omnia ex omnibus. Ex aqua aer. Ex aere aqua. Ignis ex aere. Ex ignis aer. Quare ergo ne terra fiat ex aqua & ex terra aqua? quæ si in alia mutabilis est: & in aquā: immo maxime in hanc: utraq; cognata res est: utraq; grauis: utraq; densa: utraq; in extremū mūdi compulsa. Ex aqua terra fit. Cur non aq̄ fiat terra? At magna in terra sunt flumina. Cum uideris quanta sunt: & rursus ex quāto prodeāt aspice: rursus quāta sunt miraris: cum labanť assidue. Quædā uero non cōcitata rapiāť. Quod præsto sit illis semꝑ aq̄ noua. Quid si mireris ꝙ cū uenti totū aera impellāt: non deficit spatio spiritus: sed ꝑ dies noctesq; æqualiter fiat: nec ut flumina certo alueo feranť: sed ꝑ latum cæli spatium lato impetu uadit: ꝙ si ullā undā superesse mireris quæ superueniat tot fluctibus fractis. nihil deficit q̄a in se redit. Omniū elementoꝝ alterni recursus sunt. Quicquid alteri perit in alteꝝ transit. Et natura partes suas uelut in pōderibus cōstitutas examinat ne portionū æquitate turbata mundus præponderet omnia in oībus sunt. Non tātū aer in ignē trāsit: sed nusq̄ sine igne est. Detrahe illi calorē rigescet: stabit durabiť: Trā

fiet aer in humorẽ. Sed nihilominus nõ sine humore: & aera & aqua facit terrã: sed nõ magis unq̃ sine aqua
est q̃ sine aere. Et ideo facilior inuicẽ trãsitus est: q̃a illis in quæ trãseundũ ẽ iã mixta sunt. Habet ergo ter/
ra humorẽ: hunc exprimit. Habet aera hunc umbra hyberni frigoris densat ut faciat humorẽ. Ipsa quoq;
mutabilis est in humorẽ: natura sua utit̃. Quid ergo inq̃s si perpetui sunt amnes uel causæ q̃bus flumina
oriunt̃ ac fontes: quare aliquando siccant̃: aliquando q̃bus non fuere locis exeũt? Sæpe motu terraꝝ itine
ra turbant̃: & ruina iterscidit cursum aquis quæ recentes & nouos exitus quærunt: & aliquo ĩpetu faciũt
ut ipsius quassatione terræ aliunde alio transferunt̃. Apud nos euenire solet ut amisso canali suo flumina
primum refundãt̃: deĩde quia perdiderunt uiam faciũt. hoc quod accidisse ait Theophrastus in autorico
monte: in quo post terraꝝ tremorem noua uis fontium emersit. Sic & alios quoq; casus ĩteruenire q̃dam
opinant̃: q̃ aliter uocent aquas: aut a cursu suo deficiant aut auertant. Fuit aliquãdo aquaꝝ inops humus.
Sed cũ galloꝝ gens a Cassandro obsessa in illũ se contulisset & siluas scidisset ĩgens aquaꝝ copia apparuit:
quas uidelicet in alimentũ suũ nemora ducebant. Quibus excisis humor qui desiit in arbusta cõsumi: li/
de superfusus est. Idẽ ait circa megnesiã accidisse. Sed pace Theophrasti dixisse liceat. Nõ hoc est simile ue/
ri: q̃a fere aquosissima sunt quæcunq; umbrosissima. Quod non eueniret si aquas arbusta siccarẽt: q̃bus ali
mentũ ex ꝓximo est: fluminum modo uis ex ĩtimo manat: utraq; excipit̃ q̃ radicibus euagari licet. Deĩde
succisæ arbores plus humoris desiderãt. nõ tantũ id quo uiuãt: sed & id quo crescãt. Idẽ ait circa archadiã:
quæ urbs in creta ĩsula est. Fõtes & lacus substitisse: quia desierit coli terra dirupta urbe. Postea uero q̃ cul
tores pe reperit aquas quoq; recepisse: causam siccitatis. Hanc ponit ꝙ obdurauerit constrita tellus nec po
tuerit imbres inaginata trãsmittere. Quomõ ergo plurimos uidemus in locis disertissimis fontes? Plura
deniq; inuenimus quæ ꝓpter aquas coli cœperũt q̃ quæ aquas habere rœperint quia colebant̃. Nõ enim
esse talẽ pluuialẽ aquã quæ uastissima flumina a fonte statim magnis acta nauigiis defert. Ex hoc ĩtelligas
licet ꝙ per hyemẽ æstatẽq; parẽ a capite deiecta pluuia põt facere torrentem. nõ põt aũt æquali inter ripas
suas tenore labentẽ: aquæ nõ faciũt imbres: sed excitant. Paulo repetamus hic altius si uidet̃ & scies te non
habere ꝙ quæris cũ ad uerã oium originẽ accesseris. flumẽ nẽpe facit copia cuiuscũq; aquæ perẽnis. Ergo
quæris a me quõ aqua fiat: interrogabo inuicẽ: quõ aer fiat aut terra. Sed si in natura reꝝ elemẽta sunt q/
tuor nõ põt interrogari unde aqua sit. q̃rta. n. pars est naturæ. Quid ergo miraris si reꝝ naturæ portio tã
magna põt aliquam ex se semp effundere. Quõ aer & ipse quarta pars mundi uentos & auras mouet. sic
aqua riuos & flumina. Si uentus est fluens aer: & flumẽ est fluens aqua. Satis est multũ illi uiriũ dedi cũ di
xi elementũ est. Intelligis ꝙ ab illo proficiscit̃ nõ posse deficere. Aqua ait Thales ualentissimũ elementũ ẽ:
hoc fuisse primũ putat: ex hoc surrexisse oia. Sed etiã nos quoq; aut in eadẽ sentẽtia eius aut in ultima su/
mus. Dicimus enim ignẽ esse qui occupet mundũ & in se cuncta cõuertat. Hunc eundẽ languere conside/
re & nihil relinqui in reꝝ natura igne restricto q̃ humorẽ in hæc futuri mundi spẽ latere. Ita ignis exitus
mundi est: humor primordium. Miraris oẽs ex hoc posse exire semp & qui pro oĩbus fuit ex quo sunt oia
hic humor reꝝ primordiũ sic positũ est ut fluminibus ædendis sufficere ut riuis ut fontibus posset. Quæ
sequãt̃ thaletis inepta sentẽtia est. Ait enim terraꝝ orbem aqua sustineri & uehi more nauigii: mobilita/
teq; eius fluctuare tunc cum dicit̃ tremere. Nõ est ergo miꝝ si humedar humor ad flumina fundenda cũ
mũdus in humore sit totus. Hãc ueterẽ & rudẽ sententiã explode. Nec est ꝙ credas in hũc orbẽ aquã subi/
re & per rimas facere semitã. Aegyptii quatuor elemẽta facere. Deinde ex singulis bina maria. Aerẽ marẽ
iudicant: quia uentus est. Fœminam quia nebulosus & inhers. Aquã uirilem uocãt mare. Muliebrẽ oẽm
aliã. Ignẽ uocãt masculũ quo ardet flãma: & fœminã qua lucet innoxius tactu. Terrã fortiorẽ marẽ uocãt
saxa: cautesq; fœminæ nomẽ assignãt. huic tractabili & cultæ materiæ unũ est. ab initio. s. ita cõstitutũ ha/
bet suas uenas q̃bus implet̃ & æstuat. Quomodo maris sic & huius aquæ mitioris. Vasta maris in occul/
to uia est quã nullus fluminis cursus exhauriet. Abdita ẽ uiriũ eius rõ. Tantũ ex illa q̃tũ superi fluũ sit emit
tit̃. Quædã ex istis sunt q̃bus assentire possumus: sed hoc amplius censeo. Placet natura regi terrã. Et q̃dẽ
ad nostroꝝ corpoꝝ exẽplar in q̃bus & uenæ sunt & arteriæ. Illæ sanguis hæc spiritus receptacula in terra
quoq; sunt alia itinera per quæ aqua. Alia per quæ spiritus currit: adeoq; ad similitudinẽ illam humano/
rum corpoꝝ natura formauit ut maiores quoq; nostri aquaꝝ appellauere iter uenas. Sed quemadmodũ
in nobis nõ tantũ sanguis est: sed multa genera humoris alia necessarii alia corrupti: ac paulo pinguioris in
capite cerebrum: ĩ ossibus medullæ musculi: saliuæq; & lachrymæ & q̃ddam additũ articulis per quod ci/
tius flectant̃ ex lubrico: sic in terra quoq; sunt humoris genera complura. Quædã quæ maturæ durent̃.
Huic est omnis metalloꝝ humus. Ex q̃bus aurũ argentũ petit auaritia & quæ in lapidem ex liquore uer/
tunt̃. In q̃busdam locis terra humorq; liquæscit: sicut bitumẽ & cætera huic similia. Hæc est causa aquaꝝ
secundũ legẽ naturæ uolũtateq; nascentiũ. Cæteꝝ ut in nostris corporibus ita in illa sæpe humores uitia
concipiũt aut ictus aut quassatio aliqua: aut loci seniũ: aut frigus: aut æstus corrũpere naturã: & sulphura/
tio cõtraxit humorẽ q̃ modo diuturnus est modo breuis. Ergo ut in corporibus nostris sanguis cum per
cussa uena est tã diu manat donec omnis effluxit: aut donec uenæ scissura subsedit atq; ĩterclusit: uel aliq̃
alia causa retro dedit sanguinem: ita in terra solutis ac patefactis uenis: riuus aut flumen effundit̃. Interest
q̃tum aperta sit uena quõ cõsumpta aqua deficit. Mõ exiccat̃ aliquo impedimẽto mõ coit ualde in cicatri
cem comprimitq; quã fecerat uiã: mõ illa uis terræ quã esse mutabilẽ diximus: desinit posse alimenta in
humorẽ cõuertere: aliq̃do aũt ante exhausta replent̃. Mõ per se uiribus collectis. mõ aliũde trãslatis. Sæpe
enim inania apposita plenis humorẽ in se attrahunt. Sæpe terra si facilis est in tabẽ ipsa resoluit̃ & hume/
scit. Idẽ euenit sub terra ꝙ in nubibus ut spisset̃ grauiorq; q̃ ut manere in natura possit: significat humorẽ

Sæpe colligiẽ roris modo tenuis & dispersus liquor qui ex multis in unũ locis cõfluit. Sudorẽ aq̃ leges uocant qa guttæ quædam uel præssura loci eliduntẽ uel æstu euocantẽ. Hic tenuis unda uix fonti sufficit: & ex magnis causis magnisq; cõceptibus excidũt amnes emissi. Nõnunq̃ leuiter si aq̃ pondere suo se tãtum detulit. Nõnunq̃ uehemẽter & cũ sono suo: si illã spiritus ĩtermixtus eiecit. Sed quia qdã fontes senis horis pleni: senisq; sicci sunt. Superuacuũ est noiare singula flumina quæ certis mensibus magna certisq; angusta sunt & occasionẽ singulis quærere cũ possim eandẽ causam singulis reddere. Quẽadmodũ q̃rtana ad horã uenit: quẽadmodũ podagra ad tẽpus respõdet: quẽadmodũ pugnator si nihil obstitit statutũ diẽ seruat: quẽadmodum p̃sto est ad mẽsem suum partus: sic aquæ ĩterualla hẽnt qbus se retrahãt: & qbus redeant: quædã aũt ĩterualla qa minora sunt & ideo notabilia. Quædã maiora non minus certa. Et qd hic mirum est cum uideas ordinẽ reꝶ & naturã p cõstitutã ꝓcedere. Hyemps nunq̃ aberrauit. Aestas suo t̃pe caluit: autũni ueris q; ut solet fcã mutatio est. Tã solstitium q̃ & æqnoctiũ suos dies retulit. Sunt & sub terra minus nota nobis iura naturæ: sed non m ius certa: crede ĩfra qcquid uides supra: sunt & illic specus uasti: sunt igentes recessus ac spatia. suspẽsis hic & ĩde montibus laxa. Sunt abrupti ĩfinitum hiatus q sæpe illapsas urbes receperunt & igentẽ in alto ruinã cõdidere. Hæc spiritu plena sunt. Nihil enĩ usq̃ inane est & stagna obsessa tenebris & locis amplis. Aĩalia quoq; illis ĩnascuntẽ sed tarda & ĩformia ut in aere cæco pinguiq; concepta est aquis torpentibus fcã plæraq; ex his ceca ut talpæ & subterranei mures qa deest lumen quod supuacuũ est. Inde ut Theophrastus affirmat pisces qbusdã locis eruuntẽ. Multa hoc in loco tibi ĩ mẽtem uiuere quæ urbane iure ĩcredibili fabulã dicas. Non cũ retibus aliquã nec cum hamis sed cũ dolabro ire aliqd piscatũ. Expecto ut aliqs in mari uersetẽ. Quid est autem quare non pisces in terrã trãseant si nos maria trãsimus? Permutabimus sedes. Hoc miraris accidere. Quãto ĩcredibiliora sunt opa luxuriæ quotiens natura aut mentiẽ: aut uinciẽ? In cubili natãt pisces & sub ipsa mensa capiẽ qui statim trãsferaẽ in mẽsam. Paꝶ uideẽ recens nullus: nisi q in conuiuio manu moriẽ. Vitreis ollis ĩclusi offeruntẽ & obseruaẽ morientiũ color q̃ in multas mutationes mors luctãtem spiritu uertit. alios necãt in garo & condũt uiuos. Hii sunt q fabulas putãt piscem uiuere posse sub terra & effodi non capi: quoniã ĩcredibilo illud uidereẽ si audirent natare in garo piscem nec cœnæ cã occisum esse super cœnã. Cum multis delitiis fuit & anteq̃ gulã oculos pauit. Permitte mihi quæstione seposita castigare luxuriã. Nihil est ĩnqs nullo expirante formosius. Ipsa colluctatiõe aĩam efficiẽtis rubor primũ: deĩde pallor suffundiẽ q̃ æque uariaẽ: & ĩ cæteras facies ĩter uitã & mortem coloris est uagatio. Longa somniculosæ inhertisq; luxuriæ. Quã sero expressero circũscribi se & confundari tanto bono sensit. Hoc adhuc tãto spectaculo & tã pulchro piscatores fruebãẽ: quo coctum piscem: quo exanimẽ in ipso ferculo expiret. mirabamur tantum in illis esse fastidium ut nollent attingere nisi eodem die captum piscem: q ut aiũt saperet ipsum mare. Ideo cursu aduehebaẽ: ideo gerulis cũ hanelitu & clamore properãtibus dabaẽ uia. Quo peruenere delitiæ. Is pro putrido iã piscis afferẽ q nõ hodie eductus occisus est. Nescio qua de re magna tibi credere. Ipse oportet me credas. Huc afferaẽ: coram me animã agat. Ad hoc festum peruenere uentres delicatoꝶ ut gustare non possint piscem nisi quem ĩ ipso conuiuio natãtem palpitãtemq; uiderit. Quãti ad solertiã luxuriæ pereũt. Hiis accedit tãtoq; subtilius quotidie & elegãtius aliquis excogitat furor usitata contẽnẽs illa audiebamus. Nihil ẽ melius salatili mollo. At nũc audiuimus. Nihil enĩ est moriente formosius. da mihi in mãus uas uitreũ in quo exultet in quo trepidet. Vbi multũ diuq; laudatus ex illo plucido uiuario extrahiẽ. Tũc ut qsq; pitior est mõstrat. Vide quõ exarserit rubor omni acrior minio. Vide quas platas uenas agat. Ecce sanguineũ putes uentrem q̃ lucidũ qddã ceruleũq; sub ipso tempore effulsit. Iã porrigiẽ & pallet & ĩ unũ colorem componiẽ. Ex hiis nemo morienti amico assidet. Nemo uidere mortem pr̃is sui sustinet quã optauit. Quotus qsq; fumus domesticũ ad rogũ ꝓsequiẽ fratꝶ ꝓpinquoꝶ extrema hora diserit. Ad mortem mulli cõcurriẽ. Nihil .n. est illo formosius. Nõ tẽpero mihi qn utar ĩterdũ temerariis uerbis & proprietas modus excediẽ. Non sunt ad poma: dentibus & uentre: & ore contenti: oculis quoq; gulosi sunt. Sed ut ad ꝓpositũ reuertar accipe argumentũ magnã uim aquaꝶ in subterraneis occultis fertilẽ fœdo situ discitũ. Siqndo erupit affert secũ imensam aĩaliũ turbã: horridã aspici & turpẽ ac noxiã gustu. Certe cũ in caria circa ydimũ urbẽ talis exilisset unda. Periere qcũq; illos ederãt pisces quos ignoro aiũt: ante eã diẽ cælo nouus annus ostendit. Nec id mirũ. Erãt enim pinguia & differta ex longo ocio corpora. Cæteꝶ inexercitata & in tenebris saginata & lucis inexperta exequar salubritas dr̃. Nasci autem dr̃ pisces in illo terraꝶ ꝓfundo. Sit ĩdicium q anguillæ quæ latebrosis locis pascuntẽ. Grauis & ipse cibus sit ob ignauiã: utiq; si altitudo lucis illas penitus abscondit. habet ergo nõ tantũ uenas aquaꝶ terra ex qbus cõtinuatis flumina effici possunt: sed amnes magnitudinis uastæ quoꝶ aliis semp in occulto cursus est donec in aliquo sinu terræ deuorentẽ. alii sub aliquo lacu emergũt. Iã quis ignorat esse quædã stagna sine fundo? Quorsum hoc pertinet? Vt appareat hãc aquã magis amnibus æternã esse materiã cuius non tãguntẽ extrema. sicut flumina fontiũ. At quare aquis sapor uarius? propter quatuor causas. Ex solo prima est per quod feruntẽ. Secũda ex eadem similitudine eius nascitur. Tertia ex spiritu qui in aqua trãsfiguratus est. Quarta ex uitio quod sæpe cõcipiũt corruptæ per iniuriã. Hæ causæ saporem dant aqs uariũ. Hæ medicatã potẽtiã. Hæ grauẽ spiritũ colorẽq; pestifeꝶ. Hæ leuitatẽ grauitatẽ aut colorẽ: aut nimiũ rigorẽ. Interest utꝶ loca sulphure an uitro: an bitumine plena transeant. Hac ratione corruptæ cũ uitæ piculo bibunẽ. Illic istud de quo Ouidius ait. Flumen habent cicones quod potũ saxea redit. Viscera: quod tactis ĩducit marmora rebus. Medicamentũ est & eius naturæ habet limũ: ut corpora agglutinet & induret. Quẽadmodũ puticolanus puluis: & si aquã attigit saxũ est. sic ecõtrario hæc aqua si solidũ tetigit heret & affigiẽ. Inde est q res adiectæ in eũdẽ locũ lapideæ subinde extra-

huntur. Quod in Italia qbusdam locis euenit si uirgã siue frondem deide feris lapidem post paucos dies extrahis. Circunfunditur enim corpori limus alliniturq; paulatim. Hoc minus uidebitur tibi mirum si notaueris albulas & fere sulphuratam aquam circa canales suos, cimbasq; durari. Aliquã hñt cãm illi lacus quos qsq; faucibus hausit: ut ide poeta ait: aut furit patit. Mig; grauitate soporẽ. Similẽ habet uim mero sed uehementiorem. Nam quemadmodum ebrietas donec exercitef dementia est & nimia grauitate defertur in somnum. sic huiusmodi aqua sulphurea uis habet: quoddam acrius ex aere noxio uirus mentem aut furorem mouet aut sapore opprimit. Hoc habet mali amnis eius quem quicunq; parum moderato gutture traxit haud aliter titubat q̃ si mera uina bibisset. In quosdam specus qui despexere moriunt. Tam uelox malum est ut transuolantes aues deiiciat. Talis est aer: talis locus ex quo letalis aqua distillat. Quod si remissior fuerit aeris & loci pestis ipsa quoq; temperatior noxa. nihil amplius q̃ tentet neruos uelut ebrietate torpentes. Nec miror si locus atq; aer aquas inficit similesq; regionibus redit: per quas & ex quibus ueniunt. Pabuli sapor apparet i lacte: & uini uis existit in aceto. Nulla res est quæ non eius a quo nascitur notas reddat. Aliud est etiam aquarum genus quod nobis placet cœpisse cum mũdo. Siue ille æternus sit: hoc quoq; fuit semper. Siue initium aliquod est illi. hoc quoq; cum mundo dispositum est. Quid sit hoc quæris? Oceanus & quodcunq; ex illo mari terras influit. Indicauit quidam flumina quoq; quog; inenarrabilis natura est: cum ipso mundo traxisse principia: ut histrum ut nilum uastosq; amnes magisq; insignes q̃ ut dici possit eandem illis originem q̃ cæteris esse. Hæc est ergo aquarum diuisio ut quibusdã uidetur. post illam ex superioribus cælestes aquas nubila excutiunt. Ex terrenis aliæ sunt (ut infra dicam) supernatantes quæ in summa humo repunt aliæ abditæ quarum reddita est ratio. Quare quædam aquæ caleant: quædam etiam ferueant intantum ut non possint esse usui. nisi aut in aperto euanuere: aut mixtura frigidæ intepuere plures causæ redduntur. Empedocles existimat ignibus quos multis locis terra opertos tegit aqua calescere: si subiecti sunt solo per quod aquis transcursus est facere solemos dracones & miliaria: & complures formas: in quibus ære tenui fistulas struimus per decliue circũdatas ut sæpe eundem ignem ambiens aqua per tantum fluat spatii quantum efficiendo calori sat est. Frigida itaq; intrat: effluit calida. Idẽ sub terra Empedocles existimat fieri: quod non falli credebant. In quibus balnearia sine igne calefiunt. spiritus in illa feruens loco extuanti infunditur. Hic per imos lapsus non aliter q̃ igne subdito parietes & uasa balnei calefacit. Omnis deniq; frigida transitu mutatur in calidam: nec trahit saporẽ euaporatio quia clausa prælabif. Quidam existimant per loca sulphure plena uel introeuntes aquas calorẽ beneficio materiæ per quã fluunt trahere quod in ipso odore gustuq; testantur. Reddunt enim q̃litatem eius qua caluerunt materiæ. Quod ne accidere mireris. Viue calci aquã ĩfunde feruebit. Quædam aquæ mortiferæ sunt nec odore notabiles: nec sapore. Circa Nonacrinum in archadia stix appellata ab incolis: aduenas fallit: qa non facie non odore suspecta est: qualia sunt magnorum artificum uenena quæ depræhendi nisi morte non posunt. Hæc autem de qua paulo ante retuli aqua summa celeritate corrũpit nec remedio locus est: qa ꝓtinus hausta duratur. Nec aliter qua gipsum sub humore constringitur & alligat uiscera. Est aũt noxia aqua in thessalia circa tẽpe quam & feræ & pecus omne deuitat. Per ferrũ & æs exit. tanta uis illi inest etiam dura molliendi. Non arbusta quidem ulla alit & herbas necat. Quibusdam fluminibus uis iest mira. Alia enim sunt q̃ pota inficiunt greges ouium intraq; certũ tempus quæ fuere nigræ albã ferunt lanam: quæ albæ uenerant nigræ abeunt. Hoc etiam in Boetia amnes duo efficiunt: quog; alteri ab effectu melas nomen est. Vterq; ex eodẽ lacu exeũt diuersa facturi. In macedonia quoq; ut ait Theophrastus est flumen. Ad quod qui facere albas oues uolunt adducunt. Quod ut diutius potauere non aliter q̃ infectæ mutantur. At si illis lana opus fuit nigra: puellis paratus gratuitus infector est. Ad pencion eũdẽ gregem appellant. Auctores nouos habeo esse in galatia flumen quod idem in omnibus efficiat. Est in capadocia quo poto equis nec ulli præterea animali color mutetur & spargitur alba cutis. Quosdam lacus esse qui nãdi iperitos ferant notum est in sicilia. Est adhuc in Sina stagnum in quo natãt lateres & mergi proiecti non possunt: & si grauia sint huius rei palam causa est: q̃cũq; uis rem expende & contra aquã statue dũmõ utriusq; par sit onus si aqua grauior est leuiorẽ rẽ q̃ ipsa ẽ feret: & tanto supra se extollet quanto erit leuior grauiora descendunt. At si aquæ & eius rei q̃ cõtra pensabis par pondus erit nec possum ibit nec extabit: sed æquabitur aqua & natabit quidem: sed pene mersa ac nulla eminẽs partum hoc est cum quædam tigna supra aquã: pene tota efferantur: ad medium submersa sint. quædam ad eqlibrium aquæ quædam descendant. Namq; cum utriusq; pondus pars est. neutraq; res alteri cædat: grauiora descendũt leuiora gestantur. Graue autem & leue est non extimatione nostra sed comparatiõe eius quo uehi debet. Itaq; ubi aqua grauior est hominis corporis aut saxi non sinit id quo non uincitur mergi. Sic euenit ut in quibusdam stagnis ne lapides quidem pessum eant. De solidis & duris loquor. Sunt enim multi punicosi & leues: ex quibus quæ constant insulæ in india natant. Theophrastus est auctor ipse: ad cutillam natantem insulam uado: in alia inuadosis lacu uehitur. Lacus in statione nili est. Cutillarum insula & arbores habet & herbas nutrit tamen aqua sustinetur & in hanc atq; illam partem non tantum uento impellitur sed aura. Nec unq̃ illi per diem ac noctem in uno loco statio est. adeo mouetur leui flatu. Huic duplex causa est Aquæ grauitas medicatæ ob hoc ponderosæ & ipsius insulæ materia uectibilis: quæ non est corporis solidi q̃uis arbores alat. Fortasse enim leues truncos frondesq; in lacus sparsas pinguis humor apprehendit ac uinxit. Itaq; etiã siqua in illa saxa sunt suenies aquosa & fistulosa qualia sũt quæ duratus humor efficit: utiq; circa medicatorum fontium riuos qui ubi purgamenta aquarum coluerũt & spuma solidaf: necessario leue est. Quod ex uentoso inaniq; concretum est. Quorũdam causa non potest reddi quare :q̃

nilotica fecūdiores fœminas faciat. Adeo ut quarūdam uiscera longa sterilitate præclusa:ad conceptum relaxauerit. quare quædam in licia aquæ cōceptum fœminarum custodiát quas solent petere quibus partū tenax uulna est. Quid ad me attinet? pono ista itet temere uulgata. creditū est q̄sdá aquas scabiem auferre corporibus:q̄sdam uitii legē & fœdá ex aluo uarietatē siue ifusa siue iposita sit:quod uitiū dicūt habere aquá ex ore collectá. Quis non grauissimas esse aq̄s credat quæ in christallū coeunt. Contra autem esse. Tenuissimis:hoc eni euenit quas frigus ab ipsa tenuitate facilem gelat. Vnde autem fiat eiusmodi lapis apud græcos ex ipso nomine apparet. Cristallū enim appellant æque hunc perlucidum lapidem quam illá glaciem ex qua fieri credit:aqua enim cælestis nimium in se terreni habens cum idurauit lōgioris frigoris pertinacia spissatur magis ac magis donec omni aere excluso in se tota comprætensa est:& humor q fuerat lapis effectus est. Aestate q̄dam flumina augent ut nilus:cuius alias ratio reddet. Theophrastus est auctor in ponto quoq́ quosdam amnes crescere tempore æstiuo quatuor esse iudicát cās. Aut quia núc maxime in humorem mutabilis terra sit:aut quia maiores in remoto imbres sunt:quorū aqua per secretos cuniculos reddita tacite suffundit. tertia sub crebrioribus uentis hostium cedit & reuerberat fluctu amnis resistit qui crescere uidet quia non effunditur. Quarta ratio est syderū. hæc enim quibusdam mensibus magis urgent & exhauriunt flumina:cū longius recesserunt minus cōsumūt atq́ trahunt. Itaq́ q͂ impendio solebat:id in icremento accidit. quædam flumina palam in aliquem specum decidunt & sic ex oculis auferunt. Quædá consumunt paulatim & intercidunt:eadem ex iteruallo reuertuntur:recipiuntq́ & nomen & cursum. Cá manifesta est. Sub terra uagatur locus. Omnis autem natura humor ad inferius & ad mare defert. Illo itaq́ recepta flumina cursus egere secreto sed cū primum aliquid solidi quod obstaret occurrit prærupta parte quæ minus ad exitum repugnabat repetiere cursum suū. Sic ubi terreno lacus est potatus hiatu existit procul. hinc alio renascit ore. Sic modo cū bibitur tacito modo gurgite lapsus. Reddit argolicis igens erasinus in undis. Idem & in oriente tygris facit. Absorbet & desideratus diu tandē longe remoto loco purgamenta eiectat:ut aretusa in sicilia. Quinta quaq́ æstate per olimpia. inde opinionem alpheon ex achaia:eo usq́ penetrare & agere sub mare cursum:nec anteq̄ in siracusano littore emergere. Ideoq́ his diebus olimpia sunt uictimarū stercus. Secundo traditum flumen illic redundare. Et hoc æther a te traditū ē ut i prima parte Lucilli charissime:& a Virgilio qui alloqt arethusam. Sic tibi cū fluctus subter habere sicanos. Doris amara suas non intermisceat undas. Est in chersonesso rhodiorum fons qui post magnū interuallum temporis fœda quædam turbidus ex intimo fundat donec liberatus eliquatusq́ est. hoc quibusdam locis fontes faciunt ut non tantum lutum sed folia testasq́ & quicquid putre iacuit expellant. Vbiq́ autem faciunt mare:cui hæc natura est ut oē imundum stercorosumq́ littoribus ipingat. Quædam uero partes maris id certis temporibus faciunt ut circa messenem & in illas finiū quidē sile turbulentæ auis mare profert. feruetq́ & æstuat:non sine colore fœdo. unde illic stabulare solis boues. Fabula est. Sed difficilis ratio est quorundam utiq́ nubi tempus eius:uel de aqua quia in obseruatum: sed incertum est. Itaq́ proxima quidem inueniri & uicina non potest causa. Cæterum publica est illa. Omnis aquarū stantium clausarumq́ natura se purgat. Nam in his quibus cursus est:non possunt uitia consistere:quæ suauis defert & exportat. Illæ quæ non amittunt:quicquid insedit magis minusue estuant.

Mare uero cadauera stramentaq́ & naufragorū reliqua similia ex initio trahit ne tantum tempestate fluctuq́:sed tranquillum quoq́ placidumq́ purgatur. Sed mouet me locus ut quæram cum fatalis dies diluuii uenerit quemadmodum magna pars terrarum undis obruat. Vtrum oceani uiribus fiat & externum in nos pelagus exurgat:an crebri sine intermissione imbres & elisa æstate hyems pertinax immensam uim aquarum ruptis nubibus diruat. An flumia tellus largius fundat aperiatq́ fontes nouos: aut non sit una tanto malo causa sed omnis ratio consentiat & simul imbres cadant flumina increscant: maria sedibus suis excita percurrant:& omnia nouo agmine ad exitium humani generis incumbant. Ita est. Nihil difficile est naturæ. Vtiq́ ubi in finem sui properat. Ad originem rerum:parte utit uiribus dispensatq́ se incrementis fallentibus:subito ad ruinam toto impetu uenit. Quam longo tempore opus est:ut conceptus ad puerperium perduret infans. Quantis laboribus tenetur:educatur: q̄ diligenti nutrimento obnoxium nouissime corpus:adolescet: ad quam nullo negocio soluit. Vrbes constituit æstas hora dissoluit. Momento fit cinis diu silua. Magna tutela stant aut uigent: omnia cito ac repente dissiliunt. Quicquid ex hoc statu rerum natura fluxerit in exitum mortalium satis est. Ergo cum affuerit illa necessitas tēporis multa simul fata causas mouent nec sine concussione mūdi tanta mutatio ē ut qdá putant:iter quos Fabianus est. Primo imodici cadūt ibres & sine ullis solibus triste nubilo cælū ē. Nebulaq́ cōtinua & ex humido spissaq́ caligo. Nunq̄ ex sicantibus uenis:ide uitiū satis est segetū sine fruge surgentiū marcor. Tūc corruptis quæ serunt:manu palustris omnibus campis herba succrescit. mox iniuriam & ualidiora sensere:solutis quippe radicibus arbusta procumbunt & uitis atq́ omne uirgultum non tenet solo quod mole fluidumq́ est. Iam nec gramina nec pabula læta aquis sustinet famæ laboratur & manus ad antiqua alimenta porrigit. Quia lex est & quærcus excutitur:& quæcūq́ ī his arduis: arbor commissura astricta lapidum stetit. Labant ac madent tecta & in unum usq́ receptis aquis fundaméta desident:hac tota humus stagnat frustra titubantium fultura tentantur. Omne enim fundamentū in lubrico figitur & lutosa homo nihil stabile est. Postquam magis magisq́ nimbi ingruunt & congestæ seculis tabuerunt niues. Deuolutus torrens altissimis montibus rapit siluas male habétes & saxa reuolutus remissa compagibus rotat. Abluit uillas & itermixtos ouium greges deuehit uulsisq́ minoribus tectis in transitu abduxit:tandem in maiora inuolutus oberrat urbes & iplicitos trahit mœnibus suis populos:

ruinam an naufragium quærantur incertos adeo simul & q̃ opprimeret & q̃ mergeret uenit. Auctus deinde ꝓcessu aliquo in se torrentibus raptis plana passim populatur. Nouissime in materia magna gentium clarus onustusq; diffunditur. Flumina uero suapte natura uasta & tempestatibus rapta alueos reliquunt. Quid tu esse rhodanum: quid putas renum atq; danubium quibus torrens etiam in canali suo cursus est: cum superfusæ nouas sibi fecere ripas ac scissa humo simul excessere alueo? quanta cum præcipitatione reuoluuntur ubi per campestra fluens renus ne spatio quidem languidus: sed latissima uelut per angustum aquas implet? Cum danubius non iam radices, nec media montium stringit: sed iuga ipsa sollicitat feres secum madefacta montium latera rupesq; disiectas: & magnarum promontoria regionum quæ fundamentis laboribus adesse recesserunt? Deinde nõ inueniens exitum. Omnia enim sibi ipse præcluserat in orbem reddit ingentem terrerum ambitum atq; urbium uno uertice inuoluit. Interim permanere imbres, fit cælum grauius ac si diu malum ex malo colligit. Quod olim fuerat nubilum nox est: & quod horrida & terribilis intercursu luminis dixi. crebra enim micant fulmina procellæq; quatiunt mare: tunc uero actu fluminum accessu & sibi angustum iam enim promouet littus non continetur suis finibus sed prohibent exire torrentes: aguntq; fluctus retro, pars tamen maior ut maligno hostio retenta restagnat & agros in forma unius lacus redigit. Iam omnia quæ prospici possunt aquis obsidentur. Omnis tumultus in profundo latet & immensa ubiq; altitudo est: tantum in summis montiũ iugis uada sunt. In ea excelsissima cum liberis coniugibusq; fugere actis ante se gregibus direptum inter miseros commercium transitus quoniam quicquid submissum erat: id unda compleuit. Et ditissimis quibusq; adhærebant requiæ generis humani: quibus in extrema perductis hoc unum solatio fuit q̃ transierat in stupore moetus non uocabant timere mirantibus. Ne dolor quidem habebat locum? Quippe uim suam perdit in eo qui ultra sensum mali miser est. Ergo insularum modo eminent montes: & spersas cicladas augent, ut ait ille poetaram ingeniosissimus sicut illud pro magnitudine rei dixit. Omnia pontus erat deerant quoq; littora in tantum impetum ingenii & materiæ ad pueriles ineptias reduxisset. Nat lupus inter oues fuluos uehit unda leones. Non est res satis sobriá lasciuire deuorato orbe terrarum, dixit ingentia & tantæ confusionis imaginem coepit cũ dixit. & spatiata ruunt per apertos flumina campos, pressęq; labat sub gurgite turres. Magnifice hoc si non curauerit quid oues & lupi faciant. Natari autem in diluuio & in illa rapiam potest autem non eodem impetu pecus omne quo raptum erat in mersum est. Concepisti imaginem q̃ntam debebas. Obrutis omnibus terris cælo ipso in terram ruentem perfer. Scies q̃ doceat si cogitas orbem terrarum natare. Nunc ad propositum reuertamur. Sunt qui existimant immodicis imbribus uexari: terras posse non obrui magno impetu magna ferienda sunt, faciat pluuias seges malas, fructum grando decutiet. Intumescent riuis flumina, si resident quibusdam placet moueri mare: & illinc causam tantæ cladis accersiri. Non potest torrentium aut imbrium: aut fluminum iniuria fieri tam grãde naufragium ubi instat illa pernicies: mutariq; genus humanum placuit fluere assiduos imbres & non esse modus pluuiis cocesserim suppressis aquilonibus: & flaui sicciore austris nubes & imbres & amnes abundare: Sed ad hæc in damna profectum est. Sternuntur segetes & deplorata colonis. Vota iacent longiq; perit labor irritus amni, non lædi debent terræ sed abscondi. Deniq; cum per ista prolusum est crescunt maria sed super solitum & fluctum ultra extremum tempestatis maxime uestigium mittunt. Deinde a tergo uentis surgentibus ingens æquor inuoluunt quod longe a conspectu uentis littoribus frangitur. Deinde ubi littus his prolatum est: & pelagus in alieno consistit: uelut admoto malo cum minus procurrit æstus ex uno recessu maris. Nam ut aeris ut ætheris: sic huius elementi larga materia est multoq; in abdito plenior. hæc satis mota non æstu. Nam æstus fati ministerium est. Attollit uastosum fretum. Agitq; ante se. Deinde in altitudinem erigitur: & illis tutis hominum receptaculis superest. Ne id aridum est quoniam æquo terris fastigio ascenderet. Siquis excelsa perlibet, maria paria sunt. Nam par undiq; sibi ipsa tellus est. Caua eius & plana eius iferiora sunt. Sed istis adeo in rotundum orbis æquatus est, in parte autem eius & maria sunt: quæ in unius æqualitate pilæ coeunt: Sed quemadmodum campos intuẽtẽ: quæ paulatim deuexa sunt fallunt. Sic enim non intelligimus curuaturas maris & uidetur planum qcqd apparet. Ad illud æquale terris est. Ideoq; ut effluat non magna mole se tollet, dum satis ẽ illi ut supra peria ueniat leuiter exurgere nec a littore ubi inferius est: sed a medio ubi ille cumulus est. Defluit ergo ubi sol & æstus æquinoctialis sub ipsum lunæ solisq; coitum: omnibus aliis maiorum dare. Sed hic qui ad occupandas terras emittitur solitis maximisq; uiolentior. Plus aquarum trahit. Nec antequam supra cacumina eorum quos perfusurus est montium creuit deuoluit: per cẽtena milia quibusdam locis æstus excurrit inoxius & ordinem seruat. Ad mensuram enim crescit iterumq; decrescit. At ipso tempore solutus legibus sine modo fertur. Qua ratione inquis? Eadem qua conflagratio futura est. Vtrũ sit cum deo uisum ordiri meliora: uetera finiri. Aqua & ignis terrenis dominantur. Ex his ortus & ex his interitus est. Ergo quandoq; placuere res nouo mundo sic in nos mare emittitur desuper ut feruor ignisq; cum aliud genus exitii placuit. Quidam existimant terram quoq; concuti & dirupto solo noua fluminum capita detergere: quæ amplius ut pleno perfundant. Retorsos qui bellum interpretatus est ait, cursu ista syderum fieri. Adeo quidem affirmat ut conflagrationi atque diluuio tempus assignet arsura enim terrena contendit: quando omnia sydera: quæ nunc diuersos agunt cursus in cancrũ cõuenere. Sic sub eodem posita uestigio: ut recta linea exiere pet urbes oium positi inundationem futuram: cũ eadem sydeꝶ turba in capricorniũ conuenerit. Illic solstitium hic bruma conficitur. Magnæ potentiæ signaq; in ipsa mutatione anni momenta sunt. Et istas ego receperim causas. Neq; enim ex uno est

tanta pernicies. Et illa quæ in conflagratione nostris placet. hoc quoq̧ transferendum puto. siue anima ē mundus: siue corpus: natura gubernante ut arbores ut sata ut ab initio eius usq̧ ad exitum. Quicquid facere quicquid pati debeat inclusum est: ut in semine omnis futuri ratio hominis comprætensa est. Et legem barbe & canorum nundum natus infans habet. Totius enim corporis & sequentis ætatis in paruo oc cultoq̧ liniamento sunt. Sic origo mundi non minus solem & lunam & uices syderum & animalium or tusq̧ quibus mutarentur æterna continuit. In his fuit inundatio quæ non secus q̄ hyems q̄ æstas lege mūdi uenit. Itaq̧ non pluuia istud fiet. sed pluuia quoq̧ non in cursum maris: maris quoq̧ incursu non terræmotu: sed terræ quoq̧ motu. Omnia adiuuabunt naturam ut naturæ constituta peragantur. Maximā tamen causam: ad se mutandam: terra ipsa præstabit. quam dixi esse mutabilē & solui in humorem. ergo quandocunq̧ erit terminus rebus humanis. cum partes eius interire debuerint: abolirique funditus: totæ ut deintegro certæ uides totæ rudes innoxæq̧ generent: nec supersit in deteriora magister plus humoris q̄ semper fuit fiet. Nunc enim elementa ad id quod debetur pensa sunt. Aliquid oportet alteri accedat ut quæ libramento stant inæqualitas turbet accedet humori. Nec enim habet quo ambiat terras non quo obruat. Quicquid illi adieceris necesse est in alium locum eundet: Vide ergo ne terra debeat minus ut ualidiora infirma succumbat. Incipiet ergo putrescere de hinc laxata ire in humorem & assidua tabe defluere. Tunc exilient sub montibus flumina ipsosq̧ impetus quatiet. inde aura tecta manabunt. Solum omne aquas reddet summi scaturient montes quemadmodum in morbum transeunt sana: & ulceri uicina cōsentiunt ut quæq̧ proxima terris fluentibus fuerint eleuentur. Stillabunt deinde current. Et hiante pluribus locis saxo perfectum saliet: & maria inter se componet. Nihil erūt adriatici. Nihil siculi æquoris fauces: nihil caribdis: nihil silla. Omnes nouum mare fabulas obruet & hic qui terras cingit oceanus extrema ueniet in medium. quid ergo est? Nihilominus tenebit almos menses hyems: æstas prohibebit: & quodcunq̧ terras sydus exsiccat compresso ardore cessabit. Peribunt tot nomina caspium & rubrum mare ambraici & cretici sinus propositis & pontus. Peribit omne discrimen. Confundetur quicquid in suas partes natura digessit. Non muri quemq̧ turresue tuebuntur. Non proderunt templa supplicibus nec urbium summa. q̄ppe fugientes unda præueniet & ex his ipsis artibus deferet. Alia ab occasu. Alia ab oriente cōcurrent. Vnus humanum genus condet dies. Quicquid tam longa fortunæ indulgentia exoluit. Quicquid supra cæteros extulit nobilia pariter atq̧ ornata magnarum gentium regna pessum dabit. Sūt omnia ut dixi facilia naturæ. Vtiq̧ a primo facere constituit. Atq̧ non subito: sed ex denunciato uenit. Iam autem a primo die mundi cum in hunc habitum ex informi unitate descenderet quando mergerentur terrena decretum est & ne sit quandoq̧ uelut in nouo operæ dura molitio. Olim ad hæc maria se exercent. Non uides fluctus in littora tanq̄ exiturus incurrat? Non uides ut æstus fines suos transeat. & in possessionem terrarum mariæ inducant? Non uides ut illi qui perpetua cū claustris suis pugna sit? Quid porro istinc unde tantum tumultum uides? Mœtus est e mari & magno spiritu erumpētibus fluuius ubi humorem natura disposuit: ut undiq̧ nos cum uoluisset aggredi posset mentior nisi eruentibus terram humor occurrit. Et quotiens nos auaritia: aut defodit aut aliqua causa penetrare altius cogit: eruenti finis. Aliquando est. adiice nunc q̧ inanes sunt ex habito lacus & multum maris conditi multum fluminū per opaca labentium. Vndiq̧ ergo erit causa diluuio cum aliæ aquæ subinfluunt terras. Aliæ circunfluunt: quæ diu coercitæ uincent & amnes amnibus iungent paludibus stagna. Omnium tūc mare ora fontium implebit & maiore hiatu soluet. Quemadmodum corpora nostra. Ad ægestatem uenter exsoluit. Quemadmodum eunt in sudore uires. ita tellus. liquæfiet & aliis causis quiescentibus interire quo mergatur inueniet. Si magna omnia coitura crediderim. Nec erit longa mora exitii. Tentatur diuelliturq̧ concordia: cum semel aliquid ex hac idonea diligentia remiserit mundus statim undiq̧ ex aperto & abdito superne ab infimo aquarum fiet irruptio. Nihil est tam uiolentum & in continens sui contumax infestumq̧ retinentibus q̄ magna uis unde utetur libertate permissa & iubente natura quæ scindit circuitq̧ complebit. Vt ignis diuersis locis ortus cito miscet incendium flammis coire properantibus: sic momento se redundantia pluribus locis maria committent. Nec ea semper licentia undis erit sed peracto exitio generis humani: extinctisq̧ pariter feris in aquarum homines ingenia transirent. Iterum aquas terra sorbebit. terrā pelagus stare. aut inter terminos suos furem coget. Et reiectus a nostris sedibus: in sua sacrata pellet oceanus & antiquus ordo reuocabitur. Omne est integro animal gloriabitur. dabiturq̧ terris homo in eius scelerum & melioribus auspiciis natus. Sed illis innocentia non durabit nisi dum noui sunt. Cito nequitia subrepit uirtus difficilis inuentu est. rectorum ducemq̧ desiderat. Etiam sine magistro uitia adiscuntur.

Explicit Liber tertius.

LVCII ANNEI SENECAE QVESTIONVM NATVRALIVM LIBER QVARTVS IN QVO DE NIVE GRANDINE ET PLVVIA AGITVR INCIPIT FELICITER.

Electat te quēadmodum scribis:Lucilli uiroꝝ optie:sicilia & officiū ꝓcurati̾ōis ociosæ. Delecta/
d bit si cōtinere id itra fines suos uolueris:nec efficere ipiū ꝙ ē ꝓcuratio.Factoꝝ te hoc non dubito.
Scio ꝗ icis ambitiōi alienus:ꝗ familiaris ocio & litteris.Turbā reꝝ hoīumꝗ desiderēt ꝗ se pati ne/
sciunt.Hoc tecum optime conuenit.Nec est mirum.Pauci istud contingere iperio:si nobis ipsi molesti su
re: nō unū illi esse antoniū infestū: hoc loco dixit illā sentētiā. sicui ex triūuiris nō es inuisus. Grauis esset il-
la sententia quæ ualde excepta est. roga cicero. ora unū ut tribus seruias. CAESTIVS sic diuisit. Mori tibi
utile est: honestū est: necesse est ut liber & illibatæ dignitatis cōsumes uitā. hic illā sentētiā dixit audacē ut
numereris cum Catone: q seruire Antonio qdem nundum domino potuit. MARCELLVS hūc sensum
de catone melius. Vsq; eo ne oīa cū fortuna populi romani conuersa sunt: ut aliqs deliberet: utrum satius
sit uiuere cū antonio an mori cū catone? Sed ad diuisionē Cæstii reuertamur. dixit utile esse ne etiā crucia-
tus corporis pateretur: non simplici illum modo periturum si i antonii manibus icidisset. & in hac parte
cum descripsisset contumelias isultantium ciceroni & uerbera & tormenta: dixit illam multū laudatā sen-
tētiam: Tu mehercules Cicero cū ueneris ad Antoniū mortē rogabis. VARIVS GEMINVS sic diuisit.

hortarer te si non alterútrum utiq; faciendum esset:aut moriendum:aut rogandum:ut morereris potius q̄ rogares:& omnia complexus est quæ a cæteris dicta erant.sed aliud & tertiũ:adhortatus est illum ad fugam:illic esse.M.Brutum.illic.C.Cassium.illic.Sex.Pompeium.Et adiecit illam sniam quá Cassius Seuerus unice mirabatur.gd deficiemus:& respb.suos triumuiros habet.deinde etiam quas petere possit regiones percurrit:siciliam dixit uindicatam esse ab illo.cilitiam a proconsule egregie administratam.familiares studiis eius:& achaiam & asiam.Deiotari regnum obligarum beneficiis ægyptus.& habere beneficii memoriam:& agere perfidiæ pœnitentiam:sed illum maxime in Asiam & Macedoniam hortatus est in Cassii & in Bruti castra. Item Cassius Seuerus aiebat alios declamasse.Varium Geminum uiuum consilium dedisse. Alteram partem pauci declamauerunt.nemo ausus est Ciceronem ad depræcandum Antonium hortari.bene de Ciceronis animo iudicauerunt.Geminus uarius declamauit alteram quoq; partem & ait. Spero me Ciceroni meo persuasurum ut uelit uiuere:quod grandia loquitur & dicit : Mors nec immatura consulari nec misera sapienti.non mouet me idiotam perit.ego belle mores hominis noui faciet:rogabit.nam quod ad seruitutem pertinet:non recusabit:iam collum tritũ habet:& Pompeius illũ & Cæsar subiecerunt.Veteranum mancipium uidetis:& q̄plura alia dixit scurrilia ut illi mos erat.Diuisit sic:ut diceret:non turpiter rogaturum nõ frustra rogaturum.in priori parte posuit:non esse turpe:ciuem uictorem rogari a uicto.hic q̄ multi rogassent.C.Cæsarem.hic & ligarium:deide ne iniquum esse qdem: Ciceronem satisfacere q prior illum descripsisset:qui & cum iudicasset ab eo semper nasci satisfactionem: ac dato rogari:deide non pro uita illum sed pro republica rogaturũ:satis illum uixisse sibi: reipublicæ parum.In sequenti parte dixit exorari solere inimicos:ipsum exoratum a Vatinio.C.quoq; Verri affuisse: facilius exorari Antonium posse q cum tertius esset:ne quis tribus hanc tam speciosam clementiæ occasionem præteriret:fortasse irasci Antonium:qui ne tanti qdem putasset illum quem rogaret:fuga q̄ periculosa esset cum descripsisset adiecit:quocunq; peruenisset seruiendum illi esse:ferendam esse aut Cassi uiolentiam aut Bruti superbiam aut Pompeii stultitiam.Quando in hanc suasoriam incidimus: non alienũ puto:idicare quomodo quisq; se ex historicis aduersus memoriam Ciceronis gesserit:nam q; Cicero nec tam timidus fuerit ut rogaret Antonium:nec tam stultus ut exorari posse speraret:nemo dubitat : excepto Asinio Pollione qui ifestissimus famæ Ciceronis permansit:& is etiam occasionem scholasticis occatione dedit.Solent enim scholastici declamatores ponere.

Alia suasoria pro Cicerone.

Elíberat Cicero.an promittente salutem Antonio orationes suas comburat.Hæc inepte ficta cui
d libet uideri potest.Pollio uult illam ueram uideri.ita enim dixit in illa oratione quam pro Lamia dedit.ASINII POLLIONIS Itaq; nunq̄ perficeret:nec mora fuit:quin euitaret:suas esse quas cupidissime effuderat orationes in Antonium multiplicesq; numero & accuratius scriptas illis contrarias ædere:ac ueluti ipse palam pro concione recitaret pollicebatur.cæteraq; his alia sordidiora multo: ut tibi facile liquæret:hoc totum adeo falsum esse:ut ne ipse qdem Pollio in historiis suis ponere ausus sit. Huic certe actioni eius pro lamia qui interfuerunt negant eum hæc dixisse:nec enim mentiri sub trium uirorũ conscientia sustinebat:sed composuisse.Nolo autem uos iuuenes mei contristari : q; a declamatoribus ad historicos transeo:satisfaciam uobis: & fortasse efficiam ut his sententiis lectis solidis & uerum habentibus recedatis.Et quia hoc si tamen recta uia consequi non potero:decipere uos cogar:ueluti salutarẽ pueris daturus potionem:sumpti poculi huius adeo contrectationis consiliũ habuisse non dicit:ut neget tempus habuisse.Ita enim ait.L.Liuius.M.Cicero sub aduentu triumuirorum cesserat urbe:certũ habens id quod erat:nõ magis Antonio eripi se q̄ Cæsari Cassium & Brutũ posse.primo in tusculanum fugerit.inde tranuersis itineribus in formianũ:ut ab caieta nauim cõsensurus proficisce.Vnde aliquotiẽs in altũ prouectus cũ modo uẽti aduersi retulissent:modo ipse iactationẽ nauis cæco uoluẽte fluctu pati nõ posset:tediũ tandem eũ & fugæ & uitæ cepit:regressusq; ad superiorẽ uillá quæ paulo plus mille passibus a mari abest. Moriar inqt in patria sæpe seruata.Satis constat:seruos fortiter fideliterq; paratos fuisse ad dimicandum. ipsum deponi lecticá & qetos pati qđ sors iniqua cogeret:iussisse:pminenti ex lectica præbentiq; ĩmotam ceruicẽ caput præcisum est:nec satis stolidæ crudelitati militũ fuit.manus quoq; scripsisse in Antoniũ aliud exprobrãtes præciderũt.Ita relatũ caput ad Antoniũ iussuq; eius iter duas manus in rostris positum: ubi ille cõsul:ubi sæpe cõsularis:ubi eoipso anno aduersus Antoniũ quanta nulla unq̄ humana uox cũ admiratione eloquentiæ auditus fuerat uix attollentes lachrymis oculos hoíes ĩtueri trucidata membra cuius poterãt:Bassus Aufidius:& ipse nihil de animo Cicerõis dubitauit:qn fortiter se morti non præbuerit tantũ sed obtulerit.AVFIDI BASSI Cicero paulũ remoto uelo postq̄ armatos uidit.ego uero cõsisto ait.accede ueterane.etsi hoc saltẽ potes recte facere ĩcide ceruicem . Trementi deide dubitantiq; : qd si ad me ĩquit primum uenissetis? Cremutius Cordus & ipse ait:Ciceronem cum cogitasset:utrũ ne Brutũ an Cassium an Sex.Pompeiũ peteret:omnia illi displicuisse præter mortem.CREMVTI CORDI.qbus uisis lætus Antonius cũ peractam proscriptionem suá dixisset:esset qppe nõ satiatus modo cædẽdis ciuibus sed defectus:quot quoq; sint pro rostra exponit.Itẽ quo sæpius ille ingenti circunfusus turba processerat: quæ pauloante coluerat piis cõcionibus:qbus multorũ capita seruauerat:tum per artus suos latus aliter ac solitus erat a ciuibus suis cõspectus est.prærendẽti capiti oriq; eius ipensa saniæ:breui ante priceps senatus romaniq; noĩs titulus:tũ præciũ ĩterfectoris sui:præcipue tamẽ soluit pectora oium in lachrymas gemitusq; uisa ad caput eius deligata manus dextra diuiæ eloquẽtiæ ministra cæterorumq; cædes priuatos luctus excitauerũt.Illa una cõem.BROTIDI NIGRI.Elapsus iterim altera parte uillæ Cic.lectica p agros

ferebatᷣ:sed ut uidit appropinq̃re notũ sibi militẽ Popiliũ noĩe mẽor defensum a se: lætiore uultu aspexit at ille uictoribus idipm̃ iputatᷣ occupar facius caputq; decisum:nihil i ultio fine uitæ faciẽtis qđ alterutrã in ptẽ posset notare Antõio portat:obliuius se Pauloante defensum ab illo:& hic uoluit positi i rostris capitis miserabilẽ faciẽ describere:sed magnitudie rei obrutus ẽ.BROTIDI NIGRI Vt uero iussu Antõii iter duas mãus positũ in rostris caput cõspectũ ẽ:qđ totiẽs auditũ erat loco se dato gemitu & fletu maximi uiri iseriæ:nec ut solet ita depõi in rostris corporis cõcio audiuit sed ipsa narrauit:nulla non pars fori aliquo iactatiõis iclytæ signata uestigio erat.Nemo nõ aliter in se eius meritũ fatebatᷣ:hoc certe publicum beneficiũ palã erat:illã miserrimi tẽporis seruitutẽ ac alienã delatã in Antonium quotiens magni alicuius mors ab historicis narrata ẽ:totiẽs fere totius cõsumatio uitæ.& q̃si funebris laudatio redditᷣ: hoc semel aut iteꝝ:adhuc itidẽ factũ.Itẽ in paucissimis psonis usurpatũ a Salustio.L.Liuius benignius oĩbus magnis uiris p̃stitisse.Sequẽtes historici multo id effusius fecerũt Ciceroni hoc ut græco uerbo utatᷣ επιταφιον. Liuius reddit.TITI LIVII Vixit tres & sexagita annos ut si uis affuisset ne imature qdẽ mors uideri possit igeniũ & opibus & p̃miis operaꝝ fœlix ipse fortunæ diu psperæ & in lõgo tenore fœlicitatis:magnis interi ictus uulneribus exilio tuia partium pro qbus steterat:filiæ morte exitũ tã tristi atq; acerbo:oium aduersoꝝ:nihil ut uiro dignũ erat p̃ter mortem q̃ ueræ æstimanti minus idigna uideri potuit:qđ a uictore inimico crudelius passus erat:q̃ qđ eiusdem fortunæ composito fecisset.Siqs tamen uirtutibus uitia pensarit.Vir magnus:acer:memorabilis fuit:& in cuius laudes sequẽdas Cicerone laudatore opus fuerit: ut est nr̃ cãdidissimus oium magnoꝝ igenioꝝ æstiator.T.Liuius plenissimũ testimoniũ Ciceroni reddidit. CORDI CREMVTI.Nõ est ope deferere ẽt redditã Cice.laudationẽ.Nihil.n.ipso Cicerone idignum ẽ ac ne hoc qdem qđ pene maximũ ẽ tolerabile ẽ.CREMVTI CORDI.Proprias.n.simultates deponẽdas iterdũ putabat.publicas nunq̃:Vides credẽdã cuius nõ solũ magnitudie uirtutũ sed multitudinem quoq; conspiciẽdam.AVFIDI BASSI.Sic.M.Cicero.decessit uir natus ad reip.salutem:q̃ diu defensa & administrata in senectute demum e mãibus eius labitᷣ:nõ ipsius uitio læsa:qđ nihil in salute eius aliud illi q̃ si caruisset Antonio placuit.Vixit sexagita & tres annos:ita ut semp aut peteret alteꝝ aut iuicem peteretᷣ: nullaq; rẽ rarius q̃ diẽ illũ qđ nullius iteresset ipsum mori.Vidit Pollio quoq; Asinius q Verrẽ Ciceronis reũ fortissime moriẽtẽ tradidit Ciceronẽ mortẽ:solus ex oĩbus malignæ narrat.testimoniũ tamẽ q̃uis iuitus plenum ei reddit.ASINII POLLIONIS.Huius ergo uiri tot tãtisq; opibus mãsuris in omne æuũ p̃dicare de igenio atq; idustria superba:natura ãt atq; fortuna pariter ẽ.Siqdẽ facies decora ad senectutẽ: psperaq; permãsit ualitudo:tũc pax diutina:cuius istructus erat artibus cõtigit:nanq; a prisca seueritate iudicis exacti maxioꝝ noxioꝝ multitudo p̃uẽit quos obstrictos patrocinio icolumes plærosq; habebat iã fœlicissima cõsulatus ei sors petendi & gerẽdi munera magna deũ cõsilio idustriaq; utinã moderatius secundas res & fortius aduersas ferre potuisset:nanq; utræq; cũ uenerãt ei mutari eas nõ posse rebatᷣ. Inde sunt iuidiæ tempestates cohortæ graues in eo:certiorq; inimicis aggrediẽdi fiducia:maiores.n.simultates appetebat aio q̃ gerebat.Sed quando mortalium nulli uirtus perfecta contigit : qua maior pars uitæ atq; igenii stetit:ea iudicandum de homine est.Atq; ego ne miserandi qdem exitus eum fuisse iudicarem nisi ipse tã miseram mortem putasset.Affirmare uobis possum nihil esse in historiis eius hoc quem retuli loco disertius:ut mihi tunc non laudasse Ciceronem sed certasse cum Cicerone uideatur.Ne hoc deterrendi causa dico.ne historias eius legere concupiscatis:concupiscite & pœnas Ciceroni dabitis.Nemo tamen ex tot disertissimis uiris melius Ciceronis mortem deplorauit q̃ Cornelius Seuerus.

CORNELII SEVERI.

Oraq; magnanimum spirantia pœne uirorum.
In rostris iacuere suis:sed enim abstulit omnis.
Tanq̃ sola foret rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia consulis acta.
Iurataq; manus:deprensaq; fœdera noxæ.
Patritiumq; nefas est nunc & pœna Cetegi.
Deiectusq; redit uotis Catilina nefandis:
Quid fauor aut cœtus:pleniq; quid honoribus anni.
Profuerunt:sacris & uita quid artibus ætas?
Abstulit una dies æui decus:iactaq; luctu.
Conticuit letiæ tristis facundia linguæ.
Vnica solicitis quondam tutela salusq;.
Egregium semper patriæ caput:ille senatus.
Vindex ille fori:legum ritusq;:togæq;.
Publica uox eius æternum obmutuit armis.
Informes uultus sparsamq; cruore nefando.
Caniciem sacrasq; manus:operumq; ministras.
Tantorum:pedibus cuius proiecta supebis.
Proculcauit ouans:nec lubrica fata deosq;.
Respexit:nullo luet hoc Antonius æuo.
Hæc nec in hematio mitis uictoria persæ.
Nec te dire syphax in hoste Philippo.

Inq; triumphata ludibria cuncta Iugurtha.
Affuerat:nostræq; cadens ferus hannibal iræ.
Membra tamen stygias tulit inuiolata sub umbras.

Non laudabo municipē nostrū bono uersu ex quo hic multo melius Cornelii Seueri processit. Conticuit latiæ tristis facundia linguæ. Sextilus ena fuit homo ingeniosus magis q̄ eruditus:inæq̄lis poeta: & pœne qbusdā locis tales q̄lis esse Ci. cordubenses poetas ait:pingue qddā sonantis atq; pegrinū. In hāc ipsam pscriptionem recitaturus in domo Messalæ Coruini Pollionem Asinium aduocauerat. & ī principio hūc uersum sine assensu recitauit. Deflendus Cicero est latiæq; silentia linguæ. Pollio Asinius non æquo animo tulit & ait Messala tu quid tibi liberum sit in domo tua uideris:ego istum auditurus nō sum:cui mutus uideor:atq; ita consurrexit ne interfuisset recitationi eo℞ quod Cornelium scio:cui non æque displicuisset hunc uersum q̄ Pollioni apparet:quod meliorem qdem:sed non dissimilem illi & ipse composuit. Si hic desiero:scio futurum:ut uos definiatis eo loco legere:quo ego a scholasticis recessi. Ergo ut librum uelitis usq; ad umbilicum reuoluere:adiiciam suasoriam proximæ similem.

Alia suasoria ad Ciceronem pertinens.

d

Eliberat Cicero:an scripta sua comburat promittente Antonio īcolumitatem si fecisset. Q. ATTERIVS. Non feres Antonium tolerabilius in malo ingenio fœlicitas est:nihilq; cupientis magis accendit quem prospere turpitudinis conscientia difficile est. Non feres inquam & iterum irritare inimicum in mortem tuam cupies quod ad me qdem pertinet multum a Cicerone absum:tamē non tedet me uitæ meæ sed pudet:ne pp hoc qdem ptinet multum a Cicerone. Ingenium tuum amas: quod illud Antonius plus odit q̄ te Remittere ait se tibi ut uias commentus quemadmodum eripiat ēt quod uixeras:crudelior est pactio Antonii q̄ proscriptio. Ingenium erat in quo nihil iuris haberent triūuiralia arma. Commentus est Antonius quemadmodum qđ non poterat cum Cicerone proscribere tolleret p Ciceronem. Hortarer te Cicero ut uitam magni æstimares:si libertas suum in ciuitate haberet:locum: si suum in libertate eloquentia:si non ciuiliense ceruicibus lucrent. Nunc ut scias nihil melius esse q̄ mori: uitam tibi Antonins promittit:pendet nefariæ proscriptionis tabula tot prætorii:tot consulares:tot æq̄stris ordinis uiri piere:pœne nemo relinquit nisi qui seruire possit. Nescio an hoc tpe uiuere possis. Cinemo est cū quo uelis:merito Hercules illo tpe uixisti:quo Cæsar ultro te rogauit ut uiueres sine ulla actione quo tempore non quidem stabat respubli. sed in boni principis sinu ceciderat. CAESTII PII. Nunquid opinio me fefellit? intellexit Antonius saluis eloquentiæ monumentis non posse Ciceronem mori. ad pactionem uocaris qua pactione melior in te pars tuit petitur. accommoda mihi paulisper eloquentiam Ciceronem periturum rogo. Si te audissent Cæsar & Pompeius:neq; inissent turpem societatem neq; diremissent:si uti unq̄ consilio tuo uoluissent:neq; Pompeius Cæsarem Pompeium deseruisset. Quid consulatum salutarem urbi. quid exilium consolatu honestius:quid prouocatam inter initia adolescentiæ libertatem tyrociniis tuis scyllanam potentiam. qd Antonium auulsum. Catilinam reipublicæ redditū? igno sce Cicero:diu ista narrauero. Forsitan hæc die nouissimo audient. Si occideret cicero:iacebit īter Pompeium patrem filiumq; & Afranium Petreiumq;. Q. Catulum. M. Antonium illum īdignum hoc successore generis. Si seruat:uiuet inter uentidios & canicios & saxos:ita dubium est:an satius sit cum illis iacere:an cum his uiuere pro uno homine iactura publica pacisceris:scio omne præcium iniquum eē quod ille constituit:nemo tanti emit ciceronis uitam quanti uendit. Antonius. Si hanc tibi pactionem ferret:uiues:sed eruent oculi tibi:uiues:sed debilitabunt pedes:etiam in si in alia damna corporis præstaris patiētiam:excepisses tamen linguam:ubi est sacra illa uox tua. Mori enim naturæ finis est:non pœna: hoc tibi uni non liquet. At uideris Antonio persuasisse. Assere te potius libertati:& unum crimen inimico adiice. Fac Antonium moriendo nocentiorem. ASPRENATIS Vt antonius ciceroni parcat:cicero ipse in eloquentiam suam animaduerteret:quid autem tibi sub hac pactione promittit? Vt Cn. Pōpeius. & M. Cato. & ille antiquus restituat reip. senatus dignissimus apud quem cicero loquæret. Multos ea re uicturos animi sui contemptus oppressit. multos perituros:parati ad pereundum animi ipsa admiratio eripuit & causa illis uiuendi fuit:fortiter mori:permitte populo Ro. Contra antonium licet scripta combusseris:antonius paucos annos tibi promittit:at si non cōbusseris q̄ populi. Ro. omnes. POMPEII SYLONIS. Quale est ut perdamus eloquentiam ciceronis:fidem sequamur antonii:misericordiam tu istam uocas supplicium summum īgenio ciceronis. Credamus antonio cicero si bene illi pecunias crediderunt fœneratores: si bene pacem Brutus & cassius hominem & uitio naturæ & licentia tempo℞ īsaniētē:iter scenicos amores ciuili sanguīe luxuriantem hoiem q creditoribus suis oppignerauit rem. cuius gulæ duorum pricipium bona Cæsaris & Pompeii non potuerunt satisfacere. Tuas uter cicero uerbis: cara est cuiq̄ salus:quam aut dare:aut eripere potest antonius? non est tanti seruare ciceronem ut seruatum antonio debeā. TRIARII compulsus aliquando po. Ro. in eam necessitatem est:ut nihil haberet præter Iouem obsessum & Camillum exulem:nullum tamen fuit camilli opus maius:q̄ quod indignum putauit:uiros saltem pactioni debere. O grauem uitam etiam si sine præcio daret. Antonius hostis a repu. iudicatus:nunc hostem rēp. iudicat. LEPIDVS. Ne quis putet illum malo antonio collegam placuisse alienæ semper dementiæ accessio:utriusq; collegæ mancipium noster dominus. ARGENTARII. Nihil antonio credendum est: mentior:quid enim iste non potest:qui occidere Ciceronem potest? qui seruare? nisi crudilius quem occidebat non potest. Ignoscentem tibi illum putas qui ingenio tuo irascitur? ab hoc tu speras uitam:cui nondum uerba tua exciderunt? ut corpus q; fragile & caducum est seruetur. pereat ingenium quod æter

num est. ergo mirabar si non supplicio crudelior esset Antonii uenia. P. Scipionē a maioribus suis desciscē tem generosus amor innumeręq scipionum reposuit. mortem tibi remittit: ut id petat quod in te solum īmortale est: qualis est pactio. aufert Ciceroni igenium sine uita. promittunt obliuione noīs tui pauci seruitutis anni. Non ille te uiuere uult sed facere ingenii tui supstitē. Viue ut Cicero audiat Lepidum. Cicero audiat Antonium. nemo Ciceronim. pateris perire iit quod dicooptimum habet ante se efferat. Sine dura re post te ingenium tuum: perpetuā Antonii proscriptionem. ARELLI FVSCI. Quoad humanum ingenium icolume manserit: q̄diu usus litteris honor summæ eloquentiæ præcium erit: q̄diu rerum naturæ aut fortuna steterit aut memoria durauerit: admirabile posteris uigebit ingenium. & uno proscriptus seculo ꝓscribes Antoniū oibus. Crede mihi uilissima pars tui est: quæ tibi uel eripi uel donari pōt. Ille uerus est Cicero quem proscribi Antonius non putat nisi a cicerone posse Non ille tibi remittit proscriptionem sed tolli desiderat suam. Si fidem deceperit Antonius: morieris. si præstiterit: serules. Quod ad me attinet fallere malo per te. M. Tulli per. iiii. &. lx. annos pulchre actos: per salutarem rei. p. consulatum: pæter nam si pateris īgenii tui memoriam: per remp. quæ ne qd te putes carum illi relinquære: ante cœperit, oro & obtestor: ne memoriaris cōfessus: quod nolueris mori. HVIVS suasoriæ alteram partē neminē scio declamasse. oēs pro libris Ciceronis soliciti fuerunt. nemo pro ipso: cum adeo nulla pars non sit mala ut Cicero. si hæc conditio ei lata fuisset: deliberaturus non fuerit. Itaq; hanc suasoriam nemo declamauit efficacius q̄ sylo Pompeius. non. n. ad illa speciosa se cōtulit ad quæ Cæstius qui dixit: hoc grauius esse suppliciū q̄ mortē: & ideo hoc Antoniū eligere breuem uitam esse hoī: multo magis seni. ita memoriæ consulendū quæ magis uiris æternitatem ꝓmitteret: non qualibet mercede uitam redimendam: & hic conditiones intolerabiles esse: oīa potius subeunda q̄ monumenta īgenii sui ipsum exuere. Iniuriam illum facturum populo Ro. cuius linguā in ciuem extulisset: ut īsolentis græciæ studia tanto antecederet & eloquētia quā to fortuna iniuriam facturum generi humano pœnitētiam illum actuę tā deneger spiritus empti cum ī seruitute senescēdum fuisset. in hoc unū eloquētia utendum ut laudaret antonium malle cum illi ait: dari uitam. eripi igenium. SYLO POMPEIVS sic egit ut diceret: Antonium non pacisci sed illudere. non esse illam cōditionē sed cōtumeliā: cōbustis. n. libris nihilominus occisurum. nō eē tā stultum Antoniū ut putaret ad rē pertinere libros a Cicerone comburi: cuius scripta per totum orbē celebrat: & hoc petere eum qd posset ipse facere nisi forte non esset iscripta Ciceronis is q esset in Ciceronē. quare nihil aliud eū agere q̄ ut ille Cicero multa fortiter de mortis contemptu locutus ad turpes conditiones perductus occideret. Antoniū illi non uitam cum conditione promittere sed mortem sub ifamia quærere. Item quod turpiter postea passurus esset: nunc illum fortiter debere pati. & hæc suasoria isignita est. Dixit. n. sententiam cacozeliæ genere humillimo & sordidissimo quod detractu aut adiectione syllabæ facit senium. Proh facinus īdignum: peribit ergo Cicero: scripsit manebit quod Antonius proscripsit. Apud Cæstium prætorem declamat hanc suasoriam SVRDINVS ingeniosus adolescens a quo græcæ fabulæ elegāter in latinum sermonem conuersæ sunt: solebar dulces sententias dicere; frequentius tamen prædulces & infractas. In hac suasoria cum iusiurandum bellis sensibus prioribus complexus esset: adiecit: ita te legā. CAESTIVS homo nasutissimus dissimulauit exaudisse se ut adolescentem ornatum quasi iprudens obiurgaret: qd dixisti? quid ita te fruar? Erat autem Cæstius nullius quidem ingenii. Ciceroni etiam infestus: quod illi non impune cessit: nam cum. M. Tul. filius Ciceronis asiam obtineret homo q nihil ex paterno īgenio habuit præter urbanitatem: cœnabat apud eum Cæstius. M. Tullio & natura memoriam dempserat & ebrietas siquid ex ea superat subducebat. subinde interrogabat: q ille uocaret q in imo recumberet: & tamen sæpe subiectum nomen Cæstii excidisset. nouissime seruus ut aliqua nota memoriam eius faceret certiorem: interroganti domino qs ille esset q in imo recumberet: ait: hic est Cæstius qui patrem tuum negabat litteras scisse. afferri protinus flagra iussit: & ciceroni ut oportuit de corio Cæstii satisfecit. Erat autem etiā ibi pietas. Nō exigeret Scordalus hybriæ disertissimi uiri filio male apud se cām agēti. & cum in quadā postulatione hybrias partibus stultoꝝ locū ad litteram oibus agnoscentibus diceret: Age inqt. non putas me scripta didicisse patris mei: quousq; tandem abutere Catilina patientia nostra? GARGONIVS amabilissimus in hac suasoria dixit duas res qbus stultiores ipse ne qdem unq̄ dixerat unam in principio: nam cum cœpisset scolasticorum frequentissimo iam more a iureiurando & dixisset multa ita q̄ primum tantum timeat quantum potest: ita ut totus uiuat cicero aut totus moriat: Vt ego quæ hodie ꝓ ciceronis igenio dixero nulla pactione delebo. Alteram rē dixit: cum exempla referret eorum q fortiter perierant. Iuba & petreius. Iulius mutius mutuis uulneribus concurrerunt & mortes fœnerauerunt.

Lucii Annei Senecæ oratoris & rhetoris sententiæ. diuisiones. colores suasoriam Liber primus finit.

Incipit secundus. Initium primæ Controuersiæ.

Liberi parentes alant. aut uinciantur.



Vo fratres inter se dissidebant: altari filius erat. patruus in egestatem incidit. patre uetante adolescens illum aluit: ob hoc abdicatus: tacuit: adoptatus a patruo est. patruus accepta hæreditate locuples factus est: egere cœpit pater: uetante patruo aluit illum. abdicatus. DEFENSIO ADOLESCENTIS. Quid mihi obiicis? puto luxuriam: quicquid unquā immodesta largitione effugimus: id omne consumebatur in alimentū duorum senum. cum uetaret me pater aiebat ipse mihi cum egerem alimenta non dabat. eo iam perductus erat ut omnem spem ultimorum alimentorum in ea domo poneret: in qua habebat abdicatum & inimicū. ecce oppressit increscentem. quid acturus es? pluris tibi pater afferendus q̄ alendus est. quis rogatus est?

aut quid potro tam locuples.frater alere non poteſt.miſerrimus ſenex diuitias ſuas & iã extremũ blandi
mẽtũ in ſtipem ꝑdidit.ipſe inqt me nõ aluit mutationẽ alienæ culpæ ĩnocentiã uocas.Nec eo qd æſtimas
ḡra iſta crudelitas ſit.ꝙ ſi qs fratrẽ nõ alit:nec a filio qdẽ alẽdus eſt.Quid adoptionẽ iactas?tũc ad te ueni
cũ haberẽ diuitẽ partẽ partius quæſo fratres.Præſentes habemus deos.ſcis tanto te facere etiã ſi abdicaue
ris alã fatẽdũ eſt crimen meũ.tardius miſertus ſum.Itẽ do pœnas.ego parẽtibus meis cũ in cætera odium
ſit:tantũ in meã notã ꝯueniunt.O fœlix ſpectaculũ.ſi uos ĩ ḡram poſſum reducere:faciã hoc qđ uultus quoq
uſ̃i hortant̃.Surgite patres.adeſte iudices.alter mihi ex parentibus cõſeruatus. alter ſeruãdus ẽ.porrigite
mutuas manus in ḡram.me fœdere mediũ pignus adite ĩter duos cõtendentes.medius elidor.ergo mori
entem uidebo:per cuius cineres curaturus ſum?ois ĩſtabilis & ĩcerta fœlicitas eſt.Quis crederet iacẽtem
ſup crepidinem marium fuiſſe cõſulẽ:aut futuꝝ?Quid potro tam longe exẽpla repeto tanq̃ mõ nõ ſit q
illum uidit.qd nõ timendum fœlicibus putas?qd deſperandum ĩfœlicibus?IVNII GALLIONIS.Ego
indicabo cur me abdices.tu idica cur adoptaueris.Quædã accedũt noua.Eqdem noua.Illud nõ miror qđ
miſericordia obũcit̃.Illud miror qđ hic obiicit.Sic.n.me geſſi:ut hoc crimine duos p̃res obligarẽ.uterq
me amat.uterq ali miſer deſiderat:uterq ꝓhibet.nec ſecum:nec mecum fortuna bene cõuenit.cõponite
aliquãdo bonos qdẽ ſed contumaces uiros.Vterq diſcordiæ cãm ꝓbuerit:nolite a me exigere. Vterq pa
truus eſt:uterq p̃r eſt Tranſit ad iſtum fratris ſui & fortuna & aius:miſericors ſum. non muto p̃rem . ſe
naturã mutare potuiſſem.P.ASPRENATIS.Fortunæ lex ẽ ꝑſtare quæ exegeris:miſerere mutabilis ẽ ca
ſus:dederunt uictis terga uictores:& ꝓuexit fortuna:deſtituit:qd referam marium ſexto conſulatu Car
thaginem uidicantem:vii.imperantem.Ne circa plura inſtabilis fortunæ exempla te mittamus:da qs ali
menta roget & roget.OTHONIS IVNII P̃ris timeo mutationem:& illo nihil prius ex bonis q̃ filium ꝑ
didit.ARELLI FVSCI Patris & qd cerno an ꝑegrini penates tuos non ſum hoſpes grauis:unum ſenem
adduco.hoc tibi uitio pater placui:uenit ignotus ſenex:nolo trãſire iacentem ꝑ p̃rem : rogat a tergo aliqs
ꝑcipibit famæ q filium ſuum optat ſupſtitem.Quid hoc eſſe dicam ꝙ me tam ꝑiculoſe abdicãt:ꝙ totiẽs iſti
fortunam mutant quotiens ego p̃rem.Redite in ḡram.inter funeſtas acies armatæ manus in fœdus por
rigunt̃.ꝑierat totus orbis niſi iram finierat miſericordia:aut ſi iam ꝑtinacia placent odia parcite.iactatus ĩ
ter duos p̃res utriuſq filius:ſemp tamen fœlicior abdicatus:poſitus inter duo ꝑiculo:qđ faciam? q alunt
abdicant̃.mendicant qa nõ alunt. Illud tamen p̃r deos teſtor diuitem te relinquo.CESTII PII Tali me ope
ri ꝑparauerant.uolebam f̃res in ḡram reducere:hoc tu obiicis.at niſi ĩpetrauero ut boni fratres ſint:impe
trabo ne mali p̃res ſint:uterq me amauit:uterq pro me uota fecit.q̃tum ẽ ſi dixero:uterq me aluit.Quæ
cauſa fuerit diſcordiæ neſcio.Timeo ne iſte prior agere cœpit.qd obiicis p̃r?ſcio quendam in hac ciuitate
ꝓpter iſtud crimen adoptatum:fratrem inqt alere noluit inueniſti qđ poſſum defendere:poſſum liberos
tollere.& primum oculis:narrem auum illoꝝ fame ꝑiſſe?non feſelli & q̃lis eſſem ſciuiſti cum adoptares:
bis abdicatus ſum Volo utranq cauſa meam agere:neutram pro me uolo.adſit mihi alius:ſemper cauſa
mea habebit aduocatum patꝝ p̃rem.alter alteꝝ amet uterq me amabit.Vis illum ueras pœnas dare.ſen
tiat quam iniuriam fecerit bono fratri.POMPEI SYLLONIS De p̃re beneficio qđ cũ per ætatẽ noſſe nõ
poſſum:ſed habet & ille beneficium meum:duos eius filios alui.ſurge infœlix ſenex . quid putaris illum
flere?ꝙ eget?immo ꝙ abdicauit:quod aluit.ARGENTARII Vides enim liberalis in domo tua eſſe cœ
pi:ille propter me duxit uxorem cum fortaſſe iuuenem adoptare poſſet.Hæc abdicantis fuere uerba. Il
ad illum quem magis amas q̃ patrem.non omnibus imperes:parendum eſt:nihil interim noui facio:ſcis
me & priori patri non paruiſſe.Venit immiſſa barba capilloq deformi non ſenectute ſed fame membris
trementibus. ſemerſa & tenui atq eliſa ieiunio uoce ut uix exaudiri poſſet introrſum cõditos oculos uix
alleuas:alui:quomodo quæritis? quomodo iſtum.CORNELII HISPANI Putas me hodiæ non abdica
ri ſed adoptari.Volo quædam futura prædicere patri:hic quem uis adoptari:inimicum patris tui inuito
patre aluit:reliquit æque animo ueſtram domum ut cum mendico uiueret.Noueris oportet hoc eius ui
tium:ad præſtandum calamitoſis miſericordiam contumax eſt.Nec tamen habeo quod de hoc monitio
q̃ri poſſim:hoc enim patrem:hoc patruum perdidi:q̃ multi patres adoptent talem filium:bis abdicor:ho
mo eſt:non uis alium hominem:cuius eſt:non uis alium ciuem:amicus eſt:non uis alium amicum:ꝓpi
quus eſt:non uis alium propinquum:ſic peruenitur ad patres:homo eſt:ciuis eſt:amicus eſt:propinquus
eſt:conditione ergo non erit uitium porrexiſſe ſtipem.niſi dixero pater eſt. VIBI CALBI Circuibo tecū
pater aliena limina:oſtendam omnibus & me qui alimenta dedi & te qui negaſti. ROMANII HISPO
NIS.Scio pater melius eſſe quod tu dicis:iſtud ego ſi poſſem:nunq̃ abdicatus eſſem.fateor uitium meum
hoc quoq prior me emẽdare uoluit pater nec potuit:ĩpuliſti me in fraudẽ:q me abdicat:aiebat nõ opor
tebat fieri:tu dicebas oportet:tibi credidi:non dedit inquit mihi alimenta defuerant tibi:quiſquis alimẽ
ta a mendico rogatus eſt:nihil amplius q̃ miſereri monſtrat ad patrem:ideſt ad filium:iam quidam no
bis eandem fortunam præcantur.Crede mihi ſatra populi digna eſt.ALBVTII SILLI Tollite ueſtras di
uitias quas huc atq illuc incertæ fortunæ fluctus appellet.redite in gratiam:innocens fit.PARS ALTE
RA.VALLI SYRIACI Creſcere ex mea propoſuit inuidia:ſequamur ſenes quo uocat ambitio iuueni
lis & cõditionẽ illi præbebimus:melius ſe poteſt iactare q̃ defendere.Atqui iuſtus mœtus meus tu es.ne
hæredem ingratum ſcribam:inimicum relinquam.Inter cætera quæ mihi cum inimico patiar eſſe om
nia:& hoc eſt infœliciſſimum:amabo & triſtiſſimã ægimus uitam excepto uno ꝙ alter alterum egentẽ
uidimus:proiecimus:adiice iſtis uerboꝝ cõtumeliis iuſſit:ad cælũ mãus ſuſtulit faſſus ſe huius ſpectacu
li debitorẽ.& tũc primũ fratri uitã præcatus ſum:letitiã patrimonii parati ut extant calamitatũ ſtuporẽ.


nullam peperci.nisi ꝙ isti daturas eram omnia illi negaturus.liquet nobis deos esse:qui nō aluit eget. q in
domū suā fratrem nō cœpit in publico māet. Aequāt iā potētiā meā cū illius potētia fortuna nisi ꝙ hoc pri
or facere nō possum.adoptaui te:cū abdicatus es.cū abdicas:abdico. VIBII FVRII Cū egerē:aiebā satis se
uidicauit:ꝙ a dispēsatores locupletes inimici cōsors mō oīs fortūæ diurnū petā. MARILLI Ille āt aude/
bat rogare:q mori mallet ꝗ uerba sua sibi dici.multis debeo misericordiā.multis tuli.qsqs es q me ulla ca/
lamitate similē effingit:pide hēbo ac si gradu cognatiōis attigat.Scio ꝗ acerbū sit supplicare exteros.scio ꝗ
graue sit repelli a domesticis:scio ꝗ graue scit & quotidie mortē optare & uitā rogare:& si tu nō odisti eū
q mihi fecit iniuriā:ego q fecit tibi. DIVISIO Cōtrouersiaꝝ antiq simplex fuit recēs utꝝ subtilior an tā/
tū operosior ipi æstiabitis:ego exponam ꝗ aut ueteres inuenerūt:aut sequētes astruxerūt. LATRO Alias
qōnes.fecit diuisit in ius & æqtatē an abdicari possit an debeat abdicari.sic quærit an necesse fuerit illū pa/
trē alere:& ob id abdicari nō possit qđ fecit lege cogēte. HOS In has qōnes diuisit:an abdicatus nō desi/
nit reus eē:an is desinat q nō tātū abdicatus sed ēt ab auo adoptatus ē:ēt si reus erat:an qsqs pīem non alit
puniaꝛ tanꝗ æger.uinctus:captus:an iniquā filii lex excusationē accipit:an hoc accipe potuerit:an abdicari
debeat:p hoc qsiuit:an ēt si ille idignus fuit q alereꝛ:hoc tamē recte fecit q aluit:deide an idignus fuit ꝗ ale
reꝛ. Noui declamatores græcis auctoribus adiecerūt primā illā qōnē:an abdicatus abdicari possit:hac Cæ
stius usus est.adiicit qōnē Gallio alterā:an si abdicari possit ēt adoptatus ob id uitiū:ꝙ anteꝗ adoptaretur
nouū fuit adoptari:hoc āt ex æqtatis pte pēdet:& tractatio magis est ꝗ qō. GALLIO qōnē primā latronis
duplicauit sic:licuit mihi alere ēt te uetāte:deinde non licuit nō alere.In priori pte hoc uidicauit: nō posse
filiū ob id abdicari qđ eēt suæ ptātis nulla autem iterdici misericordia:qd si flere me uetes cū uidi hoiem
calamitosum.qd si uetes pp aliqđ honestū factū pclitāri fauere:affectus nrī in nrā ptāte sunt:qdam.n. iu/
ra nō scripta sed oībus scriptis certiora sunt:quis filiusfamiliæ sim:licet & mihi stipē porrigere mēdico &
humū cadaueri.Iniquū est collapsis manū nō porrigere:cōe hoc ius generis humani ē.nēo iuidiosum ius
postulat qđ alteri pfuturꝝ ē. LATRO illud uehemēter pssit:nō feci rōne:affectu uictus sum : cū uidissem
pīem egētē mēs nō cōstitit:mihi qd uetueris nescio:hoc aiebāt nō eē tractādū tāꝗ qōnē eē tamē potētius
ꝗ ullā qōnē. FVSCVS ARELLIVS PATER hoc mouit in ultio tanꝗ qōnē:putaui te ꝗuis uetares nihi/
lominus uelle ali a fratre meo uultu uetabas:aut mihi ita uidebaris. CAESTIVS audacius:nō fuit cōiētus
dicere:putaui uelle te:adiecit uoluisti & hodiæ quoqꝫ uis:& sua figura dixit oīa pp ꝗ uelle deberet:qre er/
go abdicas:puto idignaris pteritū tibi officiū. LATRO colorē simplicē p adolescēte habere nō quo excu/
set sed quo glorieꝛ:nō potui inqt sustiere illud duꝝ spectaculū offensas mihi putas tātū excidisse:mēs exci
dit:nō aius mihi cōstitit:nō ministeriū sustinēdi corpis suffecerūt pedes:oculi subita caligie obtorpuerūt
alioqn ergo si tūc meæ mētis fuissem:expectassem dū rogarer. FVSCVS istū colorē itroduxit quo freqn
ter uti solebat religiōis:mouet inqt me natura:mouet pietas:mouet & hūanoꝝ cā:& tā manifesto appro/
m ita exēplo ueritas stare ante oculos fortūa uidebaꝛ & dicere talia:Hi sunt q suos non alūt. ALBVTIVS
hoc colore:accessit iqt ad me pater:nec summis uerbis locutus ē:nō rogauit:sed quō agēdū eēt cū filio:ale
re me iussit:recitauit legē:ꝗ ego sp scriptā ēt patruo putaui:& deide dixit:pstiti nō qtū pri pstare debui:sed
qtū uc tāti surripe potui. BLANDVS Coloꝛ diuerso.Vēit subito deformis squalore:lachrymis.O grauis
fortuna uires tuæ ille diues modo supbus rogauit alimēta:rogauit filiū suū:rogauit abdicatum suū:inter
rogas quādiu rogauerit?ne dii istud nefas patianꝛ:ut diu rogauerit:diutius tamē q tuli: quæritis qd fece/
rit qđ solebat. SYLO POMPEIVS Hoc colore.Mouet iqt me:ꝙ nihil suo iure:nihil p ptāte qđ tāꝗ pa/
truus accessit:ego uiro nō expiaui uerba:nō præces cōplexus:sum sed osculatus sum patrem:dedi alimen
ta:hoc unū crudeliter feci:ꝙ dixi fratrē dedisse:nō alere sed exprobrare uisus sum. TRIARIVS Hoc colo
re.Timui inqt si nō aluissem ut abdicarer a pīe.sciebam quō illi placuissem. ARGENTARIVS Hoc co/
lore.Accessit iqt ad me pr obrutus sordibus tremēs deficiētibus mēbris:rogauit alimēta.iterrogo uos iu
dices:hoc qdē si facere oporteat:nā istū nō iterrogo.Scit quid facturus sim.Nā pīem ut alteri patri faciam
iniuriā alteri inuidiā cū uetuisset me alimēta pstare.sīc est fides: nō putaui illū ex animo uetare:lenocina/
tur inꝗ gloriæ meæ:ne uidat etiam prohibitus aluisse. MARYLLIVS nouo colore ægit . Cecidit i pedes
meos senex squalidus barba capilloqꝫ:mouit inꝗ nescio quis te misericordia mea: alleuaui cū ignorarem
quis esset:uultus repellam quod pater est? CAESTIVS Hoc colore.Nec meum cogitaui patrem meum
egentem uideo:frater nec miseretur:nec præstat alimenta:hoc est inꝗ noui nitii:eripere filio officium. Sci
tis in hanc fortunam meorum?has iam meas esse partis:hoc speculaui ꝙ nō ultro ad patrē accessi:sed aiebā:
nolo quicꝗ aliud præstare ꝗ illi præstiti.Non expectaui donec patruus ad me ueniret & nunc expectabo.
Venit ad me pater:quid habui facere?perducerem illum ad patruum?non feci merito irascitur.Potuit.n.
si aluisset leuare quidem fortunam fratris sed causam aggrauare. BVTEONIS Colorem non approba/
bat latro præstitisse se dixit exiguum:tantum quo spiritum posset producere:& cum descripsisset pallo/
rem eius ac maciem:adiecit:apparet illum ab inimicis ali:hunc colorē cū improbaret latro hac sententia
usus est:non est inqd abdicato cuiꝗ sui crinitus ex gloria detrahēdū. HISPANVS hunc colorem uenusti
us:nam & miserationi eius qui benignissime alitur adiecit aliquid & pietati suæ nihil detraxit. Quomo
do inquit illum alo? Exiguos fortunæ cibos mitti.& siquid de mensa mea detrahere potui : famelico
seni porrigo.Non credis:quia scis:quomodo te aluerim. Colorem ex altera parte quæ durior est ultro
aiebat hunc sequendum ut grauissimarum iniuriarum inexorabilia & ardentia iduceremus hodia.Tye/
steo more aiebat:patrem non irasci.tantū debere furere. ipse declamatione usus est summis clamoribus
illo uersu tragico.Cur fugis fratrem scit ipse. Hunc colorem secutus. SYRIACVS duꝝ sensum . Vide/

baẽ nõ dure posuisse ĩ narratiõe sic. Infoelicissimã ãbo & tristissimã ãbo ægimus uitã excepto q alter alterum egẽtẽ uidius. æque efficaciter uidebaẽ odiũ expressisse paternum. hac sñia uos iudices audire q̃ ualde eguerim. partẽ togaui. Hãc partẽ memini apud cestiũ declamari ab allio flauo ad quẽ adudiẽdum me fama pduxerit: q cũ prætextatus eẽt: tantæ opiõnis fuit: ut. P.R. puer eloquentia notus eẽt. Sp de illius ingenio Cæstius & pdicauit & timuit. aiebat tã immature magnũ igeniũ nõ esse uitale. sed tanto concursu hominũ audiebaẽ ut raro post illũ auderet Cæstius dicere. ipsa oia mala faciebat igenio suo. naturalis tamẽ illa uis eminebat. q̃ post multos ãnos tãetsi desidia obrupta & carmibus eneruata: uigorẽ tamẽ suũ tenuit sp ãt eloquẽtiã eius cõmẽdabat. aliqua res extra eloqntiã i puero lenociniũ erat. igeniũ hẽbat. adulta ætas. in iuuene desidia. hic cũ declamaret ptẽ abdicati: hãc summis dixit clamoribus sñiam. Quis es tu q desacto fratrũ sñiam feras? Ille tũc peccauit. tu nõ peccas. ad te arbitriũ odia nr̃a nõ mittimus. iudices habẽus deos. Et illã sñiam. Audiuimus fratrũ fabulosa certamia & icredibilia. nisi nos fugissemus impias epulas: detestabili paricidio futuꝶ diẽ. Hoc uno mõ iste frater a fratre ali meruit q̃ inocẽter. Me cõtra paricidium uindica. filiũ illi suũ reddo. CAESTIVS Hũc colorẽ tã strictũ non ꝓbauit. sed dixit temperandum esse. & ipse hoc colore usus est quẽ statĩ a principio iduxit. Miraẽ aliqs q cum duo grauissimã iniuriã accepimus iniuriã ego & filius. ego solus irascor: nõ est q qsq̃ mireẽ. iã filio satisfactum est. debuisti inqr me rogare: ut ipe pstate. debuisti illũ ad me perducere. debuisti recõciliationẽ recitare nõ famã pietatis ex nostra captare discordia. fortasse ego cũ egerẽ: fratrẽ rogassem. si tu nõ fuisses fortasse ille me rogasset: si tu non fuisses: poterat nobis conuenire. Si nõ fuerit in medio: quẽ potius miseri cõtumaces rogẽt. Hermacoras in hãc controuersiã trãsit a ꝓœmio in narrationẽ elegãter rarissimo qdẽ generi: ueni eadẽ re transitus eẽt: sñia esset: schema eẽt: sed ut latrõi placebat: schema quod uulneret non qd̕ titubet. Ex altera pte trãsit a prooemio in narrationem caleo: & ipse per sñiam sic. Quid ni filiũ mihi olim cũ isto cõem eẽ: cũ quo utinã cõem nec patrẽ habuissem. DIOCLES CHARISTIVS illũ sensum a latinis iactatũ dixit breuissime rarissimo genere: qd̕ sñia uerbis consumaẽ. nec enim paucioribus potest.

Eustemõ leuis declamator sed dulcis dixit noue & amabiliter illum æque de oibus uexatum sensum quo reconciliatio fratrum tentatur.

Finis primæ controuersiæ.

Initium secundæ foeliciter.


Acerdos casta e castis. pura e puris sit. Quædã uirgo a piratis capta uenit empta ad lenones & ꝓstituta ẽ. Veniẽtes exorabat stipẽ. militẽ q ad se uenerat cũ exorare nõ posset & colluctãtẽ & ui iferẽtẽ occidit: accusata & absoluta remissa ad suos ẽ. petit sacerdotiũ. PORTII LATRONIS. Sacerdos uñ̃ra adhuc in lupanari uiueret nisi hoiem occidisset. inter barbaros qd passa sit: nescio. qd pati potuerit: scio. Sacerdoti ne purus qdẽ cõtigit domius. absint ex hoc foro lenones: absint meretrices. ne qd paꝶ sanctũ occurrat: dũ sacerdos legiẽ. si nihil aliud certe osculatus ẽ te qsqs purã putabat. O egregiũ pudicitiæ p̃rociniũ. militẽ occidit. & hercule lenonẽ non occidisti. deducta es in lupanar. accepisti locũ. p̃ciũ cõstitutũ ẽ. titulus iscriptus ẽ. hactẽus in te iqri põt. Cæteꝶ nescio qd in cellulã & obscenũ lectulũ uocas. de pudicitia sacerdotis hic qriẽ. Nemo inqt mihi uirginitatẽ eripuit. sed oẽs q̃si erepturi uenerũt: sed oẽs q̃si eripuisset recesserũt quo mihi sacerdotẽ cuius p̃caria est castitas; cũ ex illo lupanari cruẽta fugeres: si q̃ tibi occurrisset: si mater tua ꝓstitisset tibi noceret. pp te liberis tuis sacerdotiũ nõ darer. FVLVII SPARSI. Quid iclusa feceris nec q̃rere debemus nec scire possumus. CORNELII HISPANI Occidisti hoiem. qd respõdes? uĩ afferebat mihi ẽt puto sacerdoti. ꝓ libertate uota faciẽda sũt. ꝓstitutæ mãdabitis ꝓ militibus uota faciẽda sunt. isti mãdabitis. id. n. deerat: ut tẽpla recipẽt q̃s aut carcer aut lupanar eiecit. MARYLLII Vt sciamus illã ap̃ lenonẽ fuisse. blãda ẽ. domi lenoni rõnes captura cõueniet. Age siqs uenit ptinax. age siqs hoc ipsum cõcupiuit qd̕ uirgo eras. age siqs ne negare posses ferrum appulit. P. VINITII Eã sacerdotẽ facite q̃ honesta maneat qd̕ sẽpp fuit aut pœnã sentiat; si eẽ desierit. Cuius audacie es puella? ẽt si nos nobis nõ timeremus. tu tibi metuere deberes; Aliter deorũ numini subiecta uniuscuiusq cõscientiã ẽ. aliter nr̃æ æstiatiõi. Nos tãtũ q̃ feceras palã uidimus. illi ẽt q̃ secreta sunt. Indignã sacerdotio dicerẽ: si trãsisse p lupanar. pcedẽte hac lictor summoueri uidebiẽ. huic ptor uia cedet. summũ iperiũ cõsules cedẽt tibi. q̃cũq meretrix ꝓstrata fuit: fugiet. fas sacerdoti nõ esset: ancillã sibi similẽ hr̃e. fieri ne sacerdotẽ fas erit. nã qd̕ ad sortẽ ptinet ne reliq uirgies cõtaminarenẽ; hæc segregata est. Castã te putas; qa iuisa meretrix es. nuda in littore stetit ad fastidiũ ẽptoris. oẽs ptes corpis & cõspectæ & cõtrectatæ sunt. Vultis actiõis exitũ audire. Vẽdit pirata. emit leno. excipiẽ nihil. eo deducta es ubi tu aliud hõestius nihil facere potuisti q̃ mori. stipẽ rogasti q̃ q̃ sacerdotiũ rogas. Fortũa inqt hoc me coegit pati. misereri debẽt oẽs mei. & ego miserior tibi puella. sed nõ facimus miserãdas sacerdotes non ẽ apud nos maximus honor ultimoꝶ maloꝶ solatiũ. MENTONIS Honorẽ habitũ auriũ maiestatisq uelĩ ur̃æ: qd̃ necesse ẽ in hac cã noiare lupanar. lenonẽ. meretricios q̃stus. homicidiũ. quos credat? iter hæc. sacerdos qriẽ. At mehercules futuræ sacerdoti nihil ex his audiẽdũ erat. Sacerdotis ur̃æ summa noticia ẽ q ꝓstitit. summa uirtus. q occidit. summa foelicitas: q absoluta ẽ. nõ põt in ea ſpari sacerdos in q̃ ſpari meretrix põt. aliis oculis leno uitã æstiat. aliis põtifex. BLANDI Virgo sum inqt. iterroga si dubitas archipiratã. iterroga gladiatorẽ: an rogatus uirginitati depcerit. Nõ defello dũ scias: clausa eẽ testibus tuis tẽpla. in actionẽ nẽo uoluit liceri. ut enotuit. seruisse piratis. nõ uidebaẽ iste uirginis uultus. ista constantia. & ne armatũ quidem timens audacia. ARELLII FVSCI PATRIS Ne metuas puella pudica es. sed sic te uiro lauda non templo. meretrix uocata es. in communi loco stetisti. superpositus est cellæ tuæ titulus. uenient est recepisti. Cætera etiam si in cõi loco essem: tamẽ potius sciri. POMPEII SYLLONIS Excipitur mere

ticum oculis.docet̃ blãditias:& in oẽm motũ corporis cõfingit̃.auertit autes petitura sacerdotiũ.dũ reli
q̃ natro nihil ad nos afferã dubiũ nihil audietis nisi qđ uicia ciuitas uidit.Tu sacerdos?qd si tãtũ capta?qd
si ꝓstituta?qd si tãtũ humicida?qd si tãtũ rea fuisses?ROMANII HISPONIS Nunqd hoc negas:collu'
cta tã te tamẽ cũ uiro:quẽ in illa uolutatiõe necesse ẽ prius sup te fuisse.Adiiciebat Zeno:merito occisum
militẽ.Plus ausum q̃ in ꝓstitutã licebat.Exorasti populum.Nunqd & lenonẽ?nunqd & piratã illum quẽ
nõ poteras occidere?ARGENTARII Armatum inqt occidi.qd inermis gloriat̃ homicidio eius quẽ ne
scio an sero occiderit.CAESTII PII NARRATIO.Ita domũ custodita ẽ:ut rapi posset.ita cara fuit suis:
ut rapta non redimeret̃.ita rapte pepcere piratæ:ut lenoni uenderet̃.Sic emit leno ut ꝓstitueret.sic uenie
tes depræcata est:ut ferro opus eẽt.coniectum in urnã nomẽ eius nõ exiit:sed eiectum est.tp̃us erat nõ sor
tib.urna purgata est.stetisti puella in lupanari ante ut nemo uiolauerit.locus ipse uiolauit.stetisti cum me
retricibus.stetisti sic ornata:ut populo placere posses:ea ueste quã leno dederat.nomẽ tuum pepẽdit i frõ'
te p̃cia stupri accepisti.& manus q̃ diis datura erat sacra capturas tulit:cum depcareris intrantis amplexus
& oĩa alia impetrares.osculum rogasti.ancillæ ex lupanaribus sacerdoti nõ emunt̃.corã sacerdote obsceni
hoĩes obstinent.non sine cã sacerdoti lictor apparet.occurẽti tibi meretricem summouisset.Non est credi
bile tẽperasse a libidine piratas omni crudelitate efferatos:qbus oẽs fas nefasq̃ lusus est simul terras & ma
ria latrocinantis qbus in aliena impetus per arma est:iã ipsa fronte crudeles.& humano sanguine assuetos
præferẽtes ante se uincula & catenas grauia captis onera a stupris remouere potuisti?quibus iter tot tãto
maiore scelera:Virginẽ stuprare inocẽtia est.Sed lupanar excepit oẽs.sordida iniuriosaq̃ turba huc ifluit.
nec q̃sq̃ eo ut iudicet uenit:aut oẽs cauere fabulis tuis aut oĩbus persuasum est.nemo in tanta euntium re'
deuntiumq̃ turba iuentus ẽ q fortunæ tuæ uellet illudere.Ergo tu cũ tã inocens q̃ dicis uixeris ista passa
es.credis deos esse.nihil iquit passa sum.hoc satis ẽ nupturæ.sacerdoti parũ.ibi adhuc fuissi discede. ignota
es.discede.nimiũ nota es.P.ASPRENATIS Contradico non inimicitiis cuiusq̃ impulsus.quod.n.odiũ.
quæ inimicitiæ cuiusq̃ esse possunt q̃ nemo ciuium suoꝝ norat anteq̃ ꝓstitit.Monet me respectus oĩum
uirginum de qbus hodie grauis fert̃ sentẽtia.Si in ciuitate nulla iueniri potest neq̃ meretrice castior:neq̃
homicida purior.Piratæ te iuiolatam seruauerunt.a sacerdote se non abstinuisset pirata.leno.magno.de
sacerdotis pudicitia.his sponsoribus credẽdum ẽ.iacuisti in piratæ mioparone.Cõtrectata es alicuius ma
nu.alicuius osculo.alicuius amplexu:An melius pirata seruauit q̃ pater:cõseruata est cauentis & humano
sanguine delibutos.ide est profecto qđ põt hoĩem occidere.Proclama igenuam esse te qd expectas?cum i
lupanar ueneris:iã tibi oĩa templa ꝓclusa sunt.conseruarum oculis inquinat̃.Inter ebriorum conuiuoꝝ
iocos iactat̃.modo in puerilem modo in muliebrẽ habitum cõposita.istinc ne patri quidem redimẽda es.
Nulla satis pudica est de qua quærit̃.non legerẽ te sacerdotẽ ẽt si sacerdoti seruisses.Virginẽ esse sacerdo'
tẽ nostram cui credimus meretrici.lenoni.piratis?hæc.n.testium suma est.Castigatiõem ex põtificis ma'
ximi arbitrio meruerat sacerdos.si te lupanari redemisset.Conuenit oĩs libidinosorum turba & cõcurrit
ad meretricẽ nouã.Illud certe fatabetis.pudicitia tua præcaria ẽ.tot itrauerunt cellã tuã gladiatores.tot iu
uenes.tot ebrii.& oẽs ante militẽ inermes.ego illã dico ꝓstitisse.illa se dicit ẽt medicasse pudicitiã sacerdo
dotis meæ ẽt carnifici debeo.IVNII GALLIONIS Ambitiosa lex est.ad sacerdotium nonnullas non san
ctitatis tãtum sed fœlicitatis admittit.Inquirit in mores.in corpus.in uitam.Vide tu quemadmodum tã
